AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1985

CLAVDII CLAVDIANI
CARMINA

EDIDIT

JOHN BARRIE HALL



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1985

Bibliotheca
scriptorum Graecorum et Romanorum
Teubneriana
ISSN 0233-1160
Redaktor: Günther Christian Hansen
Redaktor dieses Bandes: Günther Christian Hansen

1. Auflage
VLN 294/375/9/85 · LSV 0886
Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann
Printed in the German Democratic Republic
Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,
Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97
Bestell-Nr. 666 239 2
11900

HOC VOLVMINE CONTINENTVR

COLLEGIO APVD LONDINIENSES BEDFORDENSI
ANNO 1849 INSTITVTO
ANNO 1984 DISSOLVTO
IN MEMORIAM

PRAEFATIO

Duabus praesertim rebus ab aliis quae sub auspiciis Bibliothecae Teubnerianae prodierunt editionibus discrepat haec noua Claudiani recensio, primum quod in praefatione de re critica breuissime generatimque potius quam singillatim disceptat, deinde quod locorum similium apparatum praebendi consuetudinem deserit. utrumque consulto. ut enim de carminum traditionibus quas dicunt et traditionum testibus multo plura exponenda erant quam quae modico quem mihi proponebam praefationis ambitu continerentur, eamque ob causam de hisce rebus separatim in Bull. Inst. Class. Stud. Suppl. 45, 1985 (cui titulus est 'Prolegomena to Claudian') disputaui, ita auctorum et priorum quos imitatus est Claudianus et posterorum qui rursus illum imitati sunt locos accumulando nihil me rei criticae conferre posse opinabar, ideoque eos prorsus exclusi. cui enim ad textum constituendum prodest cognouisse Claudiano in uerbis *fit sonus* (carm. min. 53, 6) exarandis (ut uno tantum exemplo abutar) non minus duodecim priorum locos in animum uolitare potuisse? non quo talia omnino nescire quam scire sit melius, sed cum magis ad litterarum historiam pertineant, aptius, ut mihi uidetur, commentariis et libris in quibus scriptorum pensatur indoles reseruantur.

Poeta ille qui res suis temporibus gestas poetico colore fucabat Claudianus ad nostram usque aetatem trecentis ferme codicibus descendit, quorum breuissimum post hanc praefationem catalogum, pleniorem descriptionem in Prolegomenis praebui. horum codicum pars maxima tantum singula poemata siue flores continet, sed tamen multi supersunt quibus totum fere Claudiani corpus exhibetur. in carminibus minoribus ut usurpantur agmen ducit antiquissimus ille Veronensis 163 (*Δ*), ultimis octaui saeculi annis exscriptus, quem haud ita longo interuallo sequitur Sangallensis 273 (S_1), qui tamen non nisi ad Gigantomachiam (carm. min. 53) pertinet. inter codices qui carmina maiora et publica quemadmodum appellare consueuimus proferunt uetustissimus est Bruxellensis 5381 (*Γ*), Gemblaco oriundus annoque circiter 1050 exaratus. saeculo tandem duodecimo quo antiquorum auctorum studia renata florebant libri de raptu Proserpinae et panegyricus Olybrio et Probino dictus in lucem rursus emergunt et magna codicum multitudo studentium necessitatibus destinata ex librariorum officinis profluit. nec minor codicum saeculis tertio et quinto decimo prouenit copia.

Codicum quos in hac recensione adhibui fere sexaginta penitus iam cognitos aduocauerat sospitator ille poetarum Latinorum (ut merito audit) Nic. Heinsius, plurimam partem nominatam quidem non tamen subtiliter peruestigatam respuit Th. Birt, hic quod peruersae 'ratione et uia' edendi consuetudini addictus paucos codices in deliciis habebat plurimos parui pendebat, ille quod qua erat codicum peritia ueram lectionem ubique reperiri posse cognouerat nec codicum auctoritate (quae in Claudiani carminibus paene nulla est) sed lectionum quouis in codice repertarum uirtute semper regebatur. quem uirum maximum quoad potui aemulari conatus inde ab initio huius laboris codices quam plurimos perlegere excerpere conferre constitui, ne minore quam par erat lectionum cognitione fretus quicquam quod scire operae pretium esse uidebatur omitterem. primum igitur eos codices quos Birt pro fundamento suae editionis posuerat denuo contuli (necessario mehercule quod ille falso permulta rettulerat), deinde alios et Heinsianos et Heinsio ignotos ut occasio se offerebat imaginibus luce depictis plerumque usus quam maxima poteram cura (quae utinam satis magna fuerit) excussi. numquam non nouarum et uerarum lectionum thesaurum, ut quisque codex legendum se praebebat, auspicabar, numquam non duobus uel tribus foliis perlectis expectatione sensim deiectus easdem lectiones quas aliunde cognoueram redire cernebam. certe hinc illinc aliquid noui cepi, si tamen Heinsianae supellectili addenda ponderantur, in aere piscatus esse possum uideri. quod quidem utcumque est, saltem codicum appellationes hodiernae consuetudini accommodare et quo in codice quae lectio appareat accurate indicare potui.

Posteaquam Caroli magni aeuo e tenebris nostri poetae carmina procedere incipiunt, non ad unam eandemque traditionem quam dicunt omnia spectare, sed quattuor ut uidetur riuis, turbidis sane ac lutosis, ab ipsius Claudiani temporibus defluxisse manifestum est. neque id quidem non consentaneum est, cum materia libri de raptu Proserpinae a ceteris discrepent, personarum nominibus et rebus gestis panegyrici qui Stilichonem praedicant a panegyrico Olybrii et Probini consulatum efferente, limandi ratione carmina minora (quae iam mortui poetae e scriniis eruta esse crediderim) a ceteris omnibus. principio igitur quattuor traditiones a se inuicem distant, neque ante saec. xii/xiii, uelut in Laurentiano 33. 4 (F_3) et Vossiano 294 (J_3), in unum contrahuntur.

Quod si dissimilem haec quadripartita carminum hereditas ab initio cursum secuta est, similem in integritate retinenda uel potius amittenda fatorum dispensationem passa est. grassata est enim in omnibus fere carminibus inportuna librariorum interpolandi et contaminandi prurigo, qua fit ut nulli codici possit simplex haberi fides, nullus insidiosis non laboret erroribus, nullum (si perpauca recentissimae aetatis apographa

excipias) adfinitates et genus aut omni aut certe magna ex parte abscondisse non confitendum sit. uerum ut dicam, in hoc auctore stemmata nil faciunt, neque aliud taliusmodi formis quales apud Birt et Olechowska habentur efficitur nisi ut codicum rationes aut minus inplicatae quam reuera sunt putentur aut magis perplexae esse monstrentur quam ut eis textus constitutioni accommodandis quicquam lucri fiat. hunc codicem illi propius uel proxime accedere, illum ab hoc longius uel longissime recedere nemini non apparebit, si apparatum criticum attente legerit, sed auctoris ipsissima uerba recuperare conanti quid hoc prodest? *ἐκλεκτικῶς* rem criticam egit Heinsius, et Heinsium secuti *ἐκλεκτικῶς* et nos agemus.

In textu igitur constituendo omnium quos noueram cuiuscumque saeculi codicum rationem habui, nullique deuotus sed neque ab ullo auersus, usquequaque suspicax quodcumque oblatum est testimonium aequa lance examinaui, eoque animo rem exequi studui ut ueram lectionem non minus a recentissimis quam a uetustissimis codicibus oblatam recipere essem paratus. sic enim se res habet. neque antiquitas auctoritatem parit, nec recentioribus eo quod recentiores sunt suae laudes denegandae sunt. adhibenda tamquam obrussa ratio, ut ait Cicero, nec quicquam recipiendum est nisi quod rationi consonat. quod consilium quatenus seruauerim uiderint peritiores.

Cum per hos annos tot codices euoluerim, tot codicum uirtutes et uitia cognouerim, non sane expeditum erat statuere quos primo loco (non ut optimos, quamquam hic melior, ille peior, non tamen multo, uideri potest, sed ut notitia dignos) in apparatu critico semper ubique laudarem. qua de re cum multum diuque commentatus sim, ad ultimum eo deueni ut in Olybrio et Probino omnium antiquiorum (sunt autem duodecim), in carminibus maioribus undecim (inter quos praecipue nominandus est Vaticanus 2809 (**R**), initio saeculi duodecimi in septentrionalibus Francogalliae partibus scriptus, ut qua est comitate me docuit B. Bischoff), in libris de raptu Proserpinae ad quindecim, in carminibus minoribus plerumque undecim unoquoque apparatus loco rationem haberem. in his codicibus eligendis id nonnihil apud me ualebat quod unusquisque carminum ordo (sunt autem in carminibus maioribus sex ordines, qui forsitan longissime redeant, in carminibus minoribus quinque, de quibus idem dici potest) utique uno codice si non pluribus erat repraesentandus.

Vt autem nihil antiquius existimabam quam ut non pauciores quam necesse erat proferrem, ita praecauendum erat ne plures quam quis desiderauerit proferendo legentibus taedium potius quam utilem scientiam parerem. ceteri codices igitur ubicumque aliquid noui praebent uel aliam ob causam mentione digni sunt ad testimonium hic illic ferendum

uocantur, nec uero si rarissime tantum eos adfero id aliter accipi debet quam ut spatii angustiis testium numerum cohibendum fuisse significet; pleniorem de his codicibus non semper adhibitis notitiam ampliorem que criticae materiae farraginem in BICS Suppl. 45 praebui.

De ipso apparatu critico eiusque rationibus nunc pauca praefanda sunt. et primum adnotetur siglorum quae uniuscuiusque carminis ad initium proferuntur ordines ita conponi ut a Birtiana Serie I in carminibus maioribus (in minoribus A) ad Seriem VI (in minoribus E) procedatur, et ne codices qui unam quamuis Seriem a codicibus qui aliam repraesentant non discernantur, commatibus unamquamque Seriem a proximis separari. quam commatibus separandi rationem in ipsis lectionibus proferendis non retinui, sed tamen codicum primo loco laudatorum sigla Serierum ordines semper sequi iussi, aliis ubicumque adferuntur in litteram digestis. apparatus autem modo positiuus est (ut nihil sit mente supplendum), modo negatiuus (ut ex silentio de testibus non diserte citatis inferendum sit), saepissime semipositiuus (ut noua locutione abutar), uelut in talibus qualia sunt 15, 3 'conspirat **R**: conspirant *cett. mei*' et 15, 5 'defuit **F** *pc, cett. mei*: defluit **F** *ac*'. ipsas lectiones eo quo natae esse uidentur ordine, uirorum doctorum coniecturas secundum temporis ordinem exhibui. orthographica in apparatum plerumque non rettuli, sed rationes quas in editione librorum de raptu Proserpinae Cantabrigiensi meas feci secutus formas ut adsimilatas ita non similatas quas dicunt prout antiquorum consuetudini respondere uidebantur accepi; quibus de formis, ut et de aliis quas inprimendas dedi, cum fusius in Prolegomenis disputauerim, de hac re pluribus hic disserendi necessitate supersederi potest. lectiones quae sensu carent uel metricas leges uiolant, modo ne ad textum constituendum utiles sint, si non semper, attamen maxima ex parte breuitatis causa ex apparatu eliminaui. uirorum doctorum qui huic uel illi lectioni siue coniecturae adstipulati sunt nomina adscribere cum sit haud infrequens, equidem ne lectori non per se sapere sit liberum sed nostri temporis hominibus suffragandi munus inpositum esse uideatur, hunc superuacaneam opinionum struem accumulandi morem ab hoc apparatu abesse iussi.

Vt plures in libris manu scriptis carminum ordines eamque ob rem non eundem cuique carmini a librariis numerum semper attributum uidemus, ita editiones carminum typis excusae et in ordinandis et in numero instruendis carminibus tantum inter se discrepant ut Claudiani lectoribus quod quaerunt carmen inuenire semper sit molestissimum: adeo fieri potest ut uix pauciores ordines quam editores extitisse uideantur. omnia hoc ultimo saeculo permiscuerunt Birt et Koch, qui ut Gesnerianos carminum numeros retinuerunt ita ordinem a Gesneriano discrepantem sequi maluerunt; quo fit ut carm. 15 ante carm. 8 quae-

rendum sit, carm. 27 ante carm. 25, etc. hac discordia, quam et ego et alii perpeti debuerunt, nunc tandem dissipata, cum numeris Gesnerianis Gesnerianus ordo (qui utinam ordini quo conposita sunt carmina omni ex parte congrueret) pariter incedit, et continua numerorum serie a 1 ad 28 in carminibus maioribus proceditur.

Denique cum carminum similem materiam uelut consulatus tractantium non semper similes tituli ab editoribus exhiberentur, uerborum formulas carminibus praefigendas quoad eius fieri posset ad unam aliquam normam regulamque conposui.

Cum rationes huius editionis satis iam, ut opinor, exposuerim, eis qui mihi in hoc opere conficiendo subuenerunt agere gratias gratissimum est. et primum nominentur omnes bibliothecarii qui mihi codicum imagines luce depictas procurauerunt quorumque humanitatis ergo ad finem haec studia promouere concessum est. multum deinde Vniuersitati Londiniensi debeo quae mihi iter Italicum paranti uiaticum sumptusque subministrauit et pecuniam qua aliquot codicum imagines ad ultimum in Bibliothecam Vniuersitariam deuenturas conpararem ex aerario (uel potius 'Central Research Fund', ut nominatur) expendit. sed ut multum Vniuersitati acceptum referendum esse confiteor, ita plurimum amicis qui multo temporis et laboris dispendio doctrinam iudicia sententias obtulerunt obligatum esse me gaudeo. inter quos optime de me meriti sunt I. Gualandri et G. Orlandi, quorum consilia semper profuerunt, et J. A. Hall, cui quodcumque scribo maritali candore castigandum exhibeo quaeque domi studendi tempus sibi saepe denegando mihi sponte largita est. ante omnes tamen meritissimis gratiis prosequendus est collega et sodalis F. R. D. Goodyear, qui totum textum qualis erat machina excusus summa cum cura perlegit interque perlegendum multis me adnotationibus emendationibusque ditauit, idemque ubicumque in distinguendis uersibus erraueram (quod non raro euenisse confiteor) meliora atque adeo recta me monuit. cuius uiri cum amicissimi tum doctissimi beneficiis tantopere adiutus maximas ei gratias gratissima recordatione habere me testor.

In plagulis perscrutandis multum me adiuuerunt amici olim discipuli P. D. Eaton et C. W. Grocock, quibus debitas ago gratias.

Londinii, mense Ianuario 1983 J. B. H.

CATALOGVS CODICVM

Florilegiorum codicibus cum sigla non dederim, sed, ubicumque eos laudo, pleniore cuiusque designatione utar, uelut Abrinc(ensis) 135, Par(isinus latinus) 15155, repertorio quod nunc sequitur ii tantum codices continentur quibus (ut proprie Claudianeis) sigla ponenda erant. qua in re a repertorio quod in editione librorum de raptu Proserpinae a. 1969 Cantabrigiae excusa iuris publici feci initium sumpsi, siglisque illic propositis (quae necessario retineo) noua sigla per hos quattuordecim annos ut usus uenit adcommodaui. omnium qui uersus Claudianeos offerunt codicum (siue florilegiorum siue proprie Claudianeorum) subtilem in Prolegomenis praebui descriptionem.

$\mathbf{A_1}$ Antuerpiensis M 85, saec. xiv
$\mathbf{A_2}$ Antuerpiensis M 17. 1, saec. xiv – xvi
$\mathbf{A_3}$ Antuerpiensis M 185, saec. xiv
a Noueboracensis 96, c. 1450

B Bernensis 398, saec. xii
$\mathbf{B_1}$ Bernensis 472, saec. xii
$\mathbf{B_2}$ Bernensis 633, saec. xii
$\mathbf{B_3}$ Bernensis 527, saec. xv
$\mathbf{b_1}$ Bononiensis 2221, saec. xiv
$\mathbf{b_2}$ Bononiensis capsa 401, saec. xv/xvi

C Cantabrigiensis Coll. Trin. 0. 3. 22, saec. xii
$\mathbf{C_1}$ Cantabrigiensis Coll. Corp. Christi 228, saec. xiii
$\mathbf{C_2}$ Cantabrigiensis Coll. Pet. 2. 1. 8, saec. xiii
$\mathbf{C_3}$ Cantabrigiensis Coll. Pet. 2. 1. 0, saec. xiii/xiv
c Clarensis 4, a. 1470

D Dresdensis Dc. 157, saec. xiii
d Mettensis 647, saec. xv

$\mathbf{E_1}$ Escorialensis O. III. 25, saec. xiii
$\mathbf{E_2}$ Escorialensis S. III. 29, saec. xiii
$\mathbf{E_3}$ Escorialensis P. III. 24, saec. xiii
$\mathbf{e_1}$ Erlangensis 621, saec. xv
$\mathbf{e_2}$ Erlangensis 626, a. 1469
$\mathbf{e_3}$ Erlangensis 384, saec. xiii

F Laurentianus Acq. e Doni 672, saec. xii/xiii
$\mathbf{F_1}$ Laurentianus S. Crucis 24. sin. 12, saec. xii
$\mathbf{F_2}$ Laurentianus S. Marci 250, saec. xii/xiii
$\mathbf{F_3}$ Laurentianus 33. 4, saec. xiii
$\mathbf{F_4}$ Laurentianus Ashburnhamensis L. 977, saec. xiii/xiv
$\mathbf{F_5}$ Laurentianus 33. 8, a. 1404
$\mathbf{F_6}$ Laurentianus Gaddianus 91. 34, a. 1394
$\mathbf{F_7}$ Florentinus bibl. nat. II. ix. 132, saec. xv

F_8	Laurentianus 33. 3, saec. xv
F_9	Florentinus Riccardianus 718, saec. xv
F_{10}	Laurentianus 37. 14, saec. xv
F_{11}	Laurentianus Gaddianus 91. 4, saec. xv
F_{12}	Laurentianus Leopoldinus 203, saec. xv
F_{13}	Laurentianus 33. 1, saec. xv
F_{14}	Laurentianus 33. 2, saec. xvi
F_{15}	Laurentianus Redi 100, saec. xv
F_{16}	Laurentianus Acq. e Doni 358, a. 1477
F_{17}	Florentinus bibl. nat. VII. 144, saec. xiii
F_{18}	Laurentianus 21. 15, saec. xv
F_{19}	Laurentianus 33. 5, saec. xiii
F_{20}	Laurentianus 33. 6, saec. xiii
F_{21}	Laurentianus S. Marci 245, saec. xiv
F_{22}	Laurentianus 33. 7, saec. xv
F_{23}	Laurentianus Conv. Soppr. 164, saec. xv
F_{24}	Florentinus bibl. nat. VI. 131, saec. xv
f_1	Mutinensis *α*. M. 9. 22, saec. xv
f_2	Mutinensis *α*. J. 5. 19, saec. xv
f_3	Mutinensis *γ*. R. 6. 25, saec. xv
G_1	Berolinensis lat. qu. 740, saec. xiii
G_2	Berolinensis lat. oct. 112, saec. xv
G_3	Berolinensis Hamiltonensis 492, saec. xv
G_4	Berolinensis lat. fol. 39, saec. xvi
G_5	Berolinensis lat. oct. 5, saec. xiii/xiv
G_6	Berolinensis lat. oct. 197, saec. xv
G_7	Berolinensis Hamiltonensis 387, a. 1434
g	Cracouiensis 71, saec. xii – xiv
g_1	Vratislauiensis Degeni deperditus, saec. xiii (?)
g_2	Varsouiensis B. O. Z. 50, a. 1448
g_3	Vratislauiensis IV. Q. 57, a. 1478
H	Vigorniensis F 147, saec. xiv
h	Holkhamicus 332, saec. xv
J_1	Leidensis 385, saec. xiii
J_2	Leidensis 395, saec. xiii
J_3	Leidensis 294, saec. xiii
J_4	Leidensis B. P. L. 105 A, saec. xiv
J_5	Leidensis Vossianus 126, saec. xiii
J_6	Leidensis B. P. L. 116, saec. xiii
J_7	Leidensis B. P. L. 131, saec. xiii
J_8	Leidensis 87, saec. xiii/xiv
J_9	Leidensis B. P. L. 2151, saec. xv
J_{10}	Leidensis B. P. L. 191 B 1, saec. xii
j	Princetonensis 47, saec. xv
K_1	Ambrosianus H 73 sup., saec. xiv
K_2	Ambrosianus Z 73 sup., saec. xv
K_3	Ambrosianus I 26 sup., a. 1463
K_4	Ambrosianus S 66 sup., saec. xv
K_5	Ambrosianus M 5 sup., saec. xiii – xv
K_6	Ambrosianus M 9 sup., saec. xiii

$\mathbf{K}_7$	Ambrosianus H 57 inf., saec. xiii/xiv
$\mathbf{K}_8$	Ambrosianus L 105 sup., saec. xiv
$\mathbf{K}_9$	Ambrosianus O 74 sup., saec. xvi
$\mathbf{K}_{10}$	Ambrosianus C 64 sup., saec. xv
$\mathbf{K}_{11}$	Ambrosianus H 107 sup., saec. xv
k	Pisaurensis 18, saec. xvi
L	Londiniensis Burney 167, saec. xiii
$\mathbf{L}_1$	Londiniensis Egerton 2627, saec. xii
$\mathbf{L}_2$	Londiniensis Additional 21213, saec. xiii
$\mathbf{L}_3$	Londiniensis Additional 6042, saec. xiii
$\mathbf{L}_4$	Londiniensis Harley 2753, saec. xiii
$\mathbf{L}_5$	Londiniensis Royal 15 A vii, saec. xiii
$\mathbf{L}_6$	Londiniensis Additional 12021, saec. xiv
$\mathbf{L}_7$	Londiniensis Harley 5198, saec. xv
$\mathbf{L}_8$	Londiniensis Additional 10091, saec. xv
$\mathbf{L}_9$	Londiniensis Additional 11814, a. 1445
$\mathbf{L}_{10}$	olim Phillippicus 8776 nunc Oxoniensis lat. class. c. 12, saec. xiii/xiv
$\mathbf{L}_{11}$	Londiniensis Burney 166, saec. xiii
$\mathbf{M}_1$	Monacensis 597, saec. xiv
$\mathbf{M}_2$	Monacensis 631, saec. xiv
$\mathbf{M}_3$	Monacensis 391, saec. xiv
$\mathbf{M}_4$	Monacensis 15740, saec. xv
$\mathbf{M}_5$	Monacensis 6722, saec. xv
m	Baltimorensis 437, saec. xv
N	Nottinghamiensis Aln 130/2, saec. xiii
n	Neapolitanus bibl. nat. V. D. 53, saec. xvi
$\mathbf{n}_1$	Neapolitanus bibl. nat. IV. E. 47, saec. xii/xiii
$\mathbf{n}_2$	Neapolitanus bibl. nat. IV. F. 63, saec. xv
$\mathbf{O}_1$	Oxoniensis Bodleianus ms. auct. F. 5. 6, saec. xiii
$\mathbf{O}_2$	Oxoniensis Bodleianus ms. auct. F. 2. 16 (pars prior), saec. xii
$\mathbf{O}_3$	Oxoniensis Bodleianus ms. auct. F. 2. 16 (pars altera), saec. xii/xiii
$\mathbf{O}_4$	Oxoniensis Bodleianus ms. lat. class. e 47, saec. xiii
$\mathbf{O}_5$	Oxoniensis Bodleianus Rawl. G. 116, saec. xv
$\mathbf{O}_6$	Oxoniensis Bodleianus ms. auct. F. 2. 2, saec. xv
$\mathbf{O}_7$	Oxoniensis ms. lat. class. c 11 (olim Phillippicus 8775), saec. xiii
$\mathbf{O}_8$	Oxoniensis Bodleianus Rawl. G. 134, saec. xv
P	Parisinus lat. 18552, saec. xii/xiii
$\mathbf{P}_1$	Parisinus lat. 8080, saec. xiii
$\mathbf{P}_2$	Parisinus lat. 8082, saec. xiii
$\mathbf{P}_3$	Parisinus lat. 8295, saec. xiii
$\mathbf{P}_4$	Parisinus lat. 8296, saec. xiii
$\mathbf{P}_5$	Parisinus lat. 15005, saec. xiii/xiv
$\mathbf{P}_6$	Parisinus lat. 7892, saec. xv
$\mathbf{P}_7$	Parisinus lat. 8081, saec. xv/xvi
$\mathbf{P}_8$	Parisinus lat. 8297, a. 1513
$\mathbf{P}_9$	Parisinus lat. 11324, saec. xv
$\mathbf{P}_{10}$	Parisinus lat. 18551, saec. xii
$\mathbf{P}_{11}$	Parisinus lat. 8079, saec. xiii
$\mathbf{P}_{12}$	Parisinus lat. 5719, saec. xiv
$\mathbf{P}_{13}$	Parisinus lat. 2908, saec. xiii

$\mathbf{P}_{14}$	Parisinus lat. 7936, saec. xiv
$\mathbf{P}_{15}$	Parisinus lat. 8069, saec. xi
$\mathbf{P}_{16}$	Parisinus lat. 7989, saec. xvi
$\mathfrak{p}_1$	Patauinus bibl. universit. 1561, a. 1460
$\mathfrak{p}_2$	Patauinus bibl. capitul. C. 62, saec. xv
$\mathfrak{p}_3$	Patauinus bibl. capitul. D. 43, saec. xv
$\mathfrak{p}_4$	Patauinus bibl. seminar. 140, saec. xiii
Q	Papiensis bibl. universit. Aldini 412, a. 1467
$\mathfrak{q}$	Cambrensis N. L. W. (Aberystwyth) MS. 21589 C (olim Phillippicus 9155), saec. xii/xiii
R	Vaticanus lat. 2809 (pars prima), saec. xii[1] [uide et $\mathbf{R}_{26}$]
$\mathbf{R}_1$	Vaticanus Barberinianus lat. 41, saec. xiii
$\mathbf{R}_2$	Vaticanus Reginensis lat. 1440, saec. xiii
$\mathbf{R}_3$	Vaticanus Reginensis lat. 1540, saec. xiii/xiv
$\mathbf{R}_4$	Vaticanus lat. 2807 + Vaticanus Reginensis lat. 2080, saec. xiii/xiv
$\mathbf{R}_5$	Vaticanus lat. 1663, saec. xiii/xiv
$\mathbf{R}_6$	Vaticanus lat. 3290, saec. xiv
$\mathbf{R}_7$	Vaticanus Reginensis lat. 1556, saec. xiii/xiv
$\mathbf{R}_8$	Corsinianus 43. F. 5, saec. xiv/xv
$\mathbf{R}_9$	Vaticanus lat. 1661, saec. xiv/xv
$\mathbf{R}_{10}$	Vaticanus Ottobonianus lat. 2859, saec. xiv/xv
$\mathbf{R}_{11}$	Vaticanus Ottobonianus lat. 2126, saec. xv
$\mathbf{R}_{12}$	Angelicus 2266, saec. xv
$\mathbf{R}_{13}$	Vaticanus lat. 2808, saec. xv
$\mathbf{R}_{14}$	Vaticanus lat. 1660, saec. xiv/xv
$\mathbf{R}_{15}$	Vaticanus Vrbinas lat. 657, saec. xv
$\mathbf{R}_{16}$	Vaticanus Borgianus lat. 343, saec. xv
$\mathbf{R}_{17}$	Corsinianus 43. G. 25, a. 1444
$\mathbf{R}_{18}$	Corsinianus 43. D. 36, saec. xv
$\mathbf{R}_{19}$	Vaticanus Reginensis lat. 1369, saec. xv
$\mathbf{R}_{20}$	Vaticanus Reginensis lat. 1428, saec. xv
$\mathbf{R}_{21}$	Angelicus 1345, saec. xv
$\mathbf{R}_{22}$	Vaticanus Barberinianus lat. 68, saec. xv
$\mathbf{R}_{23}$	Vaticanus Palatinus lat. 1714, saec. xv
$\mathbf{R}_{24}$	Vaticanus lat. 2795, saec. xvi
$\mathbf{R}_{25}$	Vaticanus Palatinus 1573, saec. xiii/xiv
$\mathbf{R}_{26}$	Vaticanus lat. 2809 (partes secunda et tertia), saec. xv [uide et **R**]
$\mathbf{R}_{27}$	Vaticanus lat. 7182 + 2864, saec. xv
$\mathbf{R}_{28}$	Vaticanus lat. 11420, saec. xv
$\mathbf{R}_{29}$	Angelicus 1461, saec. xiv
$\mathbf{R}_{30}$	Vaticanus Chigianus lat. H. VII. 236, saec. xv
$\mathbf{R}_{31}$	Vaticanus lat. 3289, saec. xiii
$\mathbf{R}_{32}$	Vaticanus lat. 5157, saec. xiii/xiv
$\mathbf{R}_{33}$	Vaticanus lat. 3311, saec. xv
$\mathbf{R}_{34}$	Vaticanus Ottobonianus lat. 823, a. 1460
$\mathbf{R}_{35}$	Vaticanus lat. 639, saec. xi/xii
$\mathbf{R}_{36}$	Vaticanus Reginensis lat. 123, a. 1056
$\mathbf{R}_{37}$	Vaticanus lat. 9135, s. xvii
$\mathbf{R}_{38}$	Vaticanus Patetta 308, saec. xv
$\mathbf{R}_{39}$	Vaticanus Reginensis lat. 1385, saec. xv
$\mathbf{R}_{40}$	Vaticanus lat. 1369, saec. xv

R_{41}	Vaticanus lat. 1729, saec. xv
R_{42}	Vaticanus lat. 5134, saec. xv
R_{43}	Vaticanus lat. 5346, saec. xvi
R_{44}	Vaticanus Chigianus lat. H. VI. 183, saec. xv
R_{45}	Vaticanus Chigianus lat. H. VI. 212, saec. xii/xiii
R_{46}	Vaticanus Chigianus lat. I. V. 192, saec. xv
R_{47}	Vaticanus Chigianus lat. I. VI. 204, saec. xv
R_{48}	Vaticanus Barberinianus lat. 677, saec. xv
R_{49}	Vaticanus Ottobonianus lat. 1223, saec. xv
R_{50}	Vaticanus Palatinus lat. 162, saec. xv
R_{51}	Vaticanus Reginensis lat. 2085, saec. xiv/xv
R_{52}	Vaticanus Vrbinas lat. 353, saec. xv
R_{53}	Vaticanus Palatinus 1502, saec. xv
r	Rauennas Classensis 120, saec. xv
S_1	Sangallensis 273, saec. ix
S_2	Sangallensis 397, saec. ix
S_3	Sangallensis 191, saec. xiii
s	Sandanielensis 47, saec. xv
T	Venetus Marcianus XII. 10, saec. xiii/xiv
T_1	Venetus Marcianus XII. 8, saec. xv
T_2	Venetus Marcianus XII. 11, saec. xv
T_3	Venetus Marcianus XIV. 183, saec. xv/xvi
T_4	Venetus Marcianus XIV. 202, saec. xv/xvi
T_5	Venetus Marcianus XIV. 266, saec. xv
t	Posnaniensis 179, a. 1507
U	Hauniensis Gl. Kgl. S. 1905, saec. xii/xiii
u	Vrbanensis MCA 4, a. 1469
V	Vindobonensis ser. nou. 9363, saec. xii
V_1	Vindobonensis ser. nou. 3353, a. 1463
V_2	Vindobonensis 3087, saec. xv
V_3	Vindobonensis 3198, a. 1473
V_4	Vindobonensis 3246, saec. xv
W	Guelferbytanus Gudianus lat. 228, saec. xiii/xiv
W_1	Guelferbytanus Gudianus lat. 220, saec. xiii
W_2	Guelferbytanus Helmaestadiensis 538, saec. xiii
W_3	Guelferbytanus Gudianus lat. 240, saec. xv
W_4	Guelferbytanus Augusteus 2080, saec. xv
W_5	Guelferbytanus Gudianus lat. 14, saec. xv
w	Lincolniensis 132, saec. xiii/xiv
Y_1	Perusinus 247, a. 1477
Y_2	Perusinus 633, saec. xv
Y_3	Perusinus 305, saec. xv
y	Yalensis 180, saec. xv
Z	Parmensis Palatinus 2504, saec. xii–xv
z_1	Turicensis Car. C. 134, saec. xiii
Γ	Bruxellensis 5381, ca. 1050
$Γ_1$	Bruxellensis 9974–6, saec. xiii
Δ	Veronensis 163, saec. viii

Δ_1	Veronensis 281, saec. xv
δ	Darmstadiensis 2640, saec. xiii/xiv
ζ	Matritensis 10082, saec. xiii
ζ_1	Matritensis graecus 4691, a. 1465
η	Molinensis 53, saec. xiii
ϑ	Atrebatensis 438, saec. xii/xiii
λ	Leningradiensis A. O. Sect. CIL nr. 3, saec. xiii
μ	Montepessulanus 330, saec. xii/xiii
ξ	Haruardiensis MS Typ. 176 H, saec. xv
ϱ	Rodomensis 1040, saec. xii
σ	Edinburgensis 18. 5. 13, saec. xiii
ψ	Heidelbergensis 358, 44^c^, saec. xvii
ψ_1	Heidelbergensis HS 35, saec. xv/xvi

Exc. Flor.	Excerpta Florentina (siue Lucensia) adsunt in exemplari editionis principis quod Florentiae in bibl. nat. (A. 4. 36) adseruatur. cum his excerptis (quae ad maiora quae dicunt Claudiani carmina pertinent) olim coniunctum erat carminum minorum apographon
Flor	non ante a. 1482 exscriptum quod nunc Laurentianus 33. 9 designatur
Exc. Gyr.	Excerpta Gyraldina, quae magna ex parte cum Florentinis congruunt, in exemplar editionis Aldinae quod nunc Leidae (757 G. 2) seruatur non ante a. 1523 relata sunt
Exc. Frising.	Excerpta Frisingensia adsunt in Monacensi 6292 saec. xi exarato
Flor. Gall.	Florilegium Gallicum quod dicunt repraesentant nonnulli codices inter quos principem locum tenent Parisinus lat. 7647, Atrebatensis 65, Escorialensis Q. I. 14, Oxoniensis Add. A. 208, quos modo gregatim modo singulos aduoco. his accedunt alii florum codices (uelut Berolinensis D[iez] B. S[anten] 60) quos hic illic, ut res postulat, laudo
Exc. Geuart. *Exc. Laeti* *Exc. Put.* *Exc. Schott.*	lectiones quas excerpserunt Geuartius, Laetus, Puteanus, Schottus, ab Heinsio et Burmanno laudatae
Exc. Pat. rec.	lectiones quas e codice Patauino recenti excerpsit Heinsius, easque cum lectionibus codicis $\mathbf{p}_2$ plerumque sed non omnibus locis congruas
Sched. Gud.	lectiones quas e schedis ipsius Gudii manu exaratis deprompsit Heinsius

CONSPECTVS LIBRORVM

RELATIONES BIBLIOGRAPHICAE

Baehrens, E., Jahrbücher f. klass. Philologie 105 (1872) 499–504
–, Bursians Jahresbericht 1 (1875) 217–220; 3 (1877) 225–228; 5 (1879) 54–58
Weymann, K., Jahresbericht über die Fortschritte der klassischen Altertumswissen schaft 93 (1897) 176. 212; 105 (1900) 61
Tolkiehn, J., ibid. 134 (1907) 231; 158 (1912) 71–73; 171 (1915) 67–68
Schuster, M., Bursians Jahresbericht 217 (1928) 25–29
Bieler, L., Lustrum 2 (1957) 258–273
Casaceli, F., Bollettino di Studi Latini 2 (1972) 318–326

EDITIONES

(eas tantum adfero quae maioris momenti sunt. perpetuo commentario aut criticis adnotationibus instructas asterisco denoto)

(i) Totius corporis Claudianei (uel magnae partis eius)

B. Celsanus, Vicentiae 1482 [desunt carmina minora quae dicunt]
Th. Vgoletus, Parmae 1493 etc.
Io. Camers, Viennae Austriae 1510
Ant. Franc. Varchiensis, Florentiae (apud Iuntam) 1519
Franc. Asulanus, Venetiis (apud Aldum) 1523
M. Bentinus, Basileae (apud Isengrinium) 1534
*Th. Pulmannus, Antuerpiae (apud Plantinium) 1571 etc.
*St. Clauerius, Parisiis 1602
I. I. Scaliger, Lugduni Batauorum (apud Raphelengium) 1603
*Th. Dempsterus, Flexiae 1607
*C. Barthius, Hanouiae 1612
*–, Francofurti 1650
*N. Heinsius, Lugduni Batauorum (ex officina Elzeuiriana) 1650
*–, Amstelodami (ex officina Elzeuiriana) 1665
*G. Pyrrho, Parisiis (in usum Delphini) 1677
*I. M. Gesnerus, Lipsiae 1759
*P. Burmannus secundus, Amstelodami 1760
*G. L. König, Gottingae 1808 [tantum prior pars excusa est; continet carmina maiora 1–22; desunt 23–28, libri de raptu Proserpinae, carmina minora]
*L. Jeep, Lipsiae 1876–1879
*Th. Birt, Berolini (MGH, AA X) 1892
*J. Koch, Lipsiae (BT) 1893
*M. Platnauer, Londinii et Haruardiae (LCL) 1922
*V. Crépin, Parisiis (apud fratres Garnier) 1933

(ii) Carminum singulorum (uel paucorum)

1: *Olyb.* (una cum *Ruf.*)
J. C. Orelli, Turici 1845
2–5: *Ruf.*
*H. L. Levy, Noueboraci 1935 [iterum excusa cum commentario exegetico apud Case Western Reserve University, Detroitii 1971]
8: *IV Cons. Hon.*
*P. Fargues, Aquis Sextiis 1936
*W. Barr, Liverpool Classical Texts 1981
15: *Gild.*
*E. M. Olechowska, Lugduni Batauorum (apud Brill) 1978
16–17: *Mall.*
*W. Simon, Berolini 1975
18–20: *Eutrop.*
*A. C. Andrews, Philadelphiae 1931
*P. Fargues, Parisiis 1933
25–26: *Get.*
*H. Schroff, Berolini 1927
*D. De Venuto, Romae 1968
*G. Garuti, expectatur
27–28: *VI Cons. Hon.*
*K. A. Müller, Berolini 1938
Rapt.
*I. Parrhasius, Mediolani 1500, 1505
*L. Jeep, Augustae Taurinorum 1875
*V. Paladini, Romae 1952
*J. B. Hall, Cantabrigiae 1969

(iii) Carminum spuriorum uel suspectorum

*N. Heinsius, Lugduni Batauorum 1650, Amstelodami 1665
*I. M. Gesnerus, Lipsiae 1759
*P. Burmannus secundus, Anthologia Latina, Amstelodami 1759–1773
*–, Claudianus, Amstelodami 1760
*J. C. Wernsdorf, Poetae Latini Minores, Altenburgi 1780–1799
*H. Meyer, Anth. Vett. Lat. Epigr. et Poem., Lipsiae 1835
*E. Baehrens, Poetae Latini Minores, Lipsiae (BT) 1879–1883
*Th. Birt, Berolini 1892
*J. Koch, Lipsiae 1893
*A. Riese, Anthologia Latina, fasc. II, Lipsiae (BT) 1906

(iv) Carminum Graecorum

Gigantomachia

*C. Schenkl, Annales Academiae Vindobonensis 1863, 39sqq.
*Th. Birt, Berolini 1892
*J. Koch, Lipsiae 1893
*A. Ludwich, Eudociae Augustae Procli Lycii Claudiani Carminum Graecorum Reliquiae, Lipsiae (BT) 1897

CONSPECTVS LIBRORVM

Epigrammata

*R. F. P. Brunck, Analecta Veterum Poetarum Graecorum, Argentorati 1772–1776
*C. F. W. Jacobs, Anthologia Graeca, Lipsiae 1813–1817
*Th. Birt, Berolini 1892
*J. Koch, Lipsiae 1893
*A. Ludwich, Lipsiae 1897
*H. Stadmüller, Anthologia Graeca, Lipsiae 1894–1906

Index verborum Claudianeus, P. G. Christiansen, Ascalingi 1985

LIBRI LIBELLI DISCEPTATIONES

(ea tantum scripta commemoro quae ad rem criticam uel carminum interpretationem plus minus faciunt)

Arens, E., Quaestiones Claudianeae, diss. Monasterii Guestf., Lipsiae 1894
–, Jahrbücher f. class. Philologie 153 (1896) 430–432
Axelson, S., Studia Claudianea, Vpsaliae 1944

Baehrens, E., Fleckeis. Annal. 8 (1872) 499–504, 634–636
–, Jenaer Literaturzeitung 1875, 131–132
Baehrens, F., Quaestiones Claudianeae, diss. Monasterii 1885
Balzert, M., Die Komposition des Claudianischen Gotenkriegsgedichtes c. 26, Ascalingi et Noueboraci 1974
Barco, G. B., Un codice del secolo XV contenente il carme di Claudiano «In Rufinum», RFIC 9 (1881) 551–565
Barr, W., Claudian 8. 591, Athenaeum 32 (1954) 393–395
Birt, Th., De fide Christiana quantum Stilichonis aetate in aula imperatoria occidentali ualuerit, Marburgi 1885
–, Verbalformen vom Perfektstamme bei Claudian, Archiv f. lateinische Lexicographie 4 (1887) 589–594
–, Zwei politische Satiren des alten Rom, Marburgi 1888
–, De velis Iudaeis (Claud. Eutrop. I 357), RhM 45 (1890) 491–493
Boas, M., Zur Orthographie der Veroneser Handschrift, Philol. Woch. 48 (1928) 61–63
Bonnet, M., Sur Claudien, Épigramme 2, RPh 2 (1878) 176
–, Rev. critique d'histoire et de littérature 27 (1875) 5–9 [recenset Jeep]
Brakman, C., Observationes criticae ad Claudianum, Mnemosyne 58 (1930) 371–384
Burmannus, P., Sylloges epistularum a viris doctis scriptarum tomi quinque, Leidae 1727

Cameron, A. D. E., A Vatican manuscript of Claudian, Scriptorium 17 (1963) 316
–, Notes on Claudian's invectives, CQ 18 (1968) 387–411
–, Claudian: Poetry and Propaganda at the Court of Honorius, Oxonii 1970
Cerrato, L., Animadversiones criticae in Cl. Claudiani poema de raptu Proserpinae, Augustae Taurinorum 1882
Chatelain, E. et Pret, C. A., Fragments de scholies sur Claudien, RPh 8 (1884) 81–99
Christiansen, P. G., The Use of Images by Claudius Claudianus, Hagae Comitis 1969
Clarke, A. K., Claudian's methods of borrowing in De Raptu Proserpinae, PCPhS n. s. 1 (1950–1951) 4–7
–, Claudian and the Augustinian circle of Milan, Augustinus 13 (1968) 125–133
–, et P. M. Giles, The Commentary of Geoffrey of Vitry on Claudian 'De raptu Proserpinae', Lugduni Batauorum 1973 (Mittellateinische Studien und Texte 7)

–, una cum H. L. Levy disceptat de Claudio Claudiano in Catalogo Translationum et Commentariorum (Medieval and Renaissance Latin Translations and Commentaries) 3 (1976) 141–171

Degen, A., De Cl. Claudiani poetae codice Vratislaviensi ..., progr. Rogasen 1869–1874
Delrius, M. A., Notae in Claudianum, Antuerpiae 1572
Dilke, O. A. W., Patterns of borrowing in Claudian's 'De raptu Proserpinae', RBPh 43 (1965) 60–61
Döpp, S., Zeitgeschichte in Dichtungen Claudians, Hermes Einzelschriften Heft 43, Wiesbaden 1980

Ellis, R., Ad Claudiani carmina minora, Philologus 54 (1895) 598

Fargues, P., Claudien: Études sur sa poésie et son temps, Parisiis 1930
Fo, A., Osservazioni su alcune questioni relative al «De raptu Proserpinae» di Claudiano, Quaderni Catanesi di Studi Classici e Medievali 1, 2 (1979) 385–415
–, Studi sulla tecnica poetica di Claudiano, Catinae 1982
Frings, U., Claudius Claudianus: Epithalamium de Nuptiis Honorii Augusti. Einleitung und Kommentar, Meisenheim am Glan 1975
Fuchs, H., Gnomon 19 (1943) 51–54 [recenset Müller]

Gabe, S., Die Stellung von Substantiv und Attribut im Hexameter des Claudian, Primitiae Czernouicienses 2 (1911) 83–115
Garuti, G., Claudiano e la curia dei Visigoti (Goth. 481–4), Studi di poesia latina in onore di Antonio Traglia, 2, Romae 1979, 937–949
–, Cl. Claudiani De bello Gothico, Introduzione, Bononiae 1979
Giles, P. M., uide sub A. K. Clarke
Gnilka, Chr., Beobachtungen zum Claudiantext, Studien zur Literatur der Spätantike, Antiquitas 1, 23 (1975) 45–90
–, Gnomon 49 (1977) 26–51 [recenset Cameron]
–, Mixta duplex aetas: zu Claudian. in Eutr. 1, 469–70, RFIC 110 (1982) 435–441
Goetz, G., Zu Claudians sechstem Consulat des Honorius, RhM 31 (1876) 341–348
Gramlewicz, S., Quaestiones Claudianeae, Vratislauiae 1877
Gualandri, I., Aspetti della tecnica compositiva in Claudiano, Mediolani 1968
–, RFIC ser. 3ª 101 (1973) 235–243 [recenset Hall]
–, Paideia 32 (1977) 277–280 [recenset Simon]
Günther, C., De Claudii Claudiani comparationibus, progr. Ratisbonae 1894
Gustafsson, F. W., Claudianea, RhM 33 (1878) 480–481
–, BPhW 14 (1894) 7–13 [recenset Birt]

Halbertsma, T., Adversaria critica, Lugduni Batauorum 1896
Hall, J. B., Notes on three new manuscripts of Claudian De Raptu Proserpinae, PACA 12 (1973) 13–14
–, CR n. s. 23 (1973) 179–181 [recenset Keudel]
–, CR n. s. 25 (1975) 54–55 [recenset Levy]
–, Manuscripts of Claudian in the USSR and Poland, PACA 14 (1977) 15–20
–, Gnomon 52 (1980) 786–788 [recenset Frings]
–, CR n. s. 30 (1980) 25–27 [recenset Simon]
–, de manuscriptis Claudiani traditionibus summatim disceptat in: Texts and Transmission: A Survey of the Latin Classics, ed. L. D. Reynolds, Oxonii 1983, 143–145
–, CR n. s. 33 (1983) 203–207 [recenset Olechowska]
–, CR n. s. 33 (1983) 324 [recenset Barr]
–, Prolegomena to Claudian, BICS Supplement 45, 1985

Haupt, M., Johannis Schraderi emendationes carminum Claudiani, Hermes 5 (1871) 326sqq.
Haverfield, F., Scholia on Claudian, JPh 17 (1888) 271–273
–, Three Notes, CR 21 (1907) 105sqq.
Havet, L., Notes critiques sur les poètes latins, REA 18 (1916) 19–26
Heinsius, N., Adversariorum libri IV, Harlingae 1742
Hertel, T., De nonnullis Claudiani locis, progr. Torgauiae 1848
Holder, A., Zur Claudian-Handschrift B, Hermes 12 (1877) 503–507
Hosius, C., Symbola ad poetas Latinos, RhM 46 (1891) 296sqq.
Hudson-Williams, A., Additional notes on Claudian, CQ n. s. 9 (1959) 193–196
Huxley, H. H., Claudian, In Eutropium 2, 336–8, Mnemosyne 4e série 7 (1954) 339
–, Claudian, DRP 2, 163–9, CR n. s. 10 (1960) 8–9

Jeep, L., Quaestiones criticae ad emendationem Claudiani panegyricorum spectantes, Norimbergae 1869
–, Die Handschriften von Claudian's Raptus Proserpinae, Acta Soc. Philol. Lips. 1. 2 (1871) 347–387
–, Nachträgliches über die Handschriften von Claudian's Raptus Proserpinae, RhM 27 (1872) 618–624
–, De Claudiani codice Veronae nuper reperto commentatio critica, Begrüßungsschrift der Thomasschule, Lipsiae 1872, 45–54
–, Zu Claudianus de VI consulatu Honorii; ein Beitrag zur römischen Topographie, RhM 27 (1872) 269–277
–, Die älteste Textesrecension des Claudian, RhM 28 (1873) 291–304
–, L'autore del poema Laudes Herculis, RFIC 1 (1873) 405–415
–, Die Excerpta Monacensia des Claudianus, RhM 29 (1874) 74–80
–, Die Kritik des Claudianus mit Ausschluß des Raptus Proserpinae, RhM 30 (1875) 1–25
–, Woch. f. klass. Phil. 10 (1893) 1258–1261 [recenset Birt]

Ker, A., Notes on Claudian, CQ n. s. 7 (1957) 151–158
–, anecdota quae penes me sunt
Keudel, U., Poetische Vorläufer und Vorbilder in Claudians De consulatu Stilichonis: Imitationskommentar, Gottingae 1970
Klingner, F., Philol. Woch. 34 (1923) 793–796 [recenset Platnauer]
Kirsch, W., Die Anfänge der Entwicklung des spät- und mittellateinischen Epos im 4. Jahrhundert, diss. (B) Halae 1981
Koch, J., De codicibus Cuiacianis quibus in edendo Claudiano Claverius usus est, Marpurgi Cattorum 1889
–, Claudianea, Philologus 49 (1890) 567–570, 744–748
Köstlin, H., Philol. Anzeiger 8 (1878) 45–47 [recenset Jeep]
Kurfess, A., Zu Claudius Claudianus' Invectiven, Hermes 76 (1941) 93–95

Lavagnini, B. I., Claudiana Graeca, Aegyptus 32 (1952) 457–463
Levy, H. L., Claudianus, De bello Gothico 546–547, CW 28 (1934) 7
–, Two notes on Claudian's In Rufinum, AJPh 68 (1947) 64–73
–, uide et sub A. K. Clarke
Loyen, A., L'Albis chez Claudien et Sidonius, REL 11 (1933) 203–211, 321–324
Luck, G., Disiecta Membra: On the Arrangement of Claudian's Carmina Minora, ICS 4 (1979) 200–213
Ludwich, A., Zur griechischen Gigantomachia Claudians, RhM 36 (1881) 304–308
–, Klaudianos A. P. V 86, RhM 41 (1886) 592–617

Manitius, M., Beiträge zur Geschichte römischer Dichter im Mittelalter, 2: Claudianus, Philologus 49 (1890) 554–560

Müller, L., Kritische Beiträge zu einigen römischen Autoren, RhM 17 (1862) 182–184
–, Zu Meyers Anthologie. Epithalamium Laurentii, RhM 22 (1867) 83–100; 24 (1869) 126–130, 323sq., 336
Müllner, C., De imaginibus similitudinibusque, quae in Claudiani carminibus inveniuntur, Vindobonae 1893

Palmer, A., anecdota quae penes me sunt
Paucker, C., De latinitate Claudiani poetae observationes, RhM 35 (1880) 586–606
Paul, T. G., Quaestiones Claudianeae, (I) Glogauiae 1857, (II) Berolini 1866
Pawlikowski, J. M., De Claudiani codice Cracoviensi P commentatio critica, Rozprawy AU 12 (1887) 193–267
Postgate, J. P., CR 9 (1895) 162–169 [recenset Birt et Koch]
–, A supplement to the apparatus criticus of Claudian, JPh 23 (1895) 202–204
–, Emendations of Claudian, CQ 4 (1910) 257sqq.
Pret, C. A., uide sub E. Chatelain
Purser, L. C., anecdota quae penes me sunt

Ricci, M. L., Claudii Claudiani Phoenix: introduzione e commento, Bari 1981
Romano, D., Claudiano, Panormi 1958
–, Appendix Claudianea: Questioni d'autenticità, Panormi 1958

Scaliger, I. C., Poetices libri septem, Lugduni 1561, passim
Scarcia, R., apud De Venuto
Schmid, W., Ein verschollener Kodex des Cuias und seine Bedeutung für die Claudiankritik, SIFC 27–28 (1956) 498–518
Schmidt, P. L., Politik und Dichtung in der Panegyrik Claudians, Constantiae 1976
Schneider, M., Curae criticae in epicos Graecos (Numenium, Aratum, Claudianum), progr. Gothae 1891
Schraderus, J., uide sub M. Haupt
Seeck, O., Claudian de cons. Fl. Mallii Theodori 58, Hermes 19 (1884) 164
Semple, W. H., Claudian, In Rufinum II 156–162, CR 51 (1937) 167
–, Notes on some astronomical passages of Claudian, CQ 31 (1937) 161–169; 33 (1939) 1–8
–, CR 54 (1940) 98–100 [recenset Müller]
Shackleton Bailey, D. R., Towards a text of 'Anthologia Latina', CPhS Suppl. 5, Cambridge 1979
Stöcker, E., De Claudiani poetae veterum rerum Romanarum scientia quae sit et unde fluxerit, Marburgi 1889

Trump, F., Observationes ad genus dicendi Claudiani eiusque imitationem Vergilianam spectantes, diss. Halensis, Vratislauiae 1887

Vahlen, J., Opuscula Academica, Lipsiae 1907–1908, passim
Vitelli, G., RFIC 1 (1873) 330–334 [recenset Jeepiana]
Vollmer, F., RE III (1899) 2652–2660
Vollrath, O., De metonymiae in Cl. Claudiani carminibus usu, Weidae 1910

Wakefield, G., anecdota in exemplari ed. Burmannianae apud Coll. S. Trinitatis Cantabrigiae conseruato
Walch, B. G., Vberioris commentationis de Claudiani carmine De raptu Proserpinae inscripto specimen, Gottingae 1770
Walter, F., Zu lateinischen Schriftstellern, WS 48 (1930) 79
Welzel, A., De Claudiani et Corippi sermone epico, diss. Vratislauiae 1908
Willis, J., Mnemosyne 27 (1974) 96–98 [recenset Hall]

INDEX SIGLORVM

In diuersis carminum traditionibus adhibentur primo loco sequentes libri:

(i) PANEGYRICVS DICTVS OLYBRIO ET PROBINO CONSVLIBVS (1)

J_6	Leidensis 116, s. xiii	Ser. I
Z	Parmensis 2504, s. xii	
z_1	Turicensis 134, s. xiii	
ϑ	Atrebatensis 438, s. xii/xiii	Ser. III
A_2	Antuerpiensis M 17. 1, s. xiv	Ser. VI
F	Laurentianus Acq. e Doni 672, s. xii/xiii	
F_3	Laurentianus 33. 4, s. xiii	
F_{17}	Florentinus VII. 144, s. xiii	
F_{21}	Laurentianus 245, s. xiv	
J_3	Leidensis 294, s. xiii	
n_1	Neapolitanus IV. E. 47, s. xii/xiii	
q	Cambrensis 21589 C, s. xii/xiii	

huius carminis uu. 201–204 tantum ex edd. Isengriniana et Claueriana proferuntur.

(ii) CARMINA MAIORA ET PVBLICA (2-28)

Γ	Bruxellensis 5381, ca. 1050 (tantum in carminibus 2–5, 15, 18–20, 25–26)	
g	Cracouiensis 71, s. xii	Ser. I
K_6	Ambrosianus M 9 sup., s. xiii (tantum in carminibus 6–8)	
P_2	Parisinus 8082, s. xiii	
Z	Parmensis 2504, s. xii (tantum in carmine 28)	
L	Londiniensis Burney 167, s. xiii	Ser. II
F_2	Laurentianus 250, s. xii/xiii	Ser. III
P	Parisinus 18552, s. xii/xiii	
R	Vaticanus 2809, s. xii (praeterquam in carminibus 6–8, 25–26)	Ser. IV
W_1	Guelferbytanus Gud. 220, s. xiii	Ser. V
F	Laurentianus Acq. e Doni 672, s. xii/xiii (praeterquam 26 vv. 312–fin., 27–28)	Ser. VI
F_{17}	Florentinus VII. 144, s. xiii (praeterquam in carminibus 2–5, 15, 18–20)	
J_3	Leidensis 294, s. xiii	
n_1	Neapolitanus IV. E. 47, s. xii/xiii	

(iii) DE RAPTV PROSERPINAE

Sigla	Codex	Classis
$\mathbf{A}_{1}$	Antuerpiensis M 85, s. xiv	
$\mathbf{F}_{1}$	Laurentianus 24. 12, s. xii	
$\mathbf{J}_{3}$	Leidensis 294, s. xiii	Class. α (A₁–P₅)
$\mathbf{L}_{10}$	Oxon. Bodl. lat. class. c. 12, s. xiii/xiv	
$\mathbf{P}_{5}$	Parisinus 15005, s. xiii/xiv	
$\mathbf{C}_{1}$	Cantabrigiensis Corp. Chr. 228, s. xiii	
$\mathbf{F}_{2}$	Laurentianus 250, s. xii/xiii	
$\mathbf{F}_{3}$	Laurentianus 33. 4, s. xiii	Class. β (C₁–L₁)
$\mathbf{g}$	Cracouiensis 71, s. xii	
$\mathbf{L}_{1}$	Londiniensis Egerton 2627, s. xii	
$\mathbf{J}_{2}$	Leidensis 395, s. xiii	
$\mathbf{J}_{4}$	Leidensis B. P. L. 105 A, s. xiv	
$\mathbf{L}_{2}$	Londiniensis Add. 21213, s. xiii	Class. γ (J₂–Z)
$\mathbf{L}_{3}$	Londiniensis Add. 6042, s. xiii	
$\mathbf{Z}$	Parmensis 2504, s. xii	

quos uersus quis liber omiserit praebeat, uno quoque apparatus critici loco ostenditur.

(iv) CARMINA MINORA VEL POTIVS MISCELLANEA

Sigla	Codex	Series
Flor	Laurentianus 33. 9, s. xv	Ser. A
$\mathbf{C}$	Cantabrigiensis Trin. 0. 3. 22, s. xii	
$\mathbf{g}$	Cracouiensis 71, s. xii	
$\mathbf{J}_{3}$	Leidensis 294, s. xiii	Ser. B (C–O₃)
$\mathbf{L}_{1}$	Londiniensis Egerton 2627, s. xii	
$\mathbf{O}_{3}$	Oxoniensis Bodl. auct. F. 2. 16 (pars altera), s. xii/xiii	
$\mathbf{F}_{2}$	Laurentianus 250, s. xii/xiii	
$\mathbf{P}$	Parisinus 18552, s. xii/xiii	Ser. C (F₂–W₁)
$\mathbf{W}_{1}$	Guelferbytanus Gud. 220, s. xiii	
Δ	Veronensis 163, s. viii	Ser. D
$\mathbf{R}$	Vaticanus 2809, s. xii	Ser. E
$\mathbf{R}_{36}$	Vaticanus Reg. 123, a. 1056 (non nisi in carm. 28)	
$\mathbf{S}_{1}$	Sangallensis 273, s. ix (non nisi in carm. 53)	

(v) CARMINVM VEL SPVRIORVM VEL SVSPECTORVM APPENDIX

Sigla	Codex
Δ	Veronensis 163, s. viii (tantum in carminibus 1, 2)
$\mathbf{R}$	Vaticanus 2809, s. xii (tantum in 3a – 10)
$\mathbf{K}_{6}$	Ambrosianus M 9 sup., s. xiii (tantum in 3a – 7, 9, 10)
$\mathbf{R}_{37}$	Vaticanus 9135, s. xvii (tantum in 3b, 6 – 7, 9 – 15)
ψ	Heidelbergensis 358, 44^{c}, s. xvii (tantum in 3b, 6 – 7, 9, 12 – 15)
$\mathbf{P}_{12}$	Parisinus 5719, s. xiv (tantum in 3a, 4)
Camers	ed. Camertis a. 1510 excusa (tantum in 1, 2, 20, 21)
Clauerius	ed. Parisiis a. 1602 excusa (tantum in 9 – 10)

carmina 20 – 21 adsunt in cod. Cantiliacensi, s. xvi, carmina 22 – 23 primus protulit Binetus.

(vi) CARMINA GRAECA

(a) Gigantomachia

$\mathbf{F}_{23}$	Laurentianus Conv. Soppr. 164, s. xv
ζ_1	Matritensis gr. 4691, a. 1465

(b) Epigrammata

cod	Heidelbergensis Palatinus 23, s. xi, in quo Anthologia Graeca seruatur

His praeterea compendiis utor:

ac	ante correctionem
add.	add(it, -unt)
cett. mei	omnes quos primo loco laudo codices praeter eos quorum propria nota adlata est
codd.	omnes quos noui codices
edd. uett.	editorum ante Heinsium pars magna uel plurima
in ras.	lectio in rasura addita
ma	manus altera
mg	lectio in margine addita
mpr	manus prima
mr	manus recentior
mtert	manus tertia
om.	om(ittit, -unt)
omnes mei	omnes quos primo loco profero codices
pc	post correctionem
sscr	lectio supra lineam scripta
ul	uaria lectio
*	asteriscus lectionem fortasse rectam denotat
†	obeli singuli corruptelam in eis quae uno eodemque uersu secuntur uerbis inesse demonstrant, obelorum paria corruptelae definiunt sedem
?	lectio aliquo modo incerta indicatur interrogationis signo, quod his exemplis melius intellegetur:
	$\mathbf{P}_2$*?ac* = lectio quae, si fuit in $\mathbf{P}_2$ (hoc enim non omnino certum est), ante correctionem fuit
	$\mathbf{P}_2$*pc?* = lectio quae certe adest in $\mathbf{P}_2$, incertum tamen num post correctionem
	$\mathbf{P}_2$*?pc?* = lectio quae num omnino sit in $\mathbf{P}_2$ uel, si sit, num post correctionem, incertum est
	compendiis $\mathbf{P}_2$*?ac* et $\mathbf{P}_2$*pc?* coniunctim positis indicatur nescire me utrum $\mathbf{P}_2$ correctionem passus sit necne
(**R**), (**P***ac*), ($\mathbf{P}_2$*pc*) et similia	siglo lunatis uncis incluso indicatur codicem ad quem res spectat lectionem quae praecedit parum accurate dedisse

1

PANEGYRICVS DICTVS OLYBRIO ET PROBINO CONSVLIBVS

Sol, qui flammigeris mundum conplexus habenis
uoluis inexhausto redeuntia saecula motu,
sparge diem meliore coma, crinemque repexi
blandius elato surgant temone iugales
5 efflantes roseum frenis spumantibus ignem.
iam noua germanis uestigia torqueat annus
consulibus, laetique petant exordia menses.
  scis genus Auchenium, nec te latuere potentes
Amniadae; nam saepe soles ductoribus illis
10 instaurare uias et cursibus addere nomen.
his neque per dubium pendet Fortuna fauorem
nec nouit mutare uices, sed fixus in omnes
cognatos procedit honos. quemcumque require
hac de stirpe uirum: certum est de consule nasci.
15 per fasces numerantur aui semperque renata
nobilitate uirent, et prolem fata secuntur

1 **1–60** $\mathbf{J_6 Z z_1, A_2 F F_3 F_{17} F_{21} J_3 n_1 q}$ || **61–200** $\mathbf{J_6 Z z_1}$, ϑ, $\mathbf{A_2 F F_3 F_{17} F_{21} J_3 n_1 q}$ || **201–204** *Isengriniana, Clauerius* || **205–279** $\mathbf{J_6 Z z_1}$, ϑ, $\mathbf{A_2 F F_3 F_{17} F_{21} J_3 n_1 q}$

codicum inscriptiones: liber tercius incipit panagericus dictus probino et olimbrio consulibus **Z** : panagericus dictus olimbrio et probino consulibus $\mathbf{J_3}$*ma* : incipit liber de olimbrio et probino $\mathbf{J_6}$: liber quintus decimus de consulatu probini et olibrii $\mathbf{F_{21}}$*ma* : de probini et olybrii consulatu $\mathbf{A_2}$*mr* : panegyris in probum et probinum atque olybrium fratres *Exc. Laeti* : eiusdem de probini et olibrii fratrum consulatu liber *Exc. Gyr.*

1 flammiferis *Aldina* || 2 sidera $\mathbf{F_3}$ || 3 crinesque '*multi codices*' *Burmannus* || 4 alato *Heinsius olim* | surgant **q***pc*, *cett. mei* : surgunt **q***?ac*$\mathbf{F_{21}}$: rubeant *Isengriniana* || 5 afflantes *O. Müller* || 6 fastigia *Heinsius* || 7 laeti repetant *uel* laetique ferant *Burmannus* || 8 auchenium $\mathbf{J_6 Z z_1 A_2}$: auchem- $\mathbf{J_3}$: anchen- $\mathbf{F F_3 F_{21}}$: anthen- $\mathbf{F_{17}}$: alchem- **q***pc* : alchen- $\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : anic- *Cuiacii uetus* || 9 amniadae $\mathbf{e_2}$, *Koch* : anniadae* (*uel simm.*) *omnes mei* || 11 neque] non **Z** | fauorem **Z***ul*$\mathbf{z_1}$*ul*$\mathbf{F F_{17} F_{21} J_3}$*ul*$\mathbf{n_1 q}$, *Exc. Flor.* : pauorem $\mathbf{J_6 Z z_1 A_2 F}$*ul*$\mathbf{F_3 J_3 q}$*ul* || 13 honor $\mathbf{A_2}$ | require *cett. mei, Exc. Flor.* : requires $\mathbf{z_1 J_3}$: requirit $\mathbf{F_{21}}$: requiras *Heinsius* || 14 'est *fort. delendum*' *Birt* || 15 per fastos *Jeep* || 16 uigent $\mathbf{A_2}$

continuum simili seruantia lege tenorem.
nec quisquam procerum temptat, licet aere uetusto
floreat et claro cingatur Roma senatu,
20 se iactare parem, sed prima sede relicta
Aucheniis de iure licet certare secundo:
haud secus ac tacitam Luna regnante per aethram
sidereae cedunt acies, cum fratre recusso
aemulus aduersis flagrauerit ignibus orbis;
25 tum iubar Arcturi languet, tum fulua Leonis
ira perit, Plaustro iam rara intermicat Arctos
indignata tegi, iam caligantibus armis
debilis Orion dextram miratur inertem.
quem prius adgrediar? ueteris quis facta Probini
30 nesciat aut nimias laudes ignoret Olybri?
uiuit adhuc conpletque uagis sermonibus aures
gloria fusa Probi, quam non uentura silebunt
lustra nec ignotam rapiet sub nube uetustas.
illum fama uehit trans aequora transque remotas
35 Tethyos ambages Atlanteosque recessus.
audiit et gelido si quem Maeotica pascit
sub Ioue uel calido si quis coniunctus in axe
nascentem te, Nile, bibit. uirtutibus ille
Fortunam domuit numquamque leuantibus alte
40 intumuit rebus; sed mens circumflua luxu
nouerat intactum uitio seruare rigorem.
hic non diuitias nigrantibus abdidit antris
nec tenebris damnauit opes; sed largior imbre

17 signantia $\mathbf{F}_{3}$ || **18** temptant $\mathbf{F}_{21}$: tentet *uel* tendat *Heinsius* | ore $\mathbf{F}_{17}$ || **21** aucheniis (*uel simm.*) *cett. mei* : alchen- $\mathbf{n}_{1}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : anic- *Cuiacii uetus* | libet *Goodyear* | secundae *Barthius* || **22** aethram *Koch* : arcton *codd.* : arcem *Jeep* || **23** recusso $\mathbf{J}_{6}\mathbf{z}_{1}\mathbf{A}_{2}\mathbf{F}\mathbf{F}_{3}\mathbf{J}_{3}$*?* : retuso $\mathbf{Z}\mathbf{F}_{21}\mathbf{J}_{3}$*ul?* (*postea expunct.*) $\mathbf{n}_{1}\mathbf{q}$: recurso $\mathbf{F}_{17}$: retruso *Scaliger* || **27** regi $\mathbf{A}_{2}\mathbf{F}\mathbf{n}_{1}\mathbf{q}$*?* || **28** inertem $\mathbf{n}_{1}\mathbf{q}$: inermem *cett. mei* || **29** fata *Exc. Laeti, Isengriniana* || **30** ignorat $\mathbf{F}_{17}$ || **32** quam $\mathbf{J}_{6}\mathbf{z}_{1}\mathbf{F}_{21}$*?*$\mathbf{J}_{3}\mathbf{n}_{1}\mathbf{q}$: quem $\mathbf{Z}\mathbf{A}_{2}\mathbf{F}\mathbf{F}_{3}\mathbf{F}_{17}$ | non $\mathbf{J}_{6}\mathbf{A}_{2}$: nec *cett. mei* || **33** ignotam *Gronouius* : ignota *codd.* : obscura *Isengriniana mg* : ignara *Ker* | rapuit *Barthius* || **35** Atlantiacosque *Heinsius* || **36** meotida $\mathbf{F}_{21}$: Maeotia *Clauerius* || **37** calido . . . cognatus in axe '*in Editionibus nonnullis*' *Barthius* : calidum . . . coniectus in axem *Burmannus* : calido . . . coniunctior axi *König* | coniunctus '*scilicet nascenti Nilo*' *Heinsius* || **38** bibet $\mathbf{n}_{1}$*?*$\mathbf{q}$ || **39** numquamque leuantibus $\mathbf{J}_{6}\mathbf{Z}\mathbf{z}_{1}\mathbf{A}_{2}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_{3}$: numquam leuantibus $\mathbf{F}_{3}\mathbf{F}_{21}\mathbf{q}$: numquam releuantibus $\mathbf{n}_{1}$, *Exc. Gyr.* || **41** seruare $\mathbf{Z}$*ul*$\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_{1}\mathbf{q}$*sscr* : regnare $\mathbf{J}_{6}\mathbf{Z}\mathbf{z}_{1}\mathbf{A}_{2}$ $\mathbf{F}$*sscr*$\mathbf{F}_{3}\mathbf{F}_{21}\mathbf{J}_{3}\mathbf{q}$ | rigorem $\mathbf{n}_{1}$, *Exc. Gyr.* : uigorem *cett. mei* || **42** addidit $\mathbf{z}_{1}\mathbf{F}_{3}\mathbf{J}_{3}$ | antris] alis $\mathbf{A}_{2}$: umbris $\mathbf{A}_{2}$*ul*

sueuerat innumeras hominum ditare cateruas.
45 quippe uelut denso currentia munera nimbo
cernere semper erat, populis undare penates
adsiduis, intrare inopes, remeare beatos.
praeceps illa manus fluuios superabat Hiberos
aurea dona uomens †si quis† tellure reuulsa
50 †sollicitis fodiens miratur collibus aurum:
quantum stagna Tagi rudibus stillantia uenis
effluxere decus, quanto pretiosa metallo
Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta
despumat rutilas diues Pactolus harenas.
55 non, mihi centenis pateant si uocibus ora
multifidusque ruat centum per pectora Phoebus,
acta Probi narrare queam, quot in ordine gentes
rexerit, ad summi quotiens fastigia iuris
uenerit, Italiae late cum frena teneret
60 Illyricosque sinus et quos arat Africa campos.
sed nati uicere patrem, solique merentur
uictores audire Probi. non contigit illi
talis honos, prima cum parte uiresceret aeui,

45 denso ... nimbo $\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* : densos ... nimbos $\mathbf{z_1F_{21}J_3}$*pc* | currentia munera] torrentia munera *Heinsius* : currunt ad munera *Burmannus* : rorantia nubila *Köstlin* : certantia munera *Birt* | *uersum pro spurio habuit König* || **46–47** penates / adsiduis, intrare *Goodyear; et reuera* assiduis *legitur in* $\mathbf{J_3}$*pc* : penates / adsiduos intrare $\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* || **48** princeps ... domus *Köstlin* | fluuium ... Hiberum *Jeep* || **49–54** *damnauit König*, **49–50** *Hertel* || **52** (quanto ...) –**54** *post* uomens (**49**), **51–52** (... decus) *ante* si quis (**49**) *ponere uoluit Barthius. lacunam inter* uomens *et* si quis *suspicatus est Ritschl, quam sic suppleri posse existimauit:* quorum non aequet aceruos / semper inexhaustos *etc. haud dubie est locus totius panegyrici uexatissimus* || **49** uomens] uouens $\mathbf{F_{21}}$: ruens $\mathbf{F_{21}}$*?ul* : uehens *König* | si quis $\mathbf{A_2F_3F_{17}F_{21}n_1q}$: sic quis $\mathbf{Z}$ (sic *add. sscr*) $\mathbf{F}$*ul* : sed quis $\mathbf{J_6FJ_3}$: ceu quis $\mathbf{F}$*ul* : sed quid $\mathbf{z_1}$: quantum $\mathbf{J_6}$*pc* : sic qui *uel* ut qui *uel* si quid *Scaliger* : ceu qui *uel* quidquid *Heinsius* : ac quis *Wakefield* : sicut *Mommsen* : sic uix *Birt* : quae uix *Postgate* : ecquis *Platnauer. obelis uerba* si quis *inclusi, sed utrum hinc an potius ex uerbis* sic quid, quantum, *etc. emendatio debeat proficisci prorsus incertum est* || **50** sollicitus $\mathbf{A_2}$: Callaicis* *Heinsius* : Dalmaticis *Köstlin* | rimatur *Isengriniana mg* : miratur *codd.* : miretur *Clauerius ex 'opt. cod.'* : rimetur *Barthius* | aurum] Astur* *Heinsius* || **51** stillantia] pallentia $\mathbf{R_{26}}$*pc* : splendentia *König* || **52** quantum $\mathbf{F_3}$ | metallo $\mathbf{J_6z_1F_{21}J_3}$*pc?* : metalli $\mathbf{ZA_2FF_3F_{17}J_3}$*?ac*$\mathbf{n_1q}$ || **53** quantum *Heinsius* | Lydia] pinguia $\mathbf{R_{26}}$*pc* || **54** rutilae ... harenae *Heinsius* || **55** pateant] paribus $\mathbf{A_2}$: resonent *Aldina* | si] sub $\mathbf{F_3}$ || **58** uestigia $\mathbf{J_6z_1A_2F_3}$ || **59** latae *Jeep* || **61** *ab hoc uersu (qui tamen in cod. iam paene totus euanuit) incipit* ϑ || **62** non] nunc $\mathbf{F_3}$: num *Heinsius* | attigit $\mathbf{n_1q}$ || **63** honor *codd.* : *correxi*

nec consul cum fratre fuit. uos nulla fatigat
65 cura diu maiora petens, non anxia mentem
spes agit et longo tendit praecordia uoto:
coepistis quo finis erat. primordia uestra
uix pauci meruere senes, metasque tenetis
ante genas dulces quam flos iuuenilis inumbret
70 oraque ridenti lanugine uestiat aetas.
tu, precor, ignarum doceas, Parnasia, uatem,
quis deus ambobus tanti sit muneris auctor.
postquam fulmineis inpellens uiribus hostem
belliger Augustus trepidas laxauerat Alpes,
75 Roma Probo cupiens dignas persoluere grates
sedula pro natis dominum flexura rogando
ire parat. famuli currum iunxere uolantem
Impetus horribilisque Metus, qui semper agentem
proelia cum fremitu Romam comitantur anhelo,
80 siue petat Parthos seu cuspide turbet Hydaspen.
hic ligat axe rotas; hic sub iuga ferrea nectit
cornipedes rigidisque docet seruire lupatis.
ipsa, triumphatis quae possidet aethera regnis,
adsilit innuptae ritus imitata Mineruae.
85 nam neque caesariem crinali stringere cultu
colla nec ornatu patitur mollire retorto;
dextrum nuda latus, niueos exerta lacertos,
audacem retegit mammam, laxumque coercens
mordet gemma sinum; nodus, qui subleuat ensem,
90 album puniceo pectus discriminat ostro.
miscetur decori uirtus pulcherque seuero
armatur terrore pudor, galeaeque minaci
flaua cruentarum praetenditur umbra iubarum,
et formidato clipeus Titana lacessit
95 lumine, quem tota uariarat Mulciber arte:
hic patris Mauortis amor fetusque notantur
Romulei; pius amnis inest et belua nutrix;

64 nec] non $\mathbf{F}_{21}\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ | uos nulla] non ulla $\mathbf{R}_{26}$*pc* || **67** qua *Barthius* | finierat *Ker* || **77** uexere $\mathbf{F}_{21}$*?* || **78** agentem **ϑ** : agentes *cett. mei* || **79** Romam] dominam *Gronouius* | comitatur **ϑ** || **80** turbet $\mathbf{z}_1$*pc* **ϑ** *pc, cett. mei* : turbat **ϑ** *ac* : turpet $\mathbf{z}_1$*ac*$\mathbf{F}_{17}$ || **81** nectit] uertit $\mathbf{F}_{21}$: mittit *Isengriniana mg* || **82** seuire **ϑ** || **83** triumphatis $\mathbf{J}_6$ **ϑ**, *Isengriniana* : triumphatum *cett. mei* | quae $\mathbf{A}_2\mathbf{F}_3\mathbf{F}_{21}$*?* : qua *cett. mei* | regnis] terris *Ker* || **85** neque] non $\mathbf{ZF}_3$ || **86** cruento **ϑ** || **87** capillos **ϑ** || **90** disterminat $\mathbf{R}_{26}$*?* || **93** flaua] flua $\mathbf{F}_3$: fulua *Paul* | unda *Jeep* || **95** uariabat $\mathbf{F}_3$: uariaret $\mathbf{F}_{17}$ || **96** patris $\mathbf{F}_{21}$*?*, *Goodyear* : patrius *cett. mei*

electro Thybris, pueri formantur in auro;
fingunt aera lupam; Mauors adamante coruscat.
100 iam, simul emissis rapido uelocior Euro
fertur equis, stridunt Zephyri cursuque rotarum
saucia diuiduis clarescunt nubila sulcis.
nec traxere moras, sed lapsu protinus uno,
quem poscunt, tetigere locum, qua fine sub imo
105 angustant aditum curuis anfractibus Alpes
claustraque congestis scopulis durissima tendunt,
non alia reseranda manu, sed peruia tantum
Augusto geminisque fidem mentita tyrannis.
semirutae turres auulsaque moenia fumant;
110 crescunt in cumulum strages uallemque profundam
aequauere iugis; stagnant inmersa cruore
corpora; turbantur permixto funere Manes.
haud procul exhausto laetus certamine uictor
caespite gramineo consederat arbore fultus
115 adclines umeros; dominum gauisa coronat
terra suum, surguntque toris maioribus herbae.
sudor adhuc per membra calet creberque recurrit
halitus et placidi radiant in casside uultus:
qualis letifera populatus caede Gelonos
120 procubat horrendus Getico Gradiuus in Haemo;
exuuias Bellona leuat, Bellona tepentes
puluere soluit equos, inmensaque cornus in †hastam
porrigitur tremulisque ferit splendoribus Hebrum.
ut stetit ante ducem discussas Roma per auras,

98 tyberis (tib-) *codd.* : *correxi* || **99** fingunt **ϑ** *?ac* : tingunt **ϑ** *pc* $\mathbf{J}_3$ *ac, cett. mei* : pingunt $\mathbf{J}_3$ *pc* $\mathbf{z}_1$, *Exc. Gyr.* || **100** uiolencior $\mathbf{e}_2$ || **101** strident **ϑ** $\mathbf{F}_{17}$ || **102** rarescunt *Schraderus* || **103** non $\mathbf{F}_3$ | lapsu sed *Birt* || **104** *om. add. mg* $\mathbf{z}_1$ | qua $\mathbf{z}_1$ *mg, cett. mei* : quem $\mathbf{n}_1$ **q** : quin *Exc. Gyr.* | fine supino *Barthius* : ualle sub ima *Ker* || **106** congestis] coniectis **ϑ** : contextis *Schraderus* || **108** Augusto] angusta $\mathbf{F}_3$: Augustae *Barthius* || **110** tumulum $\mathbf{F}_3$ || **111** inmersa $\mathbf{A}_2\mathbf{F}_{17}$*?* $\mathbf{F}_{21}$*?*, *Isengriniana mg* : inmensa $\mathbf{F}_{21}$ *ul, cett. mei* | cruorem *Gesnerus* || **112** turbantur **q** *?ac* ($\mathbf{A}_2$), *cett. mei* : traduntur $\mathbf{F}_{21}\mathbf{n}_1$: truduntur* **q** *?pc, Vicetina* | permulto *Gesnerus* || **113** exhausto $\mathbf{J}_6$ **Z** **ϑ** $\mathbf{A}_2$: exacto *cett. mei* | uictor] miles **ϑ** || **116** regalibus *uel* cum floribus *uel etiam* uiridantibus *Birt* || **118** et] at *Birt* || **120** horrendum $\mathbf{J}_6$ | in haemo $\mathbf{z}_1\mathbf{F}_{21}$ *ul* $\mathbf{J}_3$ *sscr* : in aruo $\mathbf{F}_{21}\mathbf{J}_3$, *cett. mei* || **121** *om. add. mg* $\mathbf{z}_1$ | leuat $\mathbf{z}_1$ *mg* $\mathbf{F}_{21}$ *ul, cett. mei* : gerit **q** *pc* $\mathbf{F}_{21}\mathbf{n}_1$, *Exc. Gyr.* : gerat **q** *ac* | Bellona[2]] bellique $\mathbf{F}_{21}$ | repentes $\mathbf{F}_{21}$*?* || **122** hastam] hostem *uel* actam *Barthius* : astra *Sixtinus ap. Burmannum p. 745* : auras *Burmannus* : altum *Wakefield, Jeep* || **123** fremit $\mathbf{F}_{13}$

125 conscia ter sonuit rupes et inhorruit atrum
maiestate nemus. prior hic 'o numen amicum'
dux ait 'et legum genetrix longeque regendo
circumfusa polo consorsque adiuncta Tonanti,
dic agedum, quae causa uiae? cur deseris arces
130 Ausonias caelumque tuum? dic, maxima rerum!
non ego uel Libycos cessem tolerare uapores
Sarmaticosue pati medio sub frigore Coros,
si tu, Roma, uelis; pro te quascumque per oras
ibimus et nulla sub tempestate timentes
135 solstitio Meroen, bruma temptabimus Histrum.'
tum regina refert: 'non me latet, inclute rector,
quam tua pro Latio uictricia castra laborent,
nec quod seruitium rursus furiaeque rebelles
edomitae paribus sub te cecidere triumphis.
140 sed, precor, hoc donum cum libertate recenti
adicias, si uera manet reuerentia nostri.
sunt mihi pubentes alto de semine fratres,
pignora cara Probi, festa quos luce creatos
ipsa meo foui gremio. cunabula paruis
145 ipsa dedi, cum matris onus Lucina beatum
solueret et magnos proferrent sidera partus.
his ego nec Decios pulchros fortesue Metellos
praetulerim, non, qui Poenum domuere ferocem,
Scipiadas Gallisque genus fatale Camillos.
150 Pieriis pollent studiis multoque redundant
eloquio; nec desidiis dapibusue paratis
indulgere iuuat nec tanta licentia uitae

125 concita $\mathbf{J_6}$*pc, quod uerbum cum* discussas . . . per auras (**124**) *coniungere uoluit Hertel. sed epitheton exigit* rupes | ter $\mathbf{A_2}$: tunc *cett. mei* | et] ter *Heinsius* | atrum] acri *Exc. Laeti, Isengriniana* || **126** hic $\mathbf{R_{26}}$: hoc $\mathbf{F_{21}}$*?* : hec *cett. mei* : huic* *Heinsius* | o $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : an $\mathbf{J_3}$*?ac* : *uerb. om.* $\mathbf{F_{17}}$ || **128** consorsque *Heinsius* : consors *codd.* | adiuncta *Iuntina* : adducta $\mathbf{J_6 z_1} \vartheta \mathbf{F_3}$: addicta *cett. mei* : ac dicta *Birt* | tonanti *Vicetina* : tonantis *codd.* || **129** dic age dic *Burmannus* | cura $\mathbf{z_1 F_3}$ | cur] cui ϑ || **131** uapores *Delrii liber* : labores *omnes mei* : calores *Jeep* || **132** Cauros *Jeep* || **135** Histrum] (h)ebrum $\vartheta \mathbf{A_2}$ || **137** quam $\mathbf{J_3}$*ul* : quod $\mathbf{J_3}$, *cett. mei* | laborant $\mathbf{J_6} \vartheta$ || **138** non $\mathbf{F_3}$ || **141** adicias] adde $\mathbf{n_1 R_{26}}$: adde precor *Exc. Gyr.* : adde prior *Burmannus* | tibi si remanet *Burmannus* || **143** cara] clara *Heinsius* | fausta* *Goodyear* || **145** *om.* $\mathbf{z_1}$ || **146** praeberent *Exc. Gyr.* || **147** non ϑ | fortesque $\mathbf{ZFF_{17}}$ || **148** nec $\mathbf{F_{21}}$*?* || **149** fatale $\mathbf{z_1 F_{21} J_3}$*pc* $\mathbf{n_1 q}$: letale $\mathbf{J_6 Z} \vartheta \mathbf{A_2 F F_3 F_{17}}$ || **150–153** *summa pag. excissa non iam apparent in* ϑ || **151** non $\mathbf{n_1}$ | desidiis] deliciis $\mathbf{F_{17}}$: desidiae *Ker* | dapibusque $\mathbf{z_1}$ || **152** iuuat] parant $\mathbf{F_{21} n_1 q}$, *Exc. Gyr.* | tanta] blanda *Birt*

arripit aut mores aetas lasciua relaxat:
sed grauibus curis animum sortita senilem
155 ignea longaeuo frenatur corde iuuentus.
illis, quam propriam ducunt ab origine, sortem
oramus praebere uelis annique futurum
deuoueas uenientis iter. non inproba posco,
non insueta dabis: domus haec de more requirit.
160 adnue: sic nobis Scythicus famuletur Araxes,
sic Rhenus per utrumque latus, Medisque subactis
nostra Semiramiae timeant insignia turres;
sic fluat adtonitus Romana per oppida Ganges.'
ductor ad haec: 'optata iubes ultroque uolentem,
165 diua, rogas; non haec precibus temptanda fuissent.
usque adeone meam condunt obliuia mentem,
ut pigeat meminisse Probi, quo uindice totam
uidimus Hesperiam fessasque resurgere gentes?
ante dabunt hiemes Nilum, per flumina dammae
170 errabunt glacieque niger damnabitur Indus,
ante Thyesteis iterum conterrita mensis
intercisa dies refugos uertetur in ortus,
quam Probus a nostro possit discedere sensu.'
dixerat et uelox iam nuntius aduolat urbem.
175 extemplo strepuere chori collesque canoris
plausibus inpulsi septena uoce resultant.
laetatur ueneranda parens et pollice docto
iam parat auratas trabeas cinctusque micantes
stamine, quod molli tondent de stipite Seres
180 frondea lanigerae carpentes uellera siluae,
et longum tenues tractus producit in aurum
filaque concreto cogit squalere metallo.
qualis purpureas praebebat candida uestes
numinibus Latona suis, cum sacra redirent

153 abripit *Clauerius* | aut . . . relaxat] ut . . . relaxat $\mathbf{F}_3$: ut . . . relaxet *Clauerius* || **155** grandeuo ϑ || **158–159** *uerba* non inproba . . . dabis *om.* $\mathbf{z}_1$ || **159** hoc* $\mathbf{J}_6\mathbf{z}_1\mathbf{A}_2\mathbf{J}_3$ || **162** stupeant *Pulmanni unus* | gentes ϑ || **166** condant *Liuineius* || **167** pudeat $\mathbf{F}_3$ | uindice $\mathbf{J}_6\mathbf{A}_2\mathbf{n}_1$, *Exc. Gyr.* : iudice **F**?, *cett. mei* | coram $\mathbf{F}_{21}$ || **168** gentes $\mathbf{A}_2$*ul, cett. mei* : gentem ϑ : turres $\mathbf{A}_2$ || **169** ante augebit hiems *König olim* | Nilum] messem *Burmannus* || **170** piger *Heinsius* || **172** ad ortus ϑ || **173** discendere ϑ**q***ac, Vicetina* || **174** at *Heinsius* | axem $\mathbf{F}_{21}\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **175** strepuere] 'crepuere ϑ : fremuere $\mathbf{R}_{13}$ || **176** pulsibus *Vicetina* | ualle *Heinsius* || **178** currusque $\mathbf{F}_{21}$?*ac* || **179** tondent $\mathbf{J}_6$ϑ$\mathbf{A}_2\mathbf{J}_3$: tondunt $\mathbf{ZFF}_3\mathbf{F}_{17}$: tendent $\mathbf{z}_1$: tundunt $\mathbf{F}_{21}\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ | stipite ϑ*pc, cett. mei* : cespite ϑ*ac*$\mathbf{F}_3$ || **182** conserto *Barthii libri* || **184** luminibus $\mathbf{R}_{26}$

185 ad loca nutricis iam non errantia Deli,
illa feros saltus et desolata relinquens
Maenala lassato certis uenatibus arcu,
Phoebus adhuc nigris rorantia tela uenenis
extincto Pythone ferens — tunc insula notos
190 lambit amica pedes ridetque Aegaeus alumnis
lenior et blando testatur gaudia fluctu —:
sic Proba praecipuo natos exornat amictu,
quae decorat mundum, cuius Romana potestas
fetibus augetur. credas ex aethere lapsam
195 stare Pudicitiam, uel sacro ture uocatam
Iunonem Inachiis oculos aduertere templis.
talem nulla refert antiquis pagina libris
nec Latiae cecinere tubae nec Graia uetustas.
coniuge digna Probo; nam tantum coetibus extat
200 femineis, quantum supereminet ille maritos.
ceu sibi certantes, sexus quid posset uterque,
hunc legere torum. taceat Nereida nuptam
Pelion. o duplici fecundam consule matrem
felicemque uterum, qui nomina parturit annis!
205 ut sceptrum gessere manu membrisque rigentes
aptauere togas, signum dat summus hiulca
nube Pater gratamque facem per inane rotantes
prospera uibrati tonuerunt omina nimbi.
accepit sonitus curuis Tiberinus in antris,
210 ima ualle sedens. adrectis auribus haesit,

186 feris *Barthius* || **187** certis *cett. mei, Exc. Gyr.* : cunctis $\mathbf{F}_{17}$: centum *Cuiacii uetus* : crebris *uel* cerui *Birt* || **189** gerens* ϑ || **190** lambit] ambit *Burmannus* : tangit *Jeep* || **191** letior $\mathbf{z}_1$ | fluctu $\mathbf{J}_6$*pc*$\mathbf{q}$*pc, cett. mei* : luctu $\mathbf{F}_3$: fletu $\mathbf{J}_6$*ac* ϑ $\mathbf{A}_2$: fleuctu $\mathbf{q}$*ac* || **193–196** *summa pag. excissa non iam apparent in* ϑ || **194** fetibus $\mathbf{A}_2$*pc, cett. mei* : fletibus $\mathbf{z}_1\mathbf{A}_2$*ac*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{F}_{21}$*?* || **195** sacro uel *Birt* || **198** non ... non *Barthii liber* | graia $\mathbf{V}_4$, *Heinsius* : grata $\mathbf{A}_2\mathbf{F}_3\mathbf{F}_{21}\mathbf{n}_1\mathbf{q}$*?* : greca *cett. mei* || **199** tantum nam *Birt* | instat $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **201–204** *non ante Isengrinianam comparent. corruptelas quae ibi reperiuntur* (**201** qui *pro* quid *et* possit *pro* posset, **202** ad herum *pro* torum, **203** Pelione *pro* Pelion o) *ex 'alio' manuscripto, ut ipse ait, correxit Clauerius. hos uersus ut spurios primus respuit Delrius, postremus Gnilka.* **201–202** (... torum) *pro uerbis poetae genuinis,* **202** (taceat ...)–**204** (... annis) *pro librarii supplemento habet König. omnes hos uersus omnino genuinos esse non dubito* || **203** en *Heinsius* || **205** gessere] pressere *Burmannus* : tenuere *König* | manus $\mathbf{e}_2$ || **207** gratam-] genitam- $\mathbf{F}_3$: raptam- $\mathbf{e}_2$: geminam- *Barthius* || **208** prospera $\mathbf{F}$*pc?, cett. mei* : aspera $\vartheta\mathbf{F}$*?ac*$\mathbf{F}_{21}$*?* | tonuerunt *Gronouius* : tenuerunt *codd.* || **210** adrectis $\mathbf{F}_{21}\mathbf{n}_1\mathbf{q}$: erectis $\mathbf{F}_{21}$*ul, cett. mei* : arrectisque* *ul ap. Vgoletum*

unde repentinus caeli fragor. ilicet herbis
pallentes thalamos et structa cubilia musco
deserit ac Nymphis urnam commendat erilem.
illi glauca nitent hirsuto lumina uultu
215 caeruleis infecta notis, reddentia patrem
Oceanum; crispo densantur gramine colla;
uertice luxuriat toto crinalis harundo,
quam neque fas Zephyris frangi nec sole perustam
aestiuo candore mori, sed uiuida frondet
220 aequaeuum conplexa caput. taurina leuantur
cornua temporibus raucos sudantia riuos;
destillant per pectus aquae; frons hispida manat
imbribus; in liquidos fontes se barba repectit.
palla graues umeros uelat, quam neuerat uxor
225 Ilia percurrens uitreas sub gurgite telas.
est in Romuleo procumbens insula Thybri,
qua medius geminas interfluit alueus urbes
discretas subeunte freto, pariterque minantes
ardua turrigerae surgunt in culmina ripae.
230 hic stetit et subitum prospexit ab aggere uotum:
unanimos fratres cuncto stipante senatu
ire forum strictasque procul radiare secures
atque uno biiuges tolli de limine fasces.
obstipuit uisu suspensaque gaudia uocem
235 oppressam tenuere diu; mox incohat ore:
'respice, si tales iactas aluisse fluentis,
Eurota Spartane, tuis. quid protulit aequum
falsus olor, ualido quamuis decernere caestu

211 caeli *Heinsii Exc. Put.* : populi *codd.* : oculi *Vicetina* : pepulit *Heinsius* : scopulis *Sixtinus* : scopuli *Gesnerus* : populis *Birt* : tonitrus *Ker* || **212** squallentes *Heinsius* || **213** ac Nymphis urnam] atque domum nymphis *Cuiacii uetus* : ac nymphis dominam *Vicetina* || **215** caeruleisque *Iuntina* || **216** gramine colla $\mathbf{J}_{6}$*pc*$\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* : gramina collo ϑ $\mathbf{A}_{2}\mathbf{F}_{17}$*ac* || **218** qua ϑ | neque] non **Z** || **220** aequoreum ϑ || **221** raucos] uacuos $\mathbf{e}_{2}$: flauos *uel* glaucos *Heinsius* || **222** destillant *tacite Burmannus* : di- *codd. et edd. priores* || **223** repectit] recepit $\mathbf{F}_{21}$*?*, *Vicetina* : resoluit *Barthii libri* : reflectit *Jeep* || **225** ilia $\mathbf{z}_{1}\mathbf{J}_{3}$*pc*$\mathbf{n}_{1}$**q**, *Exc. Gyr.* : illi $\mathbf{F}_{21}$*?*, *cett. mei* | uitreo *Schraderus* || **227** quo *Iuntina* | medius geminas $\mathbf{J}_{3}$, *cett. mei* : medias geminus $\mathbf{J}_{3}$*ul* : geminus medias *Jeep* | interluit *Heinsius* | arces *Schraderus* || **228** minaces **Z** || **230** conspexit $\mathbf{J}_{6}$ ϑ $\mathbf{A}_{2}$ || **231** unanimes *codd.* : *correxit Koch* | cuncto *Barthius* : iuncto $\mathbf{J}_{3}$*pc*, *cett. mei* : iunctos $\mathbf{J}_{3}$*ac* : iuxta $\mathbf{R}_{13}$: iunctum *Heinsius* : sancto *Burmannus* : cinctos *Jeep* || **232** foras *Mommsen* || **233** *om.* $\mathbf{z}_{1}\mathbf{J}_{3}$ | biiuges] binas $\mathbf{R}_{13}$*ul* || **234** obstrepuit $\mathbf{z}_{1}$ || **237** eurota $\mathbf{J}_{3}$*pc*, *cett. mei* : eurotas $\mathbf{J}_{6}$ ϑ $\mathbf{A}_{2}\mathbf{F}_{3}\mathbf{J}_{3}$*ac* | spartane $\mathbf{J}_{3}$*?ac*, $\mathbf{K}_{5}$ (*teste Birt*) : *cett. meos nil moror*

nouerit et ratibus saeuas arcere procellas?
240 en noua Ledaeis suboles fulgentior astris,
ecce mei ciues, quorum iam Signifer optat
aduentum stellisque parat conuexa futuris.
iam per noctiuagos dominetur Olybrius axes
pro Polluce rubens, pro Castore flamma Probini.
245 ipsi uela regent, ipsis donantibus auras
nauita tranquillo moderabitur aequore pinum.
nunc pateras libare deis, nunc soluere multo
nectare corda libet. niueos iam pandite coetus,
Naides, et totum uiolis praetexite fontem.
250 mella ferant siluae; iam profluat ebrius amnis
mutatis in uina uadis; iam sponte per agros
sudent inriguae spirantia balsama uenae.
currat qui sociae roget in conuiuia mensae
indigenas fluuios, Italis quicumque suberrant
255 montibus Alpinasque bibunt de more pruinas,
Vulturnusque rapax et Nar uitiatus odoro
sulphure tardatusque suis erroribus Vfens
et Phaethonteae perpessus damna ruinae
Eridanus flauaeque terens querceta Maricae
260 Liris et Oebaliae qui temperat arua Galaesus.
semper honoratus nostris celebrabitur undis
iste dies, semper dapibus recoletur opimis.'
sic ait et Nymphae patris praecepta secutae
tecta parant epulis ostroque infecta corusco
265 umida gemmiferis inluxit regia mensis.
o bene signatum fraterno nomine tempus,

239 nouerit et $FF_{17}n_1$: nouerit a A_2 : norit et a J_6 : nouerat et z_1 : norint et ZJ_3q : norant et e_2 : horruit et F_3 : F_{21} *incert.* : nouere et *Ker* || **239–248** *pag. magna ex parte scissa non iam apparent in* ϑ, *nisi quod* en (**240**) *et* niueos (**248**) *legi possunt* || **240** en] et ϑF_3 || **241–242** aptat / aduentum A_2 : aptat / aduentu *Heinsius* || **243** axes] ignes *Schraderus* || **245** regent] rigent z_1 : regant F_3 | ipsis dominantibus A_2 : ipsisque domantibus *Heinsius* || **246** pinus $(Z)z_1FF_3F_{17}$ || **247** deo F_{17} : deas (*cum* patrias *pro* pateras) z_1 || **248** niueos $J_6z_1\vartheta A_2F_{21}J_3$*pc* : niueo $ZFF_3F_{17}J_3$*ac*n_1q | pandite F*ac, cett. mei* : plaudite F*pc*F_{17} : pangite F_3 : pergite F_{13}*ma* : spargite *Birt* | coetus $J_6z_1A_2J_3$*pc* : coetu J_3*ac, cett. mei* : ceruis F_{21} : cinctus *Scaliger* || **249** Naides et *Scaliger* : naides q : naiades $J_6z_1\vartheta FF_3J_3n_1$: naiades et $ZA_2F_{17}(F_{21})$ | totum ... fontem q*pc, cett. mei* : totam ... frontem z_1 : totum ... frontem $F_{17}q$*ac* || **252** spumantia z_1F_{17} || **253** roget $Zz_1\vartheta F$*pc*$F_3F_{17}J_3$: reget J_6*ac*A_2F*ac*$F_{21}n_1q$: regat J_6*pc* : riget *Exc. Gyr.* || **259** tenens $n_1e_2R_{26}$ || **260** ora F_{17} || **261** celebretur in undis ZFF_3F_{17} || **262** recoletur F*ac, cett. mei* : recolatur F*pc*F_{17} || **264** epulis] peplis *Scaliger* | infecta] refecta *Vicetina* : intecta *Ker* || **265** umida F_{17}*pc, cett. mei* : horrida F_{17}*ac* || **266** numine z_1

o consanguineis felix auctoribus anne,
incipe quadrifidum Phoebi torquere laborem.
prima tibi procedat hiemps non frigore torpens,
270 non canas uestita niues, non aspera uentis,
sed tepido calefacta Noto; uer inde serenum
protinus, et liquidi clementior aura Fauoni
pratis te croceis pingat; te messibus aestas
induat, autumnusque madentibus ambiat uuis.
275 omni nobilior lustro tibi gloria soli
contigit, exactum numquam memorata per aeuum,
germanos habuisse duces; te cuncta loquetur
tellus; te uariis scribent in floribus Horae,
longaque perpetui ducent in saecula fasti.

267 anne $\mathbf{n_1 q}$*pc?, Exc. Gyr.* : annus* *cett. mei* || **269** procedat **Z***pc***F***pc?, cett. mei* : procedit **Z***ac* : concedat $\mathbf{z_1}$ | torrens *Heinsius* || **273** messibus] floribus **ϑ** | aestas **ϑ***?* **F***ac, cett. mei* : etas **F***?pc?*$\mathbf{F_{17}}$ || **274** autumnusque madentibus] autumnus turgentibus *Jeep* : autumnusque madens post *Birt* | ambiat $\mathbf{z_1 A_2 F F_{17} (F_{21}) J_3}$: imbuat $\mathbf{J_6}$*pc* $\mathbf{ϑ F_3 n_1 q}$: **Z** *incert.* || **276** exactum] exautum $\mathbf{n_1 R_{26}}$*ac* : exhaustum $\mathbf{J_6}$ || **277** loquetur $\mathbf{A_2}$*pc, cett. mei* : loquatur $\mathbf{z_1 A_2}$*?ac* || **278** scribent in] scribunt in $\mathbf{F F_3 F_{17}}$: inscribent *Heinsius* || **279** ducent] ducunt $\mathbf{F F_3 F_{17}}$

2

IN RVFINVM

PRAEFATIO PRIOR

Phoebeo domitus Python cum decidit arcu
membraque Cirrhaeo fudit anhela iugo,
qui spiris tegeret montes, hauriret hiatu
flumina, sanguineis tangeret astra iubis,
5 iam liber Parnasus erat, nexuque soluto
coeperat erecta surgere fronde nemus,
concussaeque diu spatiosis tractibus orni
securas uentis explicuere comas,
et qui uipereo spumauit saepe ueneno
10 Cephisos nitidis purior ibat aquis.
omnis 'io Paean' regio sonat, omnia Phoebum
rura canunt, tripodas plenior aura rotat,
auditoque procul Musarum carmine dulci
ad Themidis coeunt antra seuera dei.
15 nunc alio domini telis Pythone perempto
conuenit ad nostram sacra caterua lyram,
qui stabilem seruans Augustis fratribus orbem
iustitia pacem, uiribus arma regit.

2 1–18 $\mathbf{\Gamma}$, $\mathbf{gP_2}$, **L**, $\mathbf{F_2P}$, **R**, $\mathbf{W_1}$, $\mathbf{FJ_3n_1}$

codicum inscriptiones: claudiani in rufinum liber primus incipit. praef. $\mathbf{\Gamma}$: incipit prologus primi libri claudianei **g** : fl. claudiani panagericon. incipit liber primus de gestis Theodosii $\mathbf{F_2}$*mr* : claudianus maior **P** : liber claudii poete in ruphinum **R***mr* : incipit magnum opus cl. claudiani. praefatio in primum librum $\mathbf{W_1}$: cl. claudiani in rufinum liber primus incipit $\mathbf{J_3}$*mr*. *aliorum codd. inscriptiones in Prolegom. reperies*

2 1 concidit $\mathbf{\Gamma K_6}$*pc*$\mathbf{O_3}$*pc* : $\mathbf{n_1}$ *incert.* || 2 iugo **F**, *cett. mei* : rogo $\mathbf{\Gamma}$ ϱ (*teste Koch*), *Isengriniana mg* : solo **F***ul* : $\mathbf{n_1}$ *incert.* || 3 tegeret spiris $\mathbf{n_1}$ || 4 tangeret *cett. mei, Exc. Flor.* : ting(u)eret $\mathbf{P_2n_1CO_2S_3}$ ϱ : tergeret $\mathbf{P_2}$*ul* $\mathbf{O_2}$*ul* || 5 tum $\mathbf{A_2}$*ul* | solutum* $\mathbf{A_2}$*ul* || 7 spatiosis **R**, *cett. mei* : squamosis $\mathbf{\Gamma R}$*ul* | tractibus **P***mg*, *cett. mei* : frondibus $\mathbf{PW_1F}$*ul*$\mathbf{F_{17}g_1}$ λ : ictibus $\mathbf{p_2}$ || 8 explicuere **R**, *cett. mei* : explicuisse $\mathbf{P_4}$*ma* : exposuere **R***sscr* ϑ *ul* || 9 fumauit $\mathbf{PW_1K_6L_3}$: spirauit $\mathbf{p_4}$ || 10 nitidis $\mathbf{\Gamma gP_2RFJ_3}$ $\mathbf{Cg_1}$*ul*, *Vicetina* : liquidis $\mathbf{LF_2PW_1n_1F_{17}}$ λ, *Exc. Flor.* || 13 dulci $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{W_1J_3}$, *cett. mei* : ducti $\mathbf{\Gamma LF_2}$*ac*$\mathbf{W_1}$*mg* $\mathbf{J_3}$*ul* : docti *Isengriniana* || 14 sonora *Heinsius* : serena *Ker* | dee $\mathbf{S_3}$ μ *ul* || 17 seruans $\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* : seruant *cett. mei* || 18 regit $\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* : regunt **P***ul*, *cett. mei* : cadunt $\mathbf{PCg_1\Gamma_1}$*ac* : regat *Buecheler* | explicit praefatio $\mathbf{\Gamma}$

3

IN RVFINVM

LIBER PRIOR

Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem,
curarent superi terras an nullus inesset
rector et incerto fluerent mortalia casu.
nam cum dispositi quaesissem foedera mundi
5 praescriptosque mari fines annique meatus
et lucis noctisque uices, tunc omnia rebar
consilio firmata dei, qui lege moueri
sidera, qui fruges diuerso tempore nasci,
qui uariam Phoeben alieno iusserit igni
10 conpleri Solemque suo, porrexerit undis
litora, tellurem medio librauerit axe.
sed cum res hominum tanta caligine uolui
aspicerem laetosque diu florere nocentes
uexarique pios, rursus labefacta cadebat
15 religio causaeque uiam non sponte sequebar
alterius, uacuo quae currere semina motu
adfirmat magnumque nouas per inane figuras
fortuna non arte regi, quae numina sensu
ambiguo uel nulla putat uel nescia nostri.
20 abstulit hunc tandem Rufini poena tumultum
absoluitque deos. iam non ad culmina rerum

3 1–387 $\mathbf{\Gamma}$, $\mathbf{gP_2}$, **L**, $\mathbf{F_2P}$, **R**, $\mathbf{W_1}$, $\mathbf{FJ_3n_1}$

codicum inscriptiones: incipit liber primus claudiani. in rufinum $\mathbf{\Gamma}$: liber primus de ciuili ac sociali bello **g** : incipit liber primus in rufinum $\mathbf{W_1}$

3 5 mari $\mathbf{\Gamma P_2 W_1}$*?ac* $\mathbf{J_3}$*?ac* : maris $\mathbf{W_1}$*pc?* $\mathbf{J_3}$*pc?*, *cett. mei* | anni-] annis- $\mathbf{P_{13}}$, *Heinsius* : amnis- $\mathbf{F_{20}}$, *Bern. 633*, *Laur. 90 sup. 87* (*teste Birt*), *Exc. Gyr.* : anno- $\mathbf{R_{13}}$ | recursus **g** || 6 luci nocti- *Heinsius* || 7 formata $\mathbf{G_5}$ || 8 diuerso $\mathbf{P_2}$*ul*, *cett. mei* : diuiso $\mathbf{\Gamma P_2 F_2}$ ϱ : **g** *incert.* || 9 iusserit $\mathbf{P_2}$*?*, *cett. mei* : iusserat $\mathbf{F_2}$, *Exc. Flor.* : **g** *incert.* | igni $\mathbf{Rn_1}$*ac*, *cett. mei* : igne **FR**$_{ul}$$\mathbf{n_1}$*pc*, *mr* : **g** *incert.* || 10 porrexerat *Exc. Flor.* : praetexerit *Ker* || 11 librauerat *Exc. Flor.* || 12 sed $\mathbf{F_2}$*pc*, *cett. mei* : et $\mathbf{F_2}$*ac* : at $\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* || 13 conspicerem *Par. 1977* || 15 causae-] sectae- *Ker* || 16 uacuo] uano *Cuiacius* : caeco *Paul* | currere semina] semina currere $\mathbf{LRA_2}$: currere secula *Bern. 633* | motu $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : casu $\mathbf{W_1}$*sscr* : mota *Birt* || 17 uagas *Birt* || 18–19 sensus / ambigui $\mathbf{A_2}$*ul* || 19 probat $\mathbf{L_3}$*ul* | nostri $\mathbf{\Gamma P_2 F_2 R}$*ul*$\mathbf{FJ_3n_1}$: ueri $\mathbf{LF_2}$*ul* $\mathbf{PRW_1F}$*ul*, *Exc. Flor.* : **g** *incert.*

iniustos creuisse queror; tolluntur in altum
ut lapsu grauiore ruant. uos pandite uati,
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.
25 inuidiae quondam stimulis incanduit atrox
Allecto, placidas late cum cerneret urbes.
protinus infernas ad limina taetra sorores,
concilium deforme, uocat. glomerantur in unum
innumerae pestes Erebi, quascumque sinistro
30 Nox genuit fetu: nutrix Discordia belli,
imperiosa Fames, leto uicina Senectus
inpatiensque sui Morbus Liuorque secundis
anxius et scisso maerens uelamine Luctus
et Timor et caeco praeceps Audacia uultu
35 et Luxus populator opum, quem semper adhaerens
infelix humili gressu comitatur Egestas,
foedaque Auaritiae conplexae pectora matris
insomnes longo ueniunt examine Curae.
conplentur uario ferrata sedilia coetu
40 toruaque conlectis stipatur curia monstris.
Allecto stetit in mediis uulgusque tacere
iussit et obstantes in tergum reppulit angues
perque umeros errare dedit. tum corde sub imo
inclusam rabidis patefecit uocibus iram:
45 'sicine tranquillo produci saecula cursu,
sic fortunatas patiemur uiuere gentes?
quae noua corrupit nostros clementia mores?
quo rabies innata perit? quid inania prosunt
uerbera, quid facibus nequiquam cingimur atris?

22 querar $\mathbf{F_2 n_1 A_2}$ ϑ, *Exc. Flor.* || **23** lapsu $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : casu $\mathbf{W_1}$ *ul* || **27** limina] lumina **Z** ϑ *ac*, *Exc. Flor.* : culmina $\mathbf{n_1}$ | saeua *Isengriniana mg* || **28** consilium $\mathbf{C_1}$ *ac* $\mathbf{P_1}$ || **29** Erebo *Birt* || **30** belli *omnes mei, Exc. Frising.* : rixae $\mathbf{O_2}$ *ul* || **34** timor *omnes mei, Exc. Frising.* : Tumor *Heinsius* || **35** populator $\mathbf{P_2}$ *ul, cett. mei, Exc. Frising.* : spoliator $\mathbf{P_2}$ | quem *omnes mei, Exc. Frising., Exc. Flor.* : cui $\mathbf{A_2}$ *ul* $\mathbf{P_{14}}$, *Exc. Flor.* || **36** gressu] passu $\mathbf{g_1}$ || **37** pectora] uiscera $\mathbf{F F_3 L_4}$ *Par. 15155* || **38** ueniunt longo certamine $\mathbf{F_{17}}$ || **39** ferrata **R**, *cett. mei* : secreta **R** *ul* | sedilia] cubilia $\mathbf{F_{14}}$ || **40** torua-] tota- $\mathbf{J_7}$ *ul, Camers mg* : tetra- *Cuiacius* : furua- *Schraderus* || **41** mediis **R** *pc, cett. mei, Exc. Flor.* : medios **R** *ac* : medio **F** *ul* $\mathbf{n_1 A_2}$ μ, *Exc. Flor.* | uultuque *Cuiacius* || **42** in tergum] a pectore $\mathbf{n_1}$ | ydros $\mathbf{O_2}$ || **43** *om. add. mg* $\mathbf{J_3}$ || **44** rabidis *Γ* **RF** *sscr* $\mathbf{J_3}$ *pc* : rapidis $\mathbf{F J_3}$ *ac, cett. mei* || **45** saecula] tempora $\mathbf{K_6}$: sidera $\mathbf{O_3}$ *ac* | cursu] luxu $\mathbf{n_1}$: fluxu *Heinsius* || **47** quae **g** *?* $\mathbf{F J_3}$ *ul, cett. mei* : quo **PF** *ul* $\mathbf{J_3 L_1 W_2}$ | corrupit **g** *?* $\mathbf{P_2 R A_2 F_{17} O_2}$ *pc* : corrumpit* *cett. mei, Exc. Flor.* || **48** quo **g** *?*, *cett. mei* : cur* $\mathbf{P_{14}}$, *Goodyear* : quid *Exc. Flor.* | innata] si uana *Goodyear* || **49** accingimur μ *pc, Flor. Gall.* : stringimur $\mathbf{A_3}$: incingimur *Burmannus*

50 heu nimis ignauae, quas Iuppiter arcet Olympo,
Theodosius terris. en aurea nascitur aetas,
en proles antiqua redit. Concordia, Virtus,
cumque Fide Pietas alta ceruice uagantur
insignemque canunt nostra de plebe triumphum.
55 pro dolor! ipsa mihi liquidas delapsa per auras
Iustitia insultat uitiisque a stirpe recisis
elicit oppressas tenebroso carcere leges.
at nos indecores longo torpebimus aeuo
omnibus eiectae regnis? agnoscite tandem
60 quid Furias deceat; desuetas sumite uires
conuentuque nefas tanto decernite dignum.
iam cupio Stygiis inuadere nubibus astra,
iam flatu uiolare diem, laxare profundo
frena mari, fluuios ruptis inmittere ripis,
65 et rerum uexare fidem.' sic fata cruentum
mugiit et totos serpentum erexit hiatus
noxiaque effudit concusso crine uenena.
anceps motus erat uulgi: pars maxima bellum
indicit superis, pars Ditis iura tuetur,
70 dissensuque alitur rumor: ceu murmurat alti
inpacata quies pelagi, cum flamine fracto
durat adhuc saeuitque tumor dubiumque per aestum
lassa recedentis fluitant uestigia uenti.

50 nimis ignauae *omnes mei, Exc. Flor.* : nimium segnes *Flor. Gall.* | quas iuppiter arcet olympo $\mathbf{\Gamma}$, *Exc. Flor.* : quas celo iuppiter arcet *cett. mei* : celo quas iuppiter arcet $\mathbf{K_6}$, *Flor. Gall.* || **52** et $\mathbf{L_{11}}$ | proles] aetas *Exc. ed. Antuerp. ap. Burmannum* || **53** uagatur *Isengriniana* || **54** gerunt $\mathbf{\Gamma_1}$*pc* | nostra de] de nostra $\mathbf{P_2 J_3 C P_{11} W_2 \Gamma_1 \mu}$ | gente $\mathbf{n_1 Z}$ || **55** proh pudor $\mathbf{F_3}$ | dilapsa $\mathbf{g P_2 L J_3 C S_3}$, *Exc. Flor.* || **56** *om. add. mg* $\mathbf{J_3}$ | exultat $\mathbf{R_{23}}$ | uitiisque $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : uitiis $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{J_3}$*mg* $\mathbf{n_1}$ | ab $\mathbf{P_2 O_2}$ || **57** carcere *cett. mei, Exc. Flor.* : in carcere $\mathbf{F_2 R W_1 \vartheta}$: a carcere $\mathbf{F_{19}}$: e carcere *Isengriniana* || **58** *om. add. mg* $\mathbf{J_3}$ | et $\mathbf{Z}$ | torquebimur $\mathbf{F_2}$ || **59** regnis] terris $\mathbf{O_7}$ | cognoscite $\mathbf{C_1 z_1}$ || **60** deceat furias *pro lemmate in Par. Sorb. S. II. 2* || **61** tanto $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : tandem $\mathbf{W_1}$*ul* | decernite *cett. mei, Exc. Flor.* : descernite $\mathbf{P}$: discernite $\mathbf{Z z_1}$ || **64** fluuios ruptis . . . ripis $\mathbf{R}$*mr, cett. mei* : fl. ripis . . . ruptis $\mathbf{B_1 F_{17} g_1}$: fl. rapidis . . . ripis $\mathbf{Z}$: ruptis fl. . . . ripis *Heinsius* | inmittere $\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* : emittere $\mathbf{J_3}$*pc* $\mathbf{L_1}$*pc* $\mathbf{P_{14}}$ || **65** uexare $\mathbf{\Gamma P_2}$*pc*$\mathbf{R O_2}$, *Exc. Flor., Isengriniana* : laxare $\mathbf{g L F_2 P W_1 F J_3}$: lapsare *Exc. Flor.* : turbare $\mathbf{n_1 O_2}$*ul* $\mathbf{Z}$: lacerare *Exc. Laeti ul* | cruentum $\mathbf{P_2 F_2}$, *cett. mei* : cruente $\mathbf{P_2}$*ul* $\mathbf{F_2}$*gloss.* || **66** totos] tortos $\mathbf{L J_6 L_3 O_2}$: toruos $\mathbf{P_{14}}$: notos *Burmannus* || **67** confuso $\mathbf{Z}$ || **69** tuetur $\mathbf{g}$*?*$\mathbf{L F_2}$*ul* $\mathbf{P R W_1 F}$*ul, Exc. Gyr.* : tuentur *Exc. Flor.* : ueretur* $\mathbf{\Gamma P_2 F_2 R}$*ul*$\mathbf{F J_3}$, *Exc. Flor.* : uerentur $\mathbf{n_1}$ || **71** implacata $\mathbf{K_6 \vartheta}$ | flamine $\mathbf{\Gamma g P_2}$*pc*$\mathbf{L F_2 R F J_3}$*pc* : flumine $\mathbf{P_2}$*ac* $\mathbf{P W_1 J_3}$*ac* : $\mathbf{n_1}$ *incert.* || **72** dubios- . . . aestus $\mathbf{A_3}$*ul* || **73** residentis *Heinsius*

inproba mox surgit tristi de sede Megaera,
75 quam penes insani fremitus animique profanus
error et undantes spumis furialibus irae:
non nisi quaesitum cognata caede cruorem
inlicitumue bibit, patrius quem fuderit ensis,
quem dederint fratres; haec terruit Herculis ora
80 et defensores terrarum polluit arcus,
haec Athamanteae derexit spicula dextrae,
haec Agamemnonios intra bacchata penates
alternis lusit iugulis; hac auspice taedae
Oedipoden matri, natae iunxere Thyesten.
85 quae tunc horrisonis effatur talia dictis:
'signa quidem, sociae, diuos attollere contra
nec fas est nec posse reor; sed laedere mundum
si libet et populis commune intendere letum,
est mihi prodigium cunctis inmanius hydris,
90 tigride mobilius feta, uiolentius Austris
acribus, Euripi refluis incertius undis,
Rufinus, quem prima meo de matre cadentem
suscepi gremio. paruus reptauit in isto
saepe sinu teneroque per ardua colla uolutus
95 ubera quaesiuit fletu, linguisque trisulcis
mollia lambentes finxerunt membra cerastae.
meque etiam tradente dolos artesque nocendi

74 tristi surgit **Γ** | de caede *Burmannus* || **75** fremitus **R***pc***F***ul***n**$_1$*?*, *cett. mei* : gemitus **R***ac***FG**$_5$**L**$_4$**Z** || **77** nec **J**$_3$ || **78** inlicitumue **LPRF***sscr***n**$_1$: -que **F**, *cett. mei* : incestumue *'editt.'* (*teste Jeep: non repperi*) | patris **R**$_{13}$: **g** *incert.* | fuderit (**R**), *cett. mei* : fuderat **F**$_2$, *Exc. Flor.* : **n**$_1$ *incert.* || **80** et **Γ**, *Exc. Flor.* : haec *cett. mei* | polluit **R**, *cett. mei* : terruit **R***ul***F**$_{17}$**g**$_1$ || **81** Athamantiados *Heinsius* | direxit **F***ul*, *cett. mei* : *correxi* : porrexit **F** || **82** intra *Heinsius* : inter *codd.* || **85** nunc **n**$_1$ | affatur **n**$_1$**C**$_1$**O**$_7$*?* || **86** sociae **g***ac***F**$_2$*ac***RW**$_1$: o sociae **Γg***pc***P**$_2$**LF**$_2$*pc***PFJ**$_3$**n**$_1$ || **88** si placet *Flor. Gall.* | immittere **F**$_3$ | uulnus **P**$_{13}$ || **89** cunctis *cett. mei* : iunctis **F**$_{17}$ *ul* : natis **F**$_{17}$: notis *Burmannus* || **90** uiolentius] et uiolentius **ϑ** : uelocius *Isengriniana mg* | euris **A**$_2$ || **91** acribus euripi *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : acrius harpyiis (*uel simm.*) *codd.*, *Exc. Flor.* : acribus Euxini *Jeep* : acrius Adriacis *Birt* | refluis *Isengriniana mg* : fuluis **n**$_1$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : flauis *cett. mei* : flauisque *Exc. Flor.* : Siculis *Birt* || **92** de uentre **FC**$_1$ || **93** excepi **Z** *μpc* | reptauit paruus *Isengriniana* || **95** oscula **LPFF**$_{17}$**L**$_3$ || **96** finxerunt **n**$_1$*?*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : fixerunt **ΓP**$_2$**C***ul***Z** : strinxerunt *Jeep olim* : tinxerunt *Baehrens* | membra **ΓgP**$_2$**F**$_2$**FJ**$_3$**n**$_1$: ora **LF**$_2$*ul* **PRW**$_1$, *Isengriniana* || **97** meque etiam tradente dolos **Γg**(**R**)**FJ**$_3$: me tradente dolos gestus **P**$_2$ (etiam *add. sscr*)**LF**$_2$**P**(*spat. rel. post* me)**W**$_1$**n**$_1$: me tradente dolos ceptus (*uel* certus) *Exc. Flor.* : me me etiam tradente dolos *uel* me tradente dolos astus *Heinsius* : meque uiam tradente dolos *Burmannus* : me tradente dolos certos *Buecheler* | artes- **ΓgP**$_2$**FJ**$_3$, *Exc. Flor.* : artem- **LF**$_2$**PRW**$_1$**n**$_1$: gestus- **F***ul* | nocentem **P**$_{14}$

edidicit simulare fidem sensusque minaces
protegere et blando fraudem praetexere risu,
100 plenus saeuitiae lucrique cupidine feruens.
non Tartesiacis illum satiarit harenis
tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis
aurea Pactoli; totumque exhauserit Hermum,
ardebit maiore siti. quam fallere mentes
105 doctus et unanimos odiis turbare sodales!
talem progenies hominum si prisca tulisset,
Pirithoum fugeret Theseus, offensus Oresten
desereret Pylades, odisset Castora Pollux.
ipsa quidem uinci fateor rapidoque magistram
110 praeuenit ingenio. nec plus sermone morabor:
solus habet scelerum quidquid possedimus omnes.
hunc ego, si uestrae res est accommoda turbae,
regalem ad summi producam principis aulam.
sit licet ipse Numa grauior, sit denique Minos,
115 cedet et insidiis nostri flectetur alumni.'
  orantem sequitur clamor cunctaeque profanas
porrexere manus inuentaque tristia laudant.
illa ubi caeruleo uestes conexuit angue
nodauitque adamante comas, Phlegethonta sonorum
120 poscit et ambusto flagrantis ab aggere ripae
ingentem piceo succendit gurgite pinum
pigraque ueloces per Tartara concutit alas.
  est locus extremum pandit qua Gallia litus
Oceani praetentus aquis, ubi fertur Vlixes
125 sanguine libato populum mouisse silentem.

98 addidicit *Burmannus* | minaces $\mathbf{W}_1$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : minantes $\mathbf{W}_1$*ac* ϑ *pc* || **99** blando fraudes $\mathbf{F}_2\mathbf{RW}_1$: fraudem blando $\mathbf{W}_2$ || **100** saeuitia $\mathbf{n}_1\mathbf{A}_2$ || **101** satiarit **P***ac* λ : satiaret **P***pc* **R***pc, cett. mei* || **102** uel $\Gamma\mathbf{P}_2$ || **103** totumque ex-] totum si ex- $\mathbf{L}_3\mathbf{Z}$: totumque si $\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor. ac* : totum quoque si *Exc. Flor. pc* : cum totum ex- *uel* qui totum ex- *Jeep olim* || **104** arebit *Heinsius* | nam $\mathbf{K}_4$ || **106** hominum $\mathbf{W}_1$, *cett. mei* : hominem $\mathbf{W}_1$*ulmg* $\mathbf{n}_1$ || **109** uinci fateor $\mathbf{n}_1\mathbf{F}_{17}$, *Exc. Flor.* : fateor uinci* *cett. mei* | rapidoque *cett. mei, Exc. Flor.* : rabidoque $\mathbf{J}_3\mathbf{P}_{11}$*pc* | magistrum $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_7$: megeram $\mathbf{F}_{17}$ || **110** neque λ || **111** quidquid scelerum *Exc. Flor.* || **112** hunc $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : nunc $\mathbf{P}_2$*ac* | nostrae $\mathbf{P}_2\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*?* ϑ μ || **113** producam $\Gamma\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{RW}_1$: per- $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* || **114** ipse **gR**, *Exc. Flor.* : ille* *cett. mei* || **116** hec fantem $\mathbf{p}_2$ || **118** conexuit *omnes mei,* (*Exc. Flor.*) : contexuit *Bern. 633* || **119** nodatam- . . . comam **R***?* || **120** fragrantis $\mathbf{n}_1$ || **121** stipite $\mathbf{F}_{20}$ || **122** nigraque $\mathbf{K}_4$ | concitat $\mathbf{n}_1$ || **123** pandit qua] qua pandit $\mathbf{O}_2$: pandit quo $\mathbf{L}_{11}$ || **124** ubi Γ, *Exc. Flor., Isengriniana mg* : quo *cett. mei* : qua $\mathbf{K}_6$, *Exc. Flor.* || **125** populos $\mathbf{Fn}_1$ | mouisse **gF**, *cett. mei, Exc. Flor.* : nouisse **g***ul* **PF***ul* : placasse **Z***ul* | silentem *Exc. Flor.* : silentum *codd.*

illic umbrarum tenui stridore uolantum
flebilis auditur questus; simulacra coloni
pallida defunctasque uident migrare figuras.
hinc dea prosiluit Phoebique egressa serenos
130 infecit radios ululatuque aethera rupit
terrifico: sensit ferale Britannia murmur
et Senonum quatit arua fragor reuolutaque Tethys
substitit et Rhenus proiecta torpuit urna.
tunc in canitiem mutatis sponte colubris
135 longaeuum mentita senem rugisque seueras
persulcata genas et ficto languida passu
inuadit muros Elusae, notissima dudum
tecta petens, oculisque diu liuentibus haesit
peiorem mirata uirum; tum talia fatur:
140 'otia te, Rufine, iuuant frustraque iuuentae
consumis florem patriis inglorius aruis?
heu nescis quid fata tibi, quid sidera donent,
quid Fortuna paret: toto dominabere mundo
si parere uelis! artus ne sperne seniles!
145 namque mihi magicae uires aeuique futuri
praescius ardor inest; noui quo Thessala cantu
eripiat lunare iubar, quid signa sagacis
Aegypti ualeant, qua gens Chaldaea uocatis
imperet arte deis, nec me latuere fluentes
150 arboribus suci funestarumque potestas
herbarum, quidquid letali gramine pollens

128 migrasse $\mathbf{W}_1$*ul* : mugire $\mathbf{W}_1\mathbf{g}_1\mathbf{z}_1$: errare $\mathbf{J}_7$ | cateruas $\mathbf{R}\mu$ || **129** hinc $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3$*sscr, cett. mei* : hic Γ : huc $\mathbf{P}_2$*ul* $\mathbf{J}_3$ || **130** aera $\mathbf{C}_1$ || **131** tartareo $\mathbf{P}_{13}$ | sentit $\mathbf{K}_4\vartheta$ | ferale *omnes mei, Exc. Flor.* : furiale $\mathbf{L}_3$*ul, Birt* : letale $\mathbf{p}_2$: fatale *Vicetina* || **133** proiecta $\mathbf{W}_1$*ul, cett.* mei : subiecta $\mathbf{W}_1(\mathbf{K}_6)\vartheta$ | urna $\mathbf{F}_2$*ul* **F***ul*$\mathbf{J}_3$*ul*$\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor., Exc. Gyr., Isengriniana mg* : unda $\mathbf{F}_2\mathbf{F}\mathbf{J}_3$, *cett. mei* || **134** sponte $\mathbf{F}_2\mathbf{R}$*pc*$\mathbf{W}_1$*sscr* **F**, *cett. mei* : saepe $\mathbf{F}_2$*ul* **PR***ac*$\mathbf{W}_1$**F***ul* || **135** serenas $\mathbf{K}_4$ || **137** inuasit $\mathbf{W}_1$ || **138** liuentibus $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* : lucentibus $\mathbf{P}_2$: lugentibus $\mathbf{P}_{11}$*ac* || **140** frustrane *Heinsius* || **141** florem consumis $\mathbf{J}_3$: absumis florem $\mathbf{F}_{14}$ | patriisque $\mathbf{F}_2\mathbf{R}\mathbf{W}_1$ || **142** donent **R**, *cett. mei* : debent Γ**R***ul, Exc. Gyr., Isengriniana mg* : dedent *Exc. Flor.* : dedant *Jeep* : seruent *Birt* || **143** parat Γ | toto **RF***ul, cett. mei* : toti* **R***ul* $\mathbf{F}\mathbf{n}_1\mathbf{C}\mathbf{W}_2\Gamma_1$: **g** *incert.* | dominabere $\Gamma\mathbf{g}\mathbf{P}_2$**R***ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: donabere $\mathbf{P}_2$*ul* $\mathbf{L}\mathbf{F}_2$**PRF***ul* $\mathbf{J}_3$*ul* || **144** nec $\mathbf{L}_1$ || **147** eripiat $\mathbf{F}_2$, *cett. mei* : excipiat $\mathbf{F}_2$*ul* : deripiat *Barthius, Heinsius* || **149** imperet **g***?pc?*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*pc* $\mathbf{C}_1\mathbf{O}_2$*pc* $\mathbf{z}_1$, *Exc. Flor.* : imperat **g***ac?, cett. mei* | neque λ || **151** gramine $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : germine* $\mathbf{K}_4$: carmine $\mathbf{F}_2$*ac, Isengriniana* : flumine **Z** | pollet $\mathbf{F}_{17}$*pc*

Caucasus et Scythicae uernant in crimina rupes,
quas legit Medea ferox et callida Circe.
saepius horrendos Manes sacrisque citaui
155 nocturnis Hecaten et condita funera traxi
carminibus uictura meis, multosque canendo,
quamuis Parcarum restarent fila, peremi.
ire uagas quercus et fulmen stare coegi
uersaque non prono curuaui flumina lapsu
160 in fontes reditura suos. neu uana locutum
me fortasse putes, mutatos cerne penates.'
dixerat, et niueae (mirum!) coepere columnae
ditari subitoque trabes lucere metallo.
  inlecebris capitur, nimiumque elatus auaro
165 pascitur intuitu. sic rex ad prima tumebat
Maeonius, pulchro cum uerteret omnia tactu;
sed postquam riguisse dapes fuluamque reuinctos
in glaciem uidit latices, tum munus acerbum
sensit et inuiso uotum damnauit in auro.
170 ergo animi uictus 'sequimur quocumque uocabis,
seu tu uir seu numen' ait, patriaque relicta
Eoas Furiae iussu tendebat ad arces,

152 scithie Γ_1*pc* | uernant] seruant *Jeep* : uertant *Palmer* | crimina *Postgate* : gramina *Bern. 633, Exc. Flor.* : gramine *omnes mei* : germina $\mathbf{z_1}$: carmine $\mathbf{F_{19}R_{13}}$: carmina *Heinsius* (*'Florent.' =* $\mathbf{F_2}$ *in Sylloga attributa est haec lectio, perperam*) : culmine *Jeep* : toxica *Birt* | rupes **P***pc***R**, *cett. mei* : ripae ϑ : cautes **R***ul* || **153** *ut spurium damnauit Paul* | quas legit $\mathbf{F_2}$*ac, cett. mei* : quasque legit $\mathbf{F_2}$*pc*[1] : quas legat $\mathbf{F_2}$*pc*[2] || **154** citaui *Cuiacii uetus* : litaui **R**, *cett. mei* : litando **R***sscr* : litatis $\mathbf{F_{20}Z}$: leuaui $\mathbf{F_{17}}$*sscr, mr,* $\mathbf{L_3}$, *Par. Sorb. S. II. 2 pro lemmate, Exc. Flor., Isengriniana mg* : uocaui $\mathbf{b_1}$ *ma, Jeep* : citatam *Heinsius. uulgata lectio* litaui *non, ut Heinsius putabat,* σολοικίζει, *cf. Housmannum ad Lucanum 7, 169–171; sed hic ad rem minus quadrat: Manes enim et Hecaten sacris placare fortasse non cuiusuis est, sed in eo nihil mirandum; Manes autem et Hecaten* citare, *i. euocare, non nisi magorum est arte praestantium* || **155** funera condita *Par. Sorb. S. II. 2* || **157** parc. rest. Γ*pc, cett. mei* : rest. parc. Γ*ac* || **158** fulmen *Exc. Flor.* : flumen $\mathbf{F_2}$, *Exc. Flor.* : flumina *cett. mei* : flamina *Camers* : fulmina *Isengriniana mg* : flamen *Buecheler* || **159** lapsu] cursu *Camers mg* || **160** in **R**?, *cett. mei* : ad *Exc. Laeti* | neu $\mathbf{gLF_2PJ_3}$: ne $\mathbf{\Gamma P_2R}$ $\mathbf{Fn_1}$, *Exc. Flor.* : non $\mathbf{W_1}$: nec ϑ*ac* | locutum Γ*?pc?* **F***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : locutam **F***ac*$\mathbf{F_{20}L_3}$ || **162** en *Heinsius olim* || **165** intuitu] aspectu* Γ, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* || **166** pulchro] stulto *Burmannus* : cupido *Jeep* | tactu **P***ul, cett. mei* : tractu $\mathbf{Pg_1}$ || **167** riguere **L** | fuluam- $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : flauam- $\mathbf{W_1}$ *ul* $\mathbf{B_1g_1}$ | reuinctos *cett. mei, Exc. Flor.* : reuictos $\mathbf{g_1}$, *Exc. Flor.* : reductos **g***pc*$\mathbf{Fn_1L_4}$ || **169** inuiso $\mathbf{P_2}$ **F***pc, cett. mei* : inuito $\mathbf{gP_2}$ *ul* **PF***ac*$\mathbf{CK_6}$ *ul* : iniusto $\mathbf{K_6}$ || **170** animo Γ_1 | uocabis $\mathbf{J_3}$*? ac, cett. mei* : uocaris $\mathbf{J_3}$*pc* ϑ || **172** furiae iussu *cett. mei, Exc. Flor.* : iussu furiae $\mathbf{FJ_3n_1CP_1S_3}\Gamma_1$

instabilesque olim Symplegadas et freta remis
incluta Thessalicis, celsa qua Bosporos urbe
175 splendet et Odrysiis Asiam discriminat oris.
ut longum permensus iter ductusque maligno
stamine fatorum claram subrepsit in aulam,
ilicet ambitio nasci, discedere rectum,
uenum cuncta dari. profert arcana, clientes
180 fallit et ambitos a principe uendit honores.
ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
nutrit et exiguum stimulando uulnus acerbat.
ac uelut innumeros amnes accedere Nereus
nescit et undantem quamuis hinc hauriat Histrum,
185 hinc bibat aestiuum septeno gurgite Nilum,
par semper similisque manet: sic fluctibus auri
expleri calor ille nequit. cuicumque monile
contextum gemmis aut praedia culta fuissent,
Rufino populandus erat, dominoque parabat
190 exitium fecundus ager; metuenda colonis
fertilitas; laribus pellit, detrudit auitis
finibus; aut aufert uiuis aut occupat heres.
congestae cumulantur opes orbisque ruinas
accipit una domus; populi seruire coacti
195 plenaque priuato succumbunt oppida regno.
quo, uaesane, ruis? teneas utrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
iungantur solium Croesi Cyrique tiaras,

173 instabilesque *cett. mei, Exc. Flor.* : instabiles* $\mathbf{P}_2\mathbf{R}\mathbf{W}_1\mathbf{C}_1$ ϑ | olim] diu $\mathbf{A}_2\mathbf{F}_{17}$ || **174** incita *Schraderus* | urbe **F**, *cett. mei, Exc. Flor.* : arce **F***ul* $\mathbf{O}_2$ *ul* ϑ *ma, Vicetina* || **175** discriminat] disterminat $\mathbf{A}_2$ *ul* : determinat $\mathbf{n}_1$ (*ut opinor, non* disterminat) || **177** subrepit $\mathbf{F}_{14}$ || **178** protinus *Flor. Gall.* || **179** profert **g***?* **F***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : proferre *Exc. Flor.* : prosunt **F***ac* || **180** fallere . . . uendere *Heinsius* || **181** pectoris $\mathbf{W}_1$ *pc, cett. mei* : criminis $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$ *ac, Exc. Flor.* | ignes $\mathbf{g}\mathbf{C}_1\mathbf{F}_3\mathbf{G}_5\mathbf{P}_{11}\mathbf{W}_2$ || **182** stimulando $\mathbf{J}_3$ *pc, cett. mei, Exc. Flor.* : cumulando $\mathbf{P}\mathbf{B}_1\mathbf{F}_{17}$ *ac* $\mathbf{g}_1$ | acerbat $\mathbf{J}_3$ *pc, cett. mei, Exc. Flor.* : aceruat *Γ* || **183** uelut $\mathit{\Gamma}\mathbf{P}_2\mathbf{A}_2$ λ, *Exc. Flor.* : ueluti *cett. mei* || **185** effusum $\mathbf{R}_{13}$ || **186** manet] meat $\mathbf{F}_2$ ϑ, *Exc. Flor.* || **187** calor ille] calor iste **R** : sitis ista $\mathbf{F}_{17}$ || **188** pretextum $\mathbf{F}_{17}$ || **189** parabat *omnes mei, Exc. Flor.* : ferebat *Vicetina* || **191** pellit laribus $\mathbf{K}_4$ || **192** uiuis aufert *Flor. Gall.* || **193** ruinas] rapinas *Par. Sorb. S. II. 2 ul, Isengriniana mg* : ruinam *Heinsius* || **194** domus $\mathbf{F}_2$ *ul* $\mathbf{W}_1$ *ul, cett. mei* : manus $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{L}_{11}$ *pc* ϑ | seruire $\mathbf{J}_3$ *pc, cett. mei* : sunt iure $\mathbf{R}_4$ || **196** tendas *uel* regnes ad utrumque *Birt* || **197** rutilos laxet $\mathbf{O}_7$ | tibi Lydia] licet india $\mathbf{n}_1$ || **198** iungantur **P***pc, cett. mei, Exc. Frising.* : iungatur $\mathbf{n}_1\mathbf{L}_{11}$ *pc* $\mathbf{O}_7$ *μ ?pc, Exc. Flor.* | croesi cyri- $\mathit{\Gamma}\mathbf{F}_2\mathbf{A}_2$, *Exc. Frising., Exc. Flor., Iuntina* : cyri croesi- *cett. mei* | tiara (-e, *uel simm.*) *omnes mei* : *correxit Heinsius* : corona $\mathbf{A}_2$ *ul*

numquam diues eris, numquam satiabere quaestu.
200 semper inops quicumque cupit. contentus honesto
Fabricius paruo spernebat munera regum
sudabatque graui consul Serranus aratro
et casa pugnaces Curios angusta tegebat.
haec mihi paupertas opulentior, haec mihi tecta
205 culminibus maiora tuis. ibi quaerit inanes
luxuries nocitura cibos; hic donat inemptas
terra dapes. rapiunt Tyrios ibi uellera fucos
et picturatae saturantur murice uestes;
hic radiant flores et prati uiua uoluptas
210 ingenio uariata suo. fulgentibus illic
surgunt strata toris; hic mollis panditur herba
sollicitum curis non abruptura soporem.
turba salutantum latas ibi perstrepit aedes;
hic auium cantus, labentis murmura riui.
215 uiuitur exiguo melius; natura beatis
omnibus esse dedit, si quis cognouerit uti.
haec si nota forent, frueremur simplice cultu,
classica non gemerent, non stridula fraxinus iret,
non uentus quateret puppes, non machina muros.
220 crescebat scelerata sitis praedaeque recentis
incestus flagrabat amor, nullusque petendi
cogendiue pudor: crebris periuria nectit

200 qui cuncta *anonymus ap. Burmannum* || **200–201** honeste / . . . parto *Goodyear* || **201** regis $\mathbf{z}_1$ *mg, Isengriniana mg* || **203** tegebat *cett. mei, Exc. Flor.* : tenebat $\mathbf{\Gamma L n_1 A_2 O_2}$ || **204** opulentior $\mathbf{\Gamma C_1}$*ul, Exc. Flor., Exc. Gyr., Isengriniana mg* : augustior $\mathbf{g P_2 L F_2 P}$*pc*$\mathbf{R F}$*pc*$\mathbf{W_1 J_3}$: angustior $\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{F}$*ac*$\mathbf{n_1 Z}$ || **205** ibi $\mathbf{\Gamma L}$*ul, Isengriniana mg* : tibi **L**, *cett. mei* : hic $\mathbf{J_6}$ | quaerat *Heinsius* || **206** hic $\mathbf{\Gamma L}$*ul* : tibi **R***ac* : mihi **LR***pc, cett. mei* || **206–207** inemptos / . . . cibos **Z** || **207** rapiant $\mathbf{P_{13}}$, *Heinsius* | ibi $\mathbf{\Gamma L}$*ul* : tibi **L**, *cett. mei* | fucos $\mathbf{g F_2 F J_3 C P_1 \Gamma_1}$*ac* : sucos *cett. mei, Exc. Flor.* || **208** satiantur $\mathbf{F_3 F_{17}} \lambda$: fucantur $\mathbf{\Gamma}$, *Exc. Flor.* : saturentur *Heinsius* || **209** hic $\mathbf{F_2}$*pc, cett. mei* : hinc $\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{P W_1 A_2} \vartheta$ | et] hic **R** : hinc $\mathbf{R_{31}}$ | uera **C** || **210** illinc $\mathbf{F_{19}}$ || **211** hic $\mathbf{F_2}$*pc, cett. mei* : hinc $\mathbf{F_2}$*ac* $\mathbf{W_1} \vartheta$ || **212** abruitura *Heinsius* || **213** ibi $\mathbf{\Gamma P_2}$*ac*$\mathbf{L}$*pc*$\mathbf{F_2}$: tibi $\mathbf{g P_2}$*pc*$\mathbf{P R W_1}$*pc*$\mathbf{F J_3 n_1}$: sibi **L***?ac* : mihi $\mathbf{W_1}$*ac* | circumstrepit *Flor. II. ix. 8* || **214** hinc $\mathbf{W_1} \vartheta$ | labentis $\mathbf{n_1}$*pc, cett. mei* : lambentis $\mathbf{n_1}$*ac*$\mathbf{F_{20}}$ || **215** exiguis $\mathbf{O_2}$ | beatis $\mathbf{F_2}$*sscr, cett. mei* : beatos $\mathbf{\Gamma F_2 W_1 C}$ (*fort. pc*)$\mathbf{J_7 O_3}$ *ul, Exc. Frising.* || **217** fruerentur $\mathbf{n_1}$ | cultu **F**, *cett. mei* : uictu **F***ul*$\mathbf{O_2}$: uultu **R** || **218** gemerent $\mathbf{\Gamma R}$, *Exc. Flor., Isengriniana mg* : fremerent **R***ul, cett. mei* | non[2]] nec $\mathbf{L_4 W_2 Z}$, *Exc. Flor.* || **219** non . . . non] non . . . nec **Z** : nec . . . nec *Exc. Flor.* : nec . . . non $\mathbf{O_2}$ || **220** scelerata sitis] sceleratus amor $\mathbf{p_4}$: scelerata fames *Heinsius* | repentis *Goodyear* || **221** incestus] incensus $\mathbf{G_5}$: inceptus *Mommsen* || **222** cogendique ϑ, *Exc. Flor.* | nectit **F**, *cett. mei, Exc. Flor.?* : nutrit **F***ul*$\mathbf{L_{11}}$, *Flor. Gall., Exc. Flor.* : miscet μ*ul, Isengriniana*

blanditiis; sociat perituro foedere dextras.
si semel e tantis poscenti quisque negasset,
225 effera praetumido quatiebat corda furore.
quae sic Gaetuli iaculo percussa leaena
aut Hyrcana premens raptorem belua partus
aut serpens calcata furit? iurata deorum
maiestas teritur; nusquam reuerentia mensae.
230 non coniunx, non ipse simul, non pignora caesa
sufficiunt odiis; non extinxisse propinquos,
non notos egisse sat est; excindere ciues
funditus et nomen gentis delere laborat.
nec celeri perimit leto; crudelibus ante
235 suppliciis fruitur; cruciatus, uincla, tenebras
dilato mucrone parat. pro saeuior ense
parcendi rabies concessaque uita dolori!
mors adeone parum? causis fallacibus instat,
arguit attonitos se iudice. cetera segnis,
240 ad facinus uelox, penitus regione remotas
inpiger ire uias: non illum Sirius ardens
brumaue Riphaeo stridens Aquilone retardat.
effera torquebant auidae praecordia curae,
effugeret ne quis gladios neu perderet ullum
245 Augusto miserante nefas. non flectitur annis,
non aetate labat: iuuenum rorantia colla
ante patrum uultus stricta cecidere securi;
ibat grandaeuus nato moriente superstes

223 perituro $\mathbf{P}_2$*ul* **R***ac*, *cett. mei* : perituras $\mathbf{P}_2$ **R***pc* $\mathbf{O}_2$ || **224** e tantis **Γ g** $\mathbf{P}_2$ **R F** $\mathbf{J}_3$ *ac* $\mathbf{n}_1$: ex tantis **L** $\mathbf{F}_2$ **P** $\mathbf{W}_1$ $\mathbf{J}_3$*pc* : elusus *Hertel* | qui semel . . . quaeque *König* | negaret $\mathbf{J}_3$ $\mathbf{P}_1$: negabat $\mathbf{O}_2$ || **225** prae nimio **ϑ** || **226** quae **R**, *cett. mei* : non **R***ul* | Gaetulo *Heinsius* || **227** partus **g** $\mathbf{P}_2$*pc?* $\mathbf{F}_2$*ul* **P R***ul* $\mathbf{W}_1$*ul* **F** $\mathbf{J}_3$ $\mathbf{n}_1$: part(h)um **Γ** $\mathbf{P}_2$*?ac* **L** $\mathbf{F}_2$ **R** $\mathbf{W}_1$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **229** teritur] traitur *Exc. Flor.* : premitur $\mathbf{F}_{17}$*ac* | nusquam **Γ** $\mathbf{P}_2$ **R** $\mathbf{J}_3$*pc*, *Exc. Flor.* : numquam *cett. mei* | *post hunc uers. nonnihil amissum esse putat Heinsius* || **230** ipsa *Clauerius* | simul] parens *Flor. Gall.* | caesi **R**, *Exc. Flor.* : caesti **Γ** : lesa $\mathbf{O}_2$: caecis *Paul* || **231** excidisse *Heinsius* || **232** notos] natos **ϑ** : notis *Isengriniana mg* | egisse] lesisse *Flor. Gall.* : necuisse *Burmannus* : fregisse *Mommsen* | excindere **R**, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.*, *Isengriniana mg* : extinguere *cett. mei* || **234** nec] non $\mathbf{F}_2$ **P** $\mathbf{n}_1$: **L** *incert.* | celeri perimit **Γ** $\mathbf{F}_2$ **R** $\mathbf{W}_1$ ($\mathbf{n}_1$) **ϑ**, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.*, *Isengriniana* : celeri mittit **g** $\mathbf{P}_2$ **L P R***ul* **F** $\mathbf{J}_3$: perimit celeri *Isengriniana mg* || **235** cruciatum **R** || **237** commissa- $\mathbf{L}_4$ | labori **Z**, *Oxon. Bodl. Add. A 208* || **238** parum $\mathbf{A}_2$, *Escorial. Q. I. 14 ac* : parum est *omnes mei* | fallentibus $\mathbf{F}_{17}$ || **242** brumaque $\mathbf{A}_2$ | stringens $\mathbf{J}_3$ $\mathbf{O}_2$*ul* | retardet *Heinsius* || **243** '*uersus suspectus*' *Birt* || **244** neu **L R** $\mathbf{n}_1$: ne **g***?*, *cett. mei* || **245** miserante **R***pc*, *cett. mei* : mirante **R***ac* | non] nec $\mathbf{J}_3$ $\mathbf{n}_1$: **g** *incert.* || **246** florentia *Jeep* || **247** uultum **R**

post trabeas exul. quis prodere tanta relatu
250 funera, quis caedes possit deflere nefandas?
quid tale inmanes umquam gessisse feruntur
uel Sinis Isthmiaca pinu uel rupe profunda
Sciron uel Phalaris tauro uel carcere Sulla?
o mites Diomedis equi, Busiridis arae
255 clementes! iam, Cinna, pius, iam, Spartace, lenis
Rufino conlatus eris!
deiecerat omnes
occultis odiis terror tacitique sepultos
suspirant gemitus indignarique uerentur.
at non magnanimi uirtus Stilichonis eodem
260 fracta metu; solus medio sed turbine rerum
contra letiferos rictus contraque rapacem
mouit tela feram, uolucris non praepete cursu
uectus equi, non Pegaseis adiutus habenis.
hic cunctis optata quies, hic sola pericli
265 turris erat clipeusque trucem proiectus in hostem,
hic profugis sedes aduersaque signa furori,
seruandis hic castra bonis. hucusque minatus
haerebat retroque fuga cedebat inerti:
haud secus hiberno tumidus cum uertice torrens
270 saxa rotat uoluitque nemus pontesque reuellit,

250 caedes possit *omnes mei, Exc. Flor.*: caedes posset $\mathbf{A_2F_3L_{11}}$: posset caedes $\mathbf{O_7}\,\mu$ | numerare $\mathbf{A_3}$*ul* || **253** uel carmine Siren *Paul* || **254** equos $\mathbf{F_{14}}$*ul* | aras $\mathbf{F_{14}}$ || **255** lenis *codd.*: segnis *suo uel typothetae errore Birt* || **256–257** omnes / occultis odiis $\mathbf{\Gamma P_2L(P}$*pc*$\mathbf{)RJ_3}$, *Exc. Flor.*: amens / occultis odiis $\mathbf{gF_2P}$*ac*$\mathbf{W_1Fn_1}$: amens / occultos odii *Gesnerus* || **257–258** tacito- . . . / . . . gemitu dedignarique *Heinsius* || **260** solus medio sed $\mathbf{LJ_6}$*pc, Liuineius* : solus medio se $\mathbf{\Gamma RP_3P_4}$: medio solus sed $\mathbf{F}$*ul*$\mathbf{J_3}$*sscr*$\mathbf{F_3F_{17}P_{12}P_{13}W_2}$: solus medio de *Exc. Flor.* : solus medio qui* ($\mathbf{F_2}$), *Heinsius* : solus medioque in *Exc. Laeti*: medio sed (*hoc tantum*) $\mathbf{W_1}$*ac* : sese medio sed $\mathbf{L_{11}}\,\vartheta$*pc* (sese *add. sscr*) : medio sese sed $\mathbf{gP_2PW_1}$*pc*$\mathbf{FJ_3B_1CK_6}$: sese medio de *Exc. Gyr.* (*teste Jeep*): solus in $\mathbf{n_1}$ (*ut opinor;* sed *non uideo*) || **261** letiferos **R**, *cett. mei* : pestiferos **R***sscr* | rictus **R***ul***F***pc, cett. mei* : ritus **F***ac* : ictus $\mathbf{F_{13}}$: tractus **R** | rapacem] capacem $\mathbf{A_2}$: ferocem $\mathbf{O_3}$*ul* μ : minacem $\mathbf{R_{31}}$ || **263** tectus *Heinsius* || **264** hic[1] $\mathbf{F_2R}$*ul*$\mathbf{W_1n_1}$: haec **R**, *cett. mei, Exc. Flor.* | hic[2] $\mathbf{F_2W_1n_1}$: haec g*?, cett. mei, Exc. Flor.* | periclis *Heinsius* || **265** proiectus *Burmannus* : prorectus $\mathbf{n_1}$: porrectus *cett. mei* || **266** hic] haec $\mathbf{gLPFJ_3CL_4}$ | aduersaque $\mathbf{J_3}$, *cett. mei* : aduersa haec $\mathbf{J_3}$*sscr* : auersaque $\mathbf{A_2}$*pc* : aduersa hic *Heinsius* | signa $\mathbf{LRJ_3}$*sscr* $\mathbf{O_2}$, *Exc. Flor.* : regna $\mathbf{J_3}$, *cett. mei* || **267** seruandisque $\mathbf{n_1}$ | haec $\mathbf{J_3F_3O_7}$ | claustra $\mathbf{F_3}$ || **268** fugam $\mathbf{F_3}$ | tendebat $\mathbf{n_1}$ || **270** uertit- *Isengriniana mg* | pontes- *omnes mei, Exc. Flor.* : pontem- $\mathbf{K_8}$: postes- *Isengriniana mg*

frangitur obiectu scopuli quaerensque meatum
spumat et inlisa montem circumtonat unda.
qua dignum te laude feram, qui paene ruenti
lapsuroque tuos umeros obieceris orbi?
275 te nobis, trepidae sidus ceu dulce carinae,
ostendere dei, geminis quae lassa procellis
tunditur et uicto trahitur iam caeca magistro.
Inachius rubro perhibetur in aequore Perseus
Neptuni domuisse pecus, sed tutior alis:
280 te non pinna uehit; rigida cum Gorgone Perseus:
tu non uipereo defensus crine Medusae;
illum uilis amor suspensae uirginis egit:
te Romana salus. taceat superata uetustas,
Herculeos conferre tuis iam desinat actus.
285 una Cleonaeum pascebat silua leonem;
Arcadiae saltum uastabat dentibus unum
saeuus aper, tuque, o conpressa matre rebellis,
non ultra Libyae fines, Antaee, nocebas
solaque fulmineo resonabat Creta iuuenco
290 Lernaeamque uirens obsederat hydra paludem.
hoc monstrum non una palus, non una tremebat
insula, sed Latia quidquid dicione subactum
diuidit a primis Gangen horrebat Hiberis.
hoc neque Geryones triplex nec turbidus Orci
295 ianitor aequabit nec si concurrat in unum
uis hydrae Scyllaeque fames et flamma Chimaerae.

272 elisa **R** | circumtonat ***Γ*R**, *Isengriniana* : -sonat *cett. mei* || **273** te laude feram dignum ***μ*** | quod **K**$_6$ || **274** obieceris **g***?*, *cett. mei* : subieceris **F**$_{17}$, *Schraderus* || **275** trepidae **W**$_1$, *cett. mei* : trepidis **W**$_1$*ul* | sidus ceu ***Γ*R**, *Exc. Flor.* : ceu sidus *cett. mei* || **276** Geminos *Gesnerus* | lassa **LRF***sscr* : lapsa **F**, *cett. mei* : quassa *Heinsius* || **278** rubro ***Γ*gP**$_2$**LRFJ**$_3$**n**$_1$**C**, *Exc. Flor.* : quondam **F**$_2$**PW**$_1$ ***λ μ***, *Exc. Flor.*, *Iuntina* || **279** *om. add. mg* **W**$_1$ || **280** *om.* **W**$_1$ (*add. mg*) ***λ*** | uehit] trahit **F**$_{19}$: tegit *Isengriniana mg* || **281** uiperee **P**$_1$ || **282** coniugis *Vicetina* || **284** herculeis . . . tuos **L**$_3$ | actis **gLPJ**$_3$**n**$_1$**C** || **286** unum] uncis **K**$_8$ || **287** conpressa . . . rebellis **R***pc*, *cett. mei* : cumpressa . . . rebellis ***Γ*** : conpressa . . . rebellas **R***ac* : comprensa . . . rebellis **O**$_2$*ac*, *Scaliger* : cum pressa . . . rebellas *Mommsen* : pressa cum . . . rebellans *Birt* : cum pressa . . . rebellis *Koch* || **288** *om. add. mg* **g** | fines libyae **W**$_1$ || **290** obsederat] consederat ***Γ*** : non liquerat *Birt* || **291** tremebat ***Γ*gP**$_2$**RFJ**$_3$*pc* : timebat **LF**$_2$**PW**$_1$: tenebat **P**$_2$*ul***J**$_3$*ac***n**$_1$ ***μ***, *Exc. Flor.* || **293** diuidit . . . Gangen *Hall* : uiuit et . . . ganges *codd.* : seruit et . . . Ganges *Schraderus* || **294** nec **g***?***J**$_3$*pc*, *cett. mei* : neque **L***?***P** : non **J**$_3$*ac***P**$_1$ || **295** ianitor **F**$_2$**W**$_1$, *cett. mei* : cerberus **F**$_2$*gloss.* **W**$_1$*gloss.*, *Exc. Laeti* | aequabit **J**$_3$**n**$_1$: aequabunt* ***Γ*RF**, *Exc. Flor.* : aequabant **P**$_2$*ac***LF**$_2$**P** : aequabat **P**$_2$*pc***W**$_1$: **g** *incert.* : aequarint *Heinsius* | non **W**$_1$ ***ϑ*** | concurrat] coniuret **J**$_3$*pc* (*ex* -at) || **296** fames **P**$_2$, *cett. mei* : canes **P**$_2$*ul*

certamen sublime diu, sed moribus inpar,
uirtutum scelerumque fuit. iugulare minatur,
tu prohibes; ditem spoliat, tu reddis egenti.
300 eruit, instauras; accendit proelia, uincis.
ac, uelut infecto morbus crudescere caelo
incipiens primos pecudum depascitur artus,
mox populos urbesque rapit uentisque perustis
corruptos Stygiam pestem desudat in amnes,
305 sic auidus praedo iam non per singula saeuit,
sed sceptris inferre minas omnique perempto
milite Romanas ardet prosternere uires.
iamque Getas Histrumque mouet Scythiamque receptat
auxilio traditque suas hostilibus armis
310 reliquias. mixtis descendit Sarmata Dacis,
et qui cornipedes in pocula uulnerat audax
Massagetes caesamque bibens Maeotin Alanus
membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus,
Rufino collecta manus. uetat ille domari
315 innectitque moras et congrua tempora differt.
nam tua cum Geticas strauisset dextra cateruas,
ulta ducis socii letum, parsque una maneret
debilior facilisque capi, tunc inpius ille

297 moribus] motibus $\mathbf{F_3}$: **g** *incert.* : molibus *Heinsius* || **300** diruit **Z** | accendit **g***?* $\mathbf{W_1}$ *ul, cett. mei* : succendit **Z** : attemptat $\mathbf{W_1}$ ϑ || **301** at* *Vicetina* | ueluti $\mathbf{F_3}$: **g** *incert.* | infecto] infesto $\mathbf{PW_2}$*ac* : **g** *incert.* || **302** *om. add. mg* **g** (*ma*) | incipiens] inpatiens $\mathbf{J_6 z_1}$: **g** *incert.* | primos **F***pc?, cett. mei* : primo **g***?ma* **F***?ac* : primum *Jeep* || **303** populos] populosque $\mathbf{W_1}$: urbes **F** | urbes- *omnes mei, Exc. Flor.* : populos- **F** | uentis- **F***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : uenis- *Exc. Laeti* || **304** desudat Γ**g**$\mathbf{P_2 F_2 RW_1}$ *ul* **F***ac*$\mathbf{J_3}$, *Exc. Flor.* : defundit $\mathbf{z_1}$*ac, Jeep* : diffundit $\mathbf{LPW_1}$: diffudit **F***pc*$\mathbf{n_1}$ || **305** iam non $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : iam nunc $\mathbf{n_1 Z}$*ac* : iam iam $\mathbf{J_3}$*ac* || **306** sed $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : et $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$ ϑ || **307** *om. add. mg* $\mathbf{P_2}$ | ardet $\mathbf{gP_2PW_1}$*ul*$\mathbf{FJ_3n_1}$: audet $\Gamma\mathbf{LF_2RW_1}$ $\mathbf{A_2}$*ul* ϑ | leges *Exc. Pat. rec. ap. Burmannum* (*non* $\mathbf{p_2}$) || **308** iamque getas *Exc. Flor., Exc. Gyr.* (*'Pricaeano' =* $\mathbf{F_{17}}$ *perperam attribuit Heinsius*) : iam gentes *codd.* : iam demens *uel* iamque amens *Goodyear* | receptat $\mathbf{LF_2P}$*ac*$\mathbf{RW_1J_3}$ *ul* $\mathbf{n_1}$: retemptat Γ**g***ac*$\mathbf{P_2P}$*pc***R***ul***F**, *Exc. Flor.* : retentat **g***pc*$\mathbf{J_3}$ λ*ac* || **309** tradit- *cett. mei, Exc. Flor.* : traxit- **P** || **310** decedit $\mathbf{J_3}$ || **311** audax $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : atrox $\mathbf{W_1}$ *ul* || **312** caesam- *Exc. Flor.* : patriam- **g***pc*$\mathbf{RP_1}$: patrium- **g***ac, cett. mei* | bibens *cett. mei, Exc. Flor.* : bibit $\mathbf{F_2}$ | maeotin alanus Γ**g***pc*$\mathbf{P_2}$($\mathbf{F_2}$*pc*)**P***pc***RF***pc*$\mathbf{J_3}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : maeotis orontem (**L**) ($\mathbf{F_2}$*ac*) (**P***ac*)$\mathbf{W_1n_1}$: Maeotida Alanus *Heinsius* || **313** gaudet ferro **Z** | punxisse *Heinsius* || **314** collecta $\mathbf{P_2J_3}$*sscr, cett. mei* : collata $\mathbf{P_2}$ *ul* $\mathbf{J_3F_3G_5}$ $\mathbf{O_2}$*ul*$\mathbf{O_3}$*ul, Isengriniana mg* | domare *Birt* || **316** *om. add. mg* **R** | nam] iam $\mathbf{F_{13}}$ | traxisset $\mathbf{O_2}$ | dextra cateruas Γ, *Exc. Flor.* : dextera turmas *cett. mei* || **317** *om. add. mg* **R** | parsque *cett. mei, Exc. Flor.* : pars $\mathbf{n_1Z}$ λ μ || **318–319** inpius . . . / proditor Γ**LR**, *Exc. Flor., Exc. Gyr., Isengriniana* : proditor . . . / inpius *cett. mei*

proditor imperii coniuratusque Getarum
320 distulit instantes eluso principe pugnas,
Hunorum laturus opem, quos adfore bello
norat et inuisis mox se coniungere castris.
  est genus extremos Scythiae uergentis in ortus
trans gelidum Tanain, quo non famosius ullum
325 Arctos alit. turpes habitus obscaenaque uisu
corpora; mens duro numquam cessura labori;
praeda cibus, uitanda Ceres, frontemque secari
ludus et occisos pulchrum iurare parentes.
nec plus nubigenas duplex natura biformes
330 cognatis aptauit equis: acerrima nullo
ordine mobilitas insperatique recursus.
quos tamen inpauidus contra spumantis ad Hebri
tendis aquas, sic ante tubas aciemque precatus:
'Mauors, nubifero seu tu procumbis in Haemo
335 seu te cana gelu Rhodope seu remige Medo
sollicitatus Athos seu caligantia nigris
ilicibus Pangaea tenent, accingere mecum
et Thracas defende tuos. si laetior adsit
gloria, uestita spoliis donabere quercu.'
340   audiit illa pater scopulisque niualibus Haemi
surgit et hortatur celeres clamore ministros:
'fer galeam, Bellona, mihi nexusque rotarum

321 *om. add. ma* $\mathbf{gA_2}$, **322** *om. add. ma* $\mathbf{A_2}$: *ambos uersus spurios censuit König* || **321** allaturus $\mathbf{A_2F_3J_7O_3P_{11}Z}$: capturus *Reinhardt* : speculatus *Birt* : mansurus *Goodyear* | opes $\mathbf{gn_1}$ | quas **g** || **322** castris] dextris $\mathbf{A_2}$*ma* || **323** extremum . . . in ortum $\mathbf{A_3}$ || **324** liquidum $\mathbf{F_{17}}$ | famosius **R***ul, cett. mei, Exc. Flor.* : animosius $\mathbf{F_2R}$, *Exc. Flor.* : formosius $\mathbf{PP_{11}}\,\mu$: deformius $\mathbf{p_2}\,\mu$*ul* : uiolentius λ || **325** alit *omnes mei, Exc. Flor.* : habet *Vicetina* | turpes $\mathbf{\Gamma R}$, *Exc. Flor., Isengriniana mg* : tristes *cett. mei* || **326** numquam duro μ | labori $\mathbf{F_2}$*mg*$\mathbf{W_1}$*ul, cett. mei* : dolori $\mathbf{F_2W_1}$ || **327** frontem- **R**, *cett. mei, Exc. Flor.* : fratrem- $\mathbf{F_2R}$*ul* $\mathbf{W_1n_1}$: frontes- $\mathbf{L_{11}}$: fratres- $\mathbf{L_{11}}$*ul* | secari **R***ac, Exc. Flor., Isengriniana mg* : secare* **R***pc, cett. mei* : necare $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{W_1}$ || **328** ludus **R***pc, cett. mei* : lusus* $\mathbf{C_1}$*ac, Exc. Flor.* : luctus $\mathbf{\Gamma R}$*?ac?, König* : laudis *Birt* || **329** non $\mathbf{F_2W_1}\,\vartheta\,\lambda$ | bimembres *Cuiacii uetus* || **330** aptarat $\mathbf{n_1}$ || **331** infrenati- $\mathbf{K_8}$ | recessus $\mathbf{F_2}$ || **333** tendit $\mathbf{LF_2}$ | aciem- $\mathbf{\Gamma R}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr., Isengriniana mg* : ferrum- *cett. mei* : bellum- $\mathbf{L_{11}}$*ul* | profatus *Exc. Flor.* || **334** pinifero '*Ambros.*' *ap. Burmannum* || **335** medo $\mathbf{J_3}$*ul, cett. mei, Exc. Flor.* : nudo $\mathbf{gP_2PJ_3}$ || **336** Athos] apex $\mathbf{F_{17}}$*ac* || **338** si] sic *Buecheler* || **339** ditabere ϑ || **340** *om. add. mg* $\mathbf{W_1}$ | ista $\mathbf{n_1Z}$ | scopulisque niualibus $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : speculisque niualibus $\mathbf{\Gamma_1}$*ac* : spoliisque niualibus $\mathbf{W_1}$: scopulisque in uallibus $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$*ac* : scopulosis uallibus $\mathbf{F_{17}}$*pc* || **341** celeri **R** || **342** nexusque $\mathbf{J_3}$, *cett. mei, Exc. Flor.* : falcesque $\mathbf{J_3}$*sscr*

tende, Pauor. frenet rapidos Formido iugales.
festinas urgete manus. meus ecce paratur
345 ad bellum Stilicho, qui me de more tropaeis
ditat et hostiles suspendit in arbore cristas.
communes semper litui, communia nobis
signa canunt iunctoque sequor tentoria curru.'
sic fatus campo insiluit lateque fugatas
350 hinc Stilicho turmas, illinc Gradiuus agebant
et clipeis et mole pares; stat cassis utrique
sidereis hirsuta iubis loricaque cursu
aestuat et largo satiatur uulnere cornus.
acrior interea uoto multisque Megaera
355 luxuriata malis maestam deprendit in arce
Iustitiam diroque prior sic ore lacessit:
'en tibi prisca quies renouataque saecula rursus,
ut rebare, uigent! en nostra potentia cessit
nec locus est usquam Furiis! huc lumina flecte.
360 aspice barbaricis iaceant quot moenia flammis,
quas mihi Rufinus strages quantumque cruoris
praebeat et quantis epulentur caedibus hydri.
linque homines sortemque meam, pete sidera, notis
autumni te redde plagis, qua uergit in Austrum

343 tende] iunge *uel* tange *Jeep* : inde *Birt* | precor **K**$_6$*ac* | frenet rapidos **R***pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : rapidos frenet **L**$_{11}$, *Vicetina* : frena rapidos* **z**$_1$, *Exc. Flor.?* : frenet rabidos **R**$_{13}$: frenet tepidos **R***ac* : frenet trepidos *Isengriniana mg* || **345** triumphis **z**$_1$ || **346** ditet . . . suspendat *Heinsius* || **347** litui semper **Z** || **348** canant **g** : canent *Jeep* | sequor **g***ul***R***ac*, *cett. mei* : sequar **R***pc* : feror*?* **g** | tentoria **P**$_2$**R**, *cett. mei* : uestigia **P**$_2$*ul* **R***gloss.***J**$_3$ | curru **ΓRW**$_1$*ul***FJ**$_3$: cursu **gP**$_2$**LF**$_2$**PW**$_1$**F***ul***n**$_1$ || **350** hic **P** | illic **g** | agebant **gPRFJ**$_3$: agebat* **ΓP**$_2$**F**$_2$**W**$_1$**n**$_1$ || **351** mole **ΓgP**$_2$*pc* **LR***ac***FJ**$_3$*pc* : more **P**$_2$*ac***F**$_2$**PW**$_1$**J**$_3$*ac* : amore **R***pc***n**$_1$**F**$_{17}$*ac* : honore **F**$_{17}$*pc*, *Heinsius* | utrique **ΓgLR***ac***Fn**$_1$: utrisque **P**$_2$**F**$_2$**PR***pc***W**$_1$**J**$_3$ || **352** sidereis . . . iubis **R***pc*, *cett. mei* : sidereis . . . iubas **R***ac* : sidereis . . . comis **LF**$_{17}$*ac***F**$_{20}$: sidereas . . . iubas *Heinsius* | cursum **P**$_1$ || **353** longo **J**$_7$ | saturatur* **R**, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* | sanguine **F**$_{17}$, *Exc. Flor.* | cornus (**J**$_3$*pc*), *cett. mei*, *Exc. Flor.* : conus **g***pc?*(**P**$_2$) **LPJ**$_3$*ac* || **354** uoto] uultu **P**$_2$, *Goodyear* (*qui et* noto *uel* solito *protulit*) : uoti *Heinsius* || **354–355** multisque . . . / . . . malis **ΓF**$_2$**R**, *Exc. Flor.* : multoque . . . / . . . malo *cett. mei* || **356** diroque prior sic ore **ΓR**, *Exc. Flor.* : atque prior diro (duro **z**$_1$) sic ore *cett. mei* : hancque prior diro sic ore **A**$_3$ (hanc *sscr*) : atque prior sic illam diua **P**$_{13}$ || **357** quies **J**$_3$, *cett. mei* : fides **J**$_3$*ul* **F**$_{20}$**G**$_5$**z**$_1$ **λ**, *Schraderus* | renouata- **ΓP**$_2$**RO**$_3$*ul*, *Exc. Flor.*, *Isengriniana mg* : reuocata-* *cett. mei* | saecula **P**$_2$, *cett. mei* : tempora **P**$_2$*ul* **C**$_1$: foedera *μpc* | rursum **R** || **358** en] et **RC**$_1$ | cessat **J**$_3$ || **359** non **W**$_1$ **ϑ** | umquam **K**$_6$ || **360** moenia **F**$_2$*pc*, *cett. mei* : milia **LP***μ ul*, *Exc. Flor.* : lumina **F**$_2$*ac* : culmina *Heinsius* || **361** strages] clades **A**$_2$**J**$_7$: caedes **p**$_4$ || **363** notis **R***pc*, *cett. mei* : noctis **ΓR***ac*, *Isengriniana* || **364** tu **P**$_2$ | qua **P**$_2$, *cett. mei* : quo **P**$_2$*ul*

365 Signifer: aestiuo sedes uicina Leoni
iam pridem gelidaeque uacant confinia Librae.
atque utinam per magna sequi conuexa liceret!'
  diua refert: 'non ulterius bacchabere demens.
iam poenas tuus iste dabit, iam debitus ultor
370 inminet, et terras qui nunc ipsumque fatigat
aethera nec uili moriens condetur harena.
iamque aderit laeto promissus Honorius aeuo
nec forti genitore minor nec fratre corusco,
qui subiget Medos, qui cuspide proteret Indos.
375 sub iuga uenturi reges; calcabitur asper
Phasis equo pontemque pati cogetur Araxes,
tuque simul grauibus ferri religata catenis
expellere die debellatasque draconum
tonsa comas imo barathri claudere recessu.
380 tum tellus communis erit, tum limite nullo
discernetur ager; nec uomere sulcus adunco
findetur: subitis messor gaudebit aristis.
rorabunt querceta fauis; stagnantia passim
uina fluent oleique lacus; nec murice tinctis
385 uelleribus quaeretur honos, sed sponte rubebunt
attonito pastore greges pontumque per omnem
ridebunt uirides gemmis nascentibus algae.'

365 signifera ***Γ*** | sedeas *Barthius* || **366** gelidaeque uacant $\mathbf{P}_2$, *Exc. Flor.* : gelidae cessant $\mathbf{P}_2$ *ul, cett. mei* : gelidae cessent ***Γ*** $\mathbf{W}_1$: geminae cessant *Vicetina, Exc. Gyr.?* : geminae cessent *Exc. Flor.* : egelidae cessant *Cuiacii uetus* : geminaeque uacant *Heinsius* || **369** tuus iste dabit ***Γ*** **R**, *Exc. Flor.* : dabit iste (ipse **L** : ille $\mathbf{n}_1$) tuus *cett. mei* || **371** non uili moriens $\mathbf{n}_1$: nec moriens uili $\mathbf{P}_{13}$: non ulla moriens $\mathbf{L}_{11}$, *Exc. Flor.* : nunc sicca moriens $\mathbf{P}_4$ || **372** namque $\mathbf{F}_{20}$ || **373** nec^1] non μ | nec^2] non $\mathbf{n}_1$ ϑ *?ac* μ || **374** subiget **R***pc, cett. mei* : subigit **R***ac***Z***ac* : subigat *Exc. Flor.* | qui^2 $\mathbf{n}_1$ **Z** : et *cett. mei* | proteret **R***pc, cett. mei* : proterit $\mathbf{O}_3$*ac*$\mathbf{W}_2$: proterat *Exc. Flor.* || **378** *om.* $\mathbf{F}_2$ (*add. mg ma?*) $\mathbf{W}_1$ (*add. mg*) || **379** iubas $\mathbf{O}_3$*pc* | imo barathri *omnes mei, Exc. Flor.* : baratri longo $\mathbf{K}_6$ | claudere $\mathbf{W}_1$ *ul, cett. mei* : condere **L**$\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$ ϑ : trudere $\mathbf{R}_{31}$ || **380** communis $\mathbf{J}_3$, *cett. mei* : inmunis $\mathbf{J}_3$ *ul* $\mathbf{z}_1$ *ac* || **381** adunco **g***?pc*$\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : obunco* ***Γ*** **L** (*in ras.*) **PR** : abunco **g***?ac*$\mathbf{P}_2$ || **382** findetur] frangetur $\mathbf{J}_7$: scindetur *Exc. Flor.* | messor subitis *Exc. Flor.* | gaudebit messor $\mathbf{F}_{17}$ || **383** fauis **R**, *cett. mei* : fauos* **R** *ul* ϑ | stagnantia] stillantia $\mathbf{C}_1$: spumantia *Jeep* || **384** olei- *omnes mei, Exc. Flor.* : oleum-* *Heinsius*

codicum subscriptiones: claudiani in rufinum liber primus explicit ***Γ*** : in rufinum liber primus explicit **R** : explicit in rufinum liber primus *Exc. Flor.*

4

IN RVFINVM

PRAEFATIO ALTERA

Pandite defensum reduces Helicona sorores,
pandite. permissis iam licet ire choris.
nulla per Aonios hostilis bucina campos
carmina mugitu deteriore uetat.
5 tu quoque securis pulsa formidine Delphis
floribus ultorem, Delie, cinge tuum.
nullus Castalios latices et praescia fati
flumina polluto barbarus ore bibit.
Alpheus late rubuit Siculumque per aequor
10 sanguineas belli rettulit unda notas,
agnouitque nouos absens Arethusa triumphos
et Geticam sensit teste cruore necem.
inmensis, Stilicho, succedant otia curis
et nostrae patiens corda remitte lyrae,

4 1–20 ***Γ***, **g**$\mathbf{P_2}$, **L**, $\mathbf{F_2}$**P**, **R**, $\mathbf{W_1}$, **F**$\mathbf{J_3 n_1}$

hanc praefationem ante lib. II In Rufinum positam exhibent ***Γ*****L**$\mathbf{F_2}$**R**$\mathbf{W_1}$, *post eum librum, uel potius ante lib. In Gildonem (non enim semper libros In Rufinum sequitur liber In Gildonem, uelut in* **F**$\mathbf{J_3 n_1}$), **g**$\mathbf{P_2}$**L** (*bis*) **F**$\mathbf{J_3 n_1}$, *in marg. ante lib. In Gildonem* **P**. *de ceteris codd. uide Prolegomena. in edd. Vicetina et Aldina praef. ante lib. In Gild. collocata est, ibique in Exc. Gyr. adscriptum est* 'Inc. praefatio in antiquo habetur ante secundum librum in Rufinum. ante hunc (*sc. Gild.*) nulla habetur'*; in Exc. Flor. praef. in marg. ante lib. II In Ruf. exarata est*

codicum inscriptiones: incipit libri secundi praefatio ***Γ*** : incipit prologus libri tercii **g** : flauii claudiani libri secundi de morte rufini $\mathbf{F_2}$*mg* : incipit secundus **R** : prefacio in librum secundum $\mathbf{W_1}$: prologus ad librum sequentem de gildone $\mathbf{J_3}$*ma* : incipit in eundem liberi II praefatio *Exc. Flor.* : incipit secundus liber scilicet de deiectione rufini $\mathbf{G_5}$: incipit propositio libri de gildone $\mathbf{J_6}$: claudiani liber secundus in rufinum ***ϑ***

4 1 pangite *Cuiacius* | defessum $\mathbf{n_1}$**q** ***ϑ*** | reduces] iam nunc $\mathbf{L_3}$ || 2 praemissis $\mathbf{F_2 W_1}$: demissis $\mathbf{J_6}$: permixtis *Camers* : pacificis *Cuiacius* : Permessis *Buecheler* : per messes *Mommsen* : promissis *Birt* | libet *Heinsius* | choris $\mathbf{F_2}$*pc***R**, *cett. mei* : rotis **R***ul* : comis $\mathbf{F_2}$*ac* || 4 uetat **R**, *cett. mei* : canat **R***ul* || 6 dele recinge $\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* || 8 bibit ***Γ*** (*fort. pc ex* -et) **L** (*bis*) $\mathbf{F_2}$**R**$\mathbf{W_1}$, *Exc. Flor.* : bibet **g**$\mathbf{P_2}$**F**?$\mathbf{n_1 J_3}$: bibat **LP** || 10 unda] ore $\mathbf{P_4}$ || 11 agnouit-] agnoscit- $\mathbf{F_3}$: admouit- $\mathbf{W_1}$ || 12 et geticam ***Γ*****L**($\mathbf{F_2}$)**R**$\mathbf{W_1}$, *Exc. Flor.* : gildonis **g**$\mathbf{P_2}$**L** (*bis*) **PR***ul***F**$\mathbf{J_3 n_1}$ | sentit $\mathbf{P_{13}}$ || 13 succedent $\mathbf{F_3}$

15 nec pudeat longos interrupisse labores
et tenuem Musis constituisse moram.
fertur et indomitus tandem post proelia Mauors
lassa per Odrysias fundere membra niues,
oblitusque sui posita clementior hasta
20 Pieriis aures pacificare modis.

5

IN RVFINVM

LIBER ALTER

Iam post edomitas Alpes defensaque regna
Hesperiae merita conplexus sede parentem
auctior adiecto fulgebat sidere mundus,
iamque tuis, Stilicho, Romana potentia curis
5 et rerum commissus apex, tibi credita fratrum
utraque maiestas geminaeque exercitus aulae.
Rufinus (neque enim patiuntur saeua quietem
crimina pollutaeque negant arescere fauces)
infandis iterum terras accendere bellis
10 incohat et solito pacem uexare tumultu.
haec etiam secum: ʻquanam ratione tuebor
spem uitae fragilem? qua tot depellere fluctus
arte queam? premor hinc odiis, hinc milite cingor.

5 1–527 **Γ, gP_2, L, F_2P, R, W_1, F$J_3$$n_1$**

4 15 nec] ne **F_3** : non **W_2** || 16 musis tenuem **O_2** | constituisse *omnes mei, Exc. Flor.* : instituisse **F_3** : continuisse *Exc. Flor. mg*
explicit praefatio **Γ** : hinc emendatus cum .b. tantum *Exc. Flor.* (*sequitur Gild.*)
codicum inscriptiones: incipit liber secundus claudiani in rufinum **Γ** : incipit secundus de ciuili ac sociali bello **g** : narratio **R***mr* : incipit liber secundus **W_1** : ruffini mors (*mr*[1]) cl. claudiani liber secundus (*mr*[2])**J_3**
5 3 auctior] aptior **g***?* : iunctior **P** | adiuncto *Taurin. deperd.* || 5 tradita **z_1** || 7 nec **W_1** || 8 prolutae- *Buecheler* | mansuescere **$F_{20}$$z_1$** *ul* || 9 terras . . . bellis] bellis . . . terras **FA_2** : terras . . . flammis **$P_2$$K_6$$O_2$** || 10 subito **$p_2$** | uexare **$W_1$** *ul, cett. mei, Exc. Flor.* : turbare **LF_2PW_1 ϑ λ**, *Exc. Flor.* || 11 hoc **FP_{11}** | quanam] qua non **P** : qua nunc **P***mg*

heu quid agam? non arma mihi, non principis ullus
15 auxiliatur amor. matura pericula surgunt
undique et inpositi radiant ceruicibus enses.
quid restat nisi cuncta nouo confundere luctu
insontesque meae populos miscere ruinae?
euerso iuuat orbe mori: solacia leto
20 exitium commune dabit nec territus ante
discedam: cum luce simul linquenda potestas.'
haec fatus, uentis ueluti si frena resoluat
Aeolus, abrupto gentes sic obice fudit
laxauitque uiam bellis et, ne qua maneret
25 immunis regio, cladem diuisit in orbem
disposuitque nefas. alii per terga ferocis
Danubii solidata ruunt expertaque remos
frangunt stagna rotis; alii per Caspia claustra
Armeniasque niues inopino tramite ducti
30 inuadunt Orientis opes. iam pascua fumant
Cappadocum uolucrumque parens Argaeus equorum,
iam rubet altus Halys nec se defendit iniquo
monte Cilix. Syriae tractus uastantur amoeni
adsuetumque choris et laeta plebe canorum
35 proterit inbellem sonipes hostilis Oronten.
hinc planctus Asiae; Geticis Europa cateruis
ludibrio praedaeque datur frondentis ad usque
Dalmatiae fines: omnis quae mobile Ponti
aequor et Hadriacas tellus interiacet undas
40 squalet inops pecudum, nullis habitata colonis,

14 non ... non *omnes mei, Exc. Flor.* : non ... nec $\mathbf{C}_1\mathbf{F}_{17}$, *Exc. Flor. mg* || 16 inpositi radiant **R***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : inpositis rad. **R***ac* : irradiant positi **L** : infesti radiant *Gesnerus* || 17 succendere $\mathbf{F}_{20}$ || 19 euerso *omnes mei, Exc. Flor.* : destructo *Exc. Flor.* | fato $\mathbf{z}_1$*mg* λ || 21 discedam $\mathbf{J}_3$*ac, cett. mei* : decedam $\mathbf{J}_3$*pc***Z***pc*$\mathbf{z}_1$: dis cedam *Heinsius* || 22 ueluti uentis $\mathbf{F}_{17}\mu$ | resoluat Γ**R**, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : remittat* *cett. mei* || 23 sic gentes $\mathbf{F}_{17}$ | fudit **L***?, cett. mei, Exc. Flor.* : fundit $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3\vartheta$, *Exc. Flor.* || 25 diuisit $\Gamma\mathbf{F}_2\mathbf{R}\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*sscr* $\mathbf{A}_2$*ul* $\mathbf{O}_2$*ul, Exc. Flor.* : dimisit **g***?*$\mathbf{P}_2$**LPF***pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: demisit **F***ac*$\mathbf{A}_2\mathbf{O}_3$ | orbem *omnes mei, Exc. Flor.* : urbes *Exc. Flor., Exc. Gyr., Isengriniana mg* || 26 disponit- $\mathbf{O}_7$: inposuit- $\mathbf{P}_1$ || 28 frangunt] stringunt *Jeep* : radunt *Birt* | claustra] castra $\mathbf{n}_1\mathbf{C}_1$*ac* ϑ : lustra *Isengriniana mg* : regna $\mathbf{G}_5$ || 29 limite $\mathbf{F}_{17}\mathbf{z}_1$ || 31 equarum **P***?* || 32 altus] intus $\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{P}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || 33 tractus] saltus $\mathbf{z}_1$: montes *Isengriniana mg* | amoenae *Heinsius* || 34 canorum $\mathbf{W}_1$, *cett. mei* : sonorum $\mathbf{W}_1$*sscr* $\mathbf{F}_{17}\mathbf{Z}\mu$ | *post 34 intercidisse uersum putat Heinsius* || 35 inbellem] impellens *Birt* || 36 planctus] cultus $\mathbf{F}_{20}$: luctus *Heinsius* | geticisque $\mathbf{K}_6$ || 38 quae $\mathbf{L}\mathbf{P}\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{A}_2$, *Exc. Gyr.* : qua $\Gamma\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{R}\mathbf{W}_1$ $\mathbf{Z}\vartheta$ || 39 adriacis ... undis $\mathbf{P}_1$*ac* || 40 pecudis $\mathbf{z}_1$

instar anhelantis Libyae, quae torrida semper
solibus humano nescit mansuescere cultu.
Thessalus ardet ager; reticet pastore fugato
Pelion; Emathias ignis populatur aristas.
45 nam plaga Pannoniae miserandaque moenia Thracum
aruaque Moesorum iam nulli flebile damnum,
sed cursus sollemnis erat campusque furori
expositus, sensumque mali detraxerat usus.
eheu quam breuibus pereunt ingentia causis!
50 imperium tanto quaesitum sanguine, tanto
seruatum, quod mille ducum peperere labores,
quod tantis Romana manus contexuit annis,
proditor unus iners angusto tempore uertit.
urbs etiam, magnae quae ducitur aemula Romae
55 et Calchedonias contra despectat harenas,
iam non finitimo Martis terrore mouetur,
sed propius lucere faces et rauca sonare
cornua uibratisque peti fastigia telis
aspicit. hi uigili muros statione tueri,
60 hi iunctis properant portus munire carinis.
obsessa tamen ille ferus laetatur in urbe
exultatque malis summaeque ex culmine turris
inpia uicini cernit spectacula campi:
uinctas ire nurus, hunc per uada caerula mergi
65 seminecem, hunc subito percussum uulnere labi

43 cultore $\mathbf{F_{20}}$ || **45** nam $\mathbf{\Gamma g P_2}$*pc*$\mathbf{F_2}$*?ac* **PR***ac*, *Exc. Flor.* : iam $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{LF_2}$*pc*$\mathbf{R}$*pc* $\mathbf{W_1Fn_1}$: nec (non *pro* plaga) $\mathbf{J_3}$ | proelia ϑ || **46** moesorum $\mathbf{P_1R_4}$, *Exc. Laeti* : misorum (mys-) *omnes mei* | *post* Moesorum *unum uers. excidisse putat Jeep* | iam nulli *omnes mei, Exc. Flor.* : non ulli *Exc. Flor.* || **48** sensum- **P***pc, cett. mei* : sensus- $\mathbf{LF_2P}$*ac*$\mathbf{W_1F}$ | mali $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{L_{11}Z}$*pc* λ, *Exc. Flor.* : malis $\mathbf{F_2}$*ac, cett. mei, Exc. Flor.* | deterserat $\mathbf{G_5}$ || **49** heu mihi ϑ | causis] fatis *Exc. Flor., Exc. Gyr.* || **51** peperere $\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei* : iunxere $\mathbf{P_2J_6}$ || **52** connexuit **Z** || **55–115** *bis scripsit* $\mathbf{P_2}$, *et suo loco et post* 462 (= $\mathbf{P_2}$ *bis*) || **55** quae $\mathbf{FL_4}$ || **56** moueri *Heinsius* || **57** propius $\mathbf{\Gamma}$*pc*$\mathbf{R}$*pc, cett. mei* : proprius $\mathbf{\Gamma}$*?ac*$\mathbf{Pn_1}$: proprias $\mathbf{L_4P_1}$ μ : pocius **R***ac* || **60** iunctis properant $\mathbf{J_3}$*pc?, cett. mei* : uinctis prop. **F***?*$\mathbf{J_3}$*ac?*$\mathbf{n_1}$: prop. iunctis *Flor. Gall.* | portus properant $\mathbf{C_1}$ | murare $\mathbf{J_7}$ | carinis $\mathbf{\Gamma}$*ac, cett. mei* : catenis $\mathbf{\Gamma}$*pc, Heinsius* || **61** tamen] tantum **g** | ferox μ || **62** summae- **R** ϱ : summo-* *cett. mei* | ex **R** : e *Exc. Gyr.* (*teste Jeep*) : a *cett. mei* || **63** cernit] spectat $\mathbf{LJ_3P_1}$, *Flor. Gall.* | spectacula $\mathbf{\Gamma R}$, *Exc. Flor., Isengriniana mg* : certamina *cett. mei* || **64** uictas **P** : iunctas $\mathbf{K_4}$ | nurus $\mathbf{\Gamma g}$*pc*$\mathbf{P_2LF_2Rn_1}$: manus **g***ac*$\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{PW_1FJ_3Z}$ ϑ | per uada **R***ul, cett. mei* : per uaga **R** : in uada* *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : cerula $\mathbf{L_{11}}$ | caerula *omnes mei* : proxima* *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : per uada $\mathbf{L_{11}}$ || **65** percussum] perculsum $\mathbf{gF_{20}}$: conuulsum $\mathbf{F_{17}}$*ac*

dum fugit, hunc animam portis efflare sub ipsis;
nec canos prodesse seni puerique cruore
maternos undare sinus. inmensa uoluptas
et risus plerumque subit; dolor adficit unus
70 quod feriat non ipse manu. uidet omnia late
praeceptis incensa suis et crimine tanto
luxuriat carumque sibi non abnuit hostem;
iactabatque ultro, quod soli castra paterent
sermonumque foret uicibus permissa facultas.
75 egregii quotiens exisset foederis auctor,
stipatur sociis, circumque armata clientum
agmina priuatis ibant famulantia signis.
ipse inter medios, ne qua de parte relinquat
barbariem, reuocat fuluas in pectora pelles
80 frenaque et inmanes pharetras arcusque sonoros
adsimulat mentemque palam testatur amictu,
nec pudet Ausonios currus et iura regentem
sumere deformes ritus uestemque Getarum;
insignemque habitum Latii mutare togati
85 maerent captiuae pellito iudice leges.
quis populi tum uultus erat! quae murmura furtim!
(nam miseris ne flere quidem aut lenire dolorem
colloquiis inpune licet): ‘quonam usque feremus

66 hunc] hic **F** : atque *Flor. Gall.* | efflare] spirare $\mathbf{LF_2W_1J_7L_3O_2}$ || **67** non *Exc. Flor.* | puerum- $\mathbf{K_6}$ || **68** undante $\mathbf{n_1}$: undasse $\mathbf{B_1g_1Z}$: fedare $\mathbf{PK_6}\boldsymbol{\lambda}$: fedasse $\boldsymbol{\mu}$: foedante *Heinsius* || **69** in $\mathbf{F_{19}}$ | adficit **P***pc, cett. mei* : inficit **LP***ac* : efficit **Z***ac* || **70** non ipse manu feriat **F** || **71** exceptis *Exc. Flor., Exc. Gyr.* || **72** abnuit $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{P_2RO_3}$ *ul* $\boldsymbol{\varrho}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : abnegat *cett. mei* || **73** quod soli] soli quod $\mathbf{F_2W_1}\boldsymbol{\vartheta}$: quod sibi $\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* | paterent $\mathbf{P_2F_2}$*pc, cett. mei* : parabant $\mathbf{P_2}$*ul* || **74** foret $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : fuit $\mathbf{P_2}$*ul* | commissa $\mathbf{n_1O_7}$: concessa *Flor. Gall.* | facultas **R**, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : potestas* *cett. mei* || **75** auctor] actor $\mathbf{W_1F_3}$: ictor *Heinsius* || **76** stipatur $\mathbf{RW_2}\boldsymbol{\vartheta\lambda}$, *Isengriniana mg* : stipatus *cett. mei* | circa- $\mathbf{z_1}$ || **77** irent *Birt* || **79** pectora **gP***pc*$\mathbf{RJ_3}$*pc* $\boldsymbol{\vartheta}$ *ul* : pectore $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{P_2LP}$*ac*$\mathbf{FJ_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$: corpora $\mathbf{W_1}\boldsymbol{\vartheta}$: corpore $\mathbf{F_2}$ || **81** palam $\mathbf{W_1}$*ul, cett. mei* : satis $\mathbf{F_2W_1}\boldsymbol{\vartheta}$ | testatur *omnes mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : proclamat *Exc. Flor.* | amictu $\mathbf{O_2}$*ul, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : amictus* *omnes mei, Exc. Flor.* || **82** nec] ne $\mathbf{W_1}$: non $\mathbf{O_2}$*ul* $\boldsymbol{\lambda}$ | Ausonias curas *Fornerius* : Ausonios cursus *Ker* | et bella $\mathbf{P_4}$ | tuentem $\mathbf{J_7}$ || **83** ritus $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : rictus $\mathbf{P_2}$*ul* : mitras *Flor. Gall.* | uestesque $\mathbf{C_1W_2z_1}\boldsymbol{\Gamma_1}$: et ueste *Heinsius* || **84** insignesque habitus $\mathbf{B_1}$: insignes habitus *Heinsius* | togati *Heinsius* : togaeque *codd.* : coactae *Exc. Flor., Exc. Gyr.* || **85** captiuae pellito **R***pc, cett. mei, Exc. Frising.* : pellito captiuae **R***ac* : captiuae polluto $\boldsymbol{\Gamma\mu}$, *Par. 15155, Lond. Harl. 2745, Oxon. Exon. 23, Isengriniana mg* | uindice $\boldsymbol{\vartheta}$ || **86** populis $\mathbf{F_2}\boldsymbol{\vartheta}$ | tum uultus $\mathbf{P_2R}$*?*$\mathbf{J_6}$: tumultus $\boldsymbol{\Gamma}$: tunc uultus *cett. mei* : nunc uultus $\mathbf{L_4}$: tum luctus *Heinsius* || **87** ne $\boldsymbol{\Gamma}$, *Wakefield* : nec *cett. mei* : non $\mathbf{Fn_1}\boldsymbol{\Gamma_1}$ | dolorem *omnes mei, Exc. Flor.* : dolores $\mathbf{p_2}$ || **88** alloquiis $\mathbf{L_{11}}$

exitiale iugum? durae quis terminus umquam
90 sortis erit? quis nos funesto turbine rerum
aut tantis soluet lacrimis, quos barbarus illinc,
hinc Rufinus agit, quibus arua fretumque negatur?
magna quidem per rura lues, sed maior oberrat
intra tecta timor. tandem succurre ruenti
95 heu patriae, Stilicho! dilecta hic pignora certe,
hic domus, hic thalamis primum genialibus omen,
hic tibi felices erexit regia taedas.
uel solus, sperate, ueni! te proelia uiso
languescent auidique cadet dementia monstri.'
100 talibus urgetur discors Aurora procellis.
at Stilicho, Zephyris cum primum bruma remitti
et iuga diffusis nudari coepta pruinis,
partibus Italiae tranquilla in pace relictis,
utraque castra mouens Phoebi properabat ad ortus,
105 Gallica discretis Eoaque robora turmis
conplexus. numquam tantae dicione sub una
conuenere manus nec tot discrimina uocum:
illinc Armeniae uibratis crinibus alae
herbida collectae facili uelamina nodo;
110 inde truces flauo comitantur uertice Galli,
quos Rhodanus uelox, Araris quos tardior ambit

465 prono- $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : pronos- $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{n}_1$ λ | uelant] celant $\mathbf{F}_{17}$: uallant *Heinsius* || **466** quo] qua $\mathbf{\Gamma P}_2\mathbf{O}_2$: ubi $\mathbf{C}_1$ | conciliantur *omnes mei, Exc. Flor.* : -atur μ || **467** utrique *Heinsius* || **468** *om. add. mg* $\mathbf{W}_1$ | uoluit lacrimas *omnes mei, Exc. Flor.* : lacrimas uoluit $\mathbf{F}_{17}$ || **469** flammis] saxis *König* | munitior *Hall* : uicinior *codd.* || **470** sinistrum $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{L}_3\mathbf{Z}$, *Exc. Flor.* : sinistro $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* : sinistra $\mathbf{P}_2$ || **471** *om. add. mg* $\mathbf{P}_2$ | dextro **R***pc, Jeep* : dextra **R***ac, cett. mei, Exc. Flor.* | findit $\mathbf{\Gamma LRP}_{10}$*ul* : fundit *cett. mei* || **472** fluctu $\mathbf{\Gamma PR}$*ac***Z***ac, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : fletu* **P***sscr***R***pc, cett. mei* || **474** ibi *cett. mei, Exc. Flor.* : ubi $\mathbf{gFL}_{11}\mathbf{\Gamma}_1$ || **476** proturbat $\mathbf{\Gamma P}$*ac***R** : perturbat **P***pc***R***ul, cett. mei* : preturbat *Exc. Flor.* | agens *Heinsius* | ab alto $\mathbf{F}_{13}$ || **477** pertemptat **R**, *cett. mei* : praetemptat $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_6\mathbf{O}_2\mathbf{z}_1$: permutat **R***ul* : praesentat *Barthius* : perpensat *Burmannus* : pertrectat *Birt* || **478** sontes dirimit $\mathbf{A}_3$ || **479** mala, *quae lectio peccat in metrum, ut omnium quae in codd. leguntur mea sententia antiquissimam obelis inclusi* | mala $\mathbf{\Gamma P}$*ac* : mala mox $\mathbf{gP}_2\mathbf{LF}_2\mathbf{P}$*pc***R** $\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$: mali mox *Vicetina* : saeui $\mathbf{W}_1$*pc*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{P}_{13}$: saeua **R***mg* : rigidi *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : ualidi *Hall* | transmittat $\mathbf{n}_1$: transmisit ϑ : permittit $\mathbf{A}_2$: mox mittit $\mathbf{P}_{13}$ || **481** notosque *Heinsius* | deus *uel* simul *Birt* | perspexerit $\mathbf{\Gamma P}_2\mathbf{PRFJ}_3$, *Exc. Flor.* : prospexerit $\mathbf{gLF}_2\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$ λ || **482** exequitur $\mathbf{B}_1\mathbf{g}_1$*ul* | multa $\mathbf{F}_3$ || **484** praedones- **g**, *cett. mei* : gulosos- **g***ma* (*teste Pawlikowski*) | addit] abdit *'in Geuartii Codice ex coniectura emendatum'* (*Burmanni Sylloge p. 769*) : indit *Reinhardt* || **485–527** *suo loco om. add. inter carm. 9 et 10* **P** || **485** et $\mathbf{LJ}_3\mathbf{A}_2$ | semper **R**, *cett. mei* : sompno **R***ul* : somni *Heinsius* || **486** *delendum censuit Heinsius* | uoluit] solitus *Birt*

hunc suis inmundi pingues detrudit in artus.
qui iusto plus esse loquax arcanaque sueuit
prodere, piscosas fertur uicturus in undas,
490 ut nimiam pensent aeterna silentia uocem.
quos ubi per uarias annis ter mille figuras
egit, Lethaeo purgatos flumine tandem
rursus ad humanae reuocat primordia formae.
tum quoque dum lites Stygiique negotia soluit
495 dura fori ueteresque reos ex ordine quaerit,
Rufinum procul ecce notat uisuque seuero
lustrat et ex imo concussa sede profatur:
'huc superum labes, huc insatiabilis auri
proluuies pretioque nihil non ause parato,
500 quodque mihi summum scelus est, huc inprobe legum
uenditor, Arctoi stimulator perfide Martis,
cuius ob innumeras strages angustus Auerni
iam sinus et plena lassatur portitor alno!
quid demens manifesta negas? en pectus inustae
505 deformant maculae uitiique inoleuit imago
nec sese commissa tegunt. genus omne dolorum
in te ferre libet: dubio tibi pendula rupes
inmineat lapsu, uolucer te torqueat axis,
te refugi fallant latices atque ore natanti
510 arescat decepta sitis dapibusque relictis

487 inmundi Γg*ac*F_2*?ac*PRW_1FJ_3*ul*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : inmundae g*pc*P_2L F_2*pc*$J_3$$n_1$ | pigros F_{13} | detrusit A_3 || **488** ore ζ || **489** uicturus] taciturnus (*quod in* taciturus *corrigi debere ait Postgate*) *Birt* : naturus *Postgate* | in g*ac*, *cett. mei* : ad g*pc*$C_1$$F_{20}$$G_5$ || **490** piacula $B_1$$g_1$ || **491** quos] hos *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* | uarias P_2R*ac*O_2*pc*Γ_1*pc*, *Exc. Gyr.* : uarios R*pc*, *cett. mei* | annis R*ac*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : annos R*pc*, *cett. mei* : amnes n_1 | ter *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : per *codd.* || **492** purgatos letheo K_6 | flamine P || **493** spiramina ζ*ac* | formae P*sscr*R*pc*, *cett. mei* : uitae R*sscr*ζ*ac* : flammae PR*ac* || **494** dum] cum P_1 || **495** dira W_2 || **496** esse $F_2$$g_1$$K_6Z\vartheta$ | notat P*pc*, *cett. mei* : nouat P*ac* : uocat P_1 : uidet $F_{20}$$O_7$$\mu$ | uultu- F_3 || **498** huc . . . huc] heu . . . heus F_3 | clades F_{17} | exitiabilis P_{13} || **499** *om. add. mg* J_3 | ingluuies *Heinsius* | peracto $P_2$$O_2$ || **500** cuique nihil *Exc. Laeti* | legum gJ_3*ul*, *cett. mei* : legis J_3 : regum g*ul* || **501** arctoi Γg*?*P_2P*mg*R*pc*F$J_3$$n_1$: et saeui L (*in ras.*) F_2PR*ac*W_1 : ac torui *Birt* | stimulator F_2*pc*Pn_1*pc*, *cett. mei* : simulator F_2*ac*n_1*ac* : dilator P*ul* | belli $B_1$$g_1$$\mu$ || **502** ob inmensas μ || **504** quid] cur L | demens R*pc*, *cett. mei* : deinceps R*ac* : demum *Heinsius* || **505** conformant FCS_3 | uitii- g*ac*P_2*ac*, *Heinsius* : uitiis- g*pc*P_2*pc*, *cett. mei* || **506** non $P_1$$W_2$ | tegunt W_1, *cett. mei* : negant W_1*ul* | dolorum PJ_3, *cett. mei* : malorum P*ul*J_3*ul*F_{20} || **507** *om. add. mg* J_3 | scire F_3 | libet *omnes mei*, *Exc. Flor.* : iuuat $F_3$$\Gamma_1$ || **508** emineat $F_2$$W_1Z\zeta$$\vartheta$ || **509** fallant] ludant K_4 || **510** arescat W_1*ul*, *cett. mei* : accrescat $W_1$$\vartheta$*pc* : ardescat *Jeep* | decepta P_2, *cett. mei* : temptata P_2*ul*O_2

in tua mansurus migret praecordia uultur.
quamquam omnes alii, quos haec tormenta fatigant,
pars quota sunt, Rufine, tui! quid tale uel audax
fulmine Salmoneus uel lingua Tantalus egit
515 aut inconcesso Tityos deliquit amore?
cunctorum si facta simul iungantur in unum,
praecedes numero. cui tanta piacula quisquam
supplicio conferre ualet? quid denique dignum
omnibus inueniam, uincant cum singula poenas?
520 tollite de mediis animarum dedecus umbris.
aspexisse sat est. oculis iam parcite nostris
et Ditis purgate domos. agitate flagellis
trans Styga, trans Erebum, uacuo mandate barathro
infra Titanum tenebras infraque recessus
525 Tartareos imumque Chaos, qua noctis opacae
fundamenta latent; penitusque ibi mersus anhelet,
dum rotat astra polus, feriunt dum litora uenti.'

512 hic $\mathbf{R}_{32}$ || **513** sunt $\mathbf{\Gamma P}_2$*ac***L***pc***PR***ac*$\mathbf{n}_1$: sint $\mathbf{gP}_2$*pc***L***ac*$\mathbf{F}_2$**R***pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3$ || **514** Tantalus] sisyphus *Exc. Laeti* | egit] aeger $\mathbf{L}_{11}$ (*in ras.*) $\mathbf{S}_3$ || **515** inconcesso] non concesso $\mathbf{L}_1$: inconsulto *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* | deliquit $\mathbf{W}_1$*pc, cett. mei* : delinquit $\mathbf{W}_1$*ac*$\mathbf{W}_2$ || **516** facta $\mathbf{P}_2$*pc***F***pc, cett. mei* : fata $\mathbf{P}_2$*ac***LF***ac*$\mathbf{K}_6\mathbf{P}_{10}$*ac* | iungamus *Exc. Flor.* || **517** praecedes **F***pc, cett. mei* : praecedis **F***ac* | cui $\mathbf{P}_2$*ul***R***ul*$\mathbf{FO}_2$*ul* $\mathbf{O}_3$*ul* : quo $\mathbf{P}_2\mathbf{R}$, *cett. mei* : quoi *Gesnerus* | tota $\mathbf{F}_2$ || **518** potest $\mathbf{F}_{17}$ || **519** cum uincant $\mathbf{L}_4$, *Oxon. Bodl. Add. A. 208* | poenam **Z** || **521** uestris $\mathbf{F}_2$ || **524** latebras $\mathbf{G}_5$ || **525** imumque *Levy* : nostrumque **P***?ac?, cett. mei* : uestrumque **P***pc?* : meritumque $\mathbf{O}_2$*ul* μ*ac* : dirumque $\mathbf{O}_2$*ul* : uastumque *Burmannus* : ipsumque *Birt* | qua $\mathbf{\Gamma F}_2\mathbf{PRW}_1$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : quo **g***?*$\mathbf{P}_2\mathbf{LFJ}_3\mathbf{n}_1$ | noctis opacae $\mathbf{\Gamma F}_2\mathbf{PRW}_1$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : ditis opaci $\mathbf{gLF}_2$*ul***F***pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: ditis opace $\mathbf{P}_2$ || **526** penitusque $\mathbf{gP}_2\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1\mathbf{K}_6\mathbf{P}_1$: penitus $\mathbf{\Gamma R}$*ul*$\mathbf{J}_3$*ac* : praecepsque* **L***pc*, *Exc. Flor.* : praeceps* $\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{PRW}_1\mathbf{Z}\,\vartheta$: princeps $\mathbf{F}_2$*ac* : pariterque **F** | ubi mersus $\mathbf{\Gamma}_1$, *Vgoletus* : immersus* $\mathbf{FW}_1\mathbf{K}_6\mathbf{P}_1\,\vartheta$ || **527** *om.* **R** (*med. pag.*) | rotet* $\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}$*pc* | feriant* $\mathbf{F}_2\mathbf{n}_1$*?* $\mathbf{F}_{17}$*pc* | uenti] fluctus $\mathbf{B}_1\mathbf{S}_3$*ul* : ponti $\mathbf{G}_5$*ac*

claudiani in rufinum liber secundus explicit $\mathbf{\Gamma}$: in antiquo B. sequitur liber in eutropium. semiferos artus cet. et hoc elegidion (*sc. carm. 4*) precedit librum iam post edomitas (*sc. carm. 5*) *Exc. Flor. mg*

6

PANEGYRICI DICTI HONORIO AVGVSTO TERTIVM CONSVLI

PRAEFATIO

Paruos non aquilis fas est educere fetus
  ante fidem solis iudiciumque poli.
nam pater, excuso saluit cum germine proles
  ouaque maternus rupit hiulca tepor,
protinus inplumes conuertit ad aethera nidos   5
  et recto flammas imperat ore pati.
consulit ardentes radios et luce magistra
  natorum uires ingeniumque probat.
degenerem refugo torsit qui lumine uisum,
  unguibus hunc saeuis ira paterna ferit.   10
exploratores oculis qui pertulit ignes
  sustinuitque acie nobiliore diem,
nutritur uolucrumque potens et fulminis heres,
  gesturus summo tela trisulca Ioui.

6 1–18 $\mathbf{gK_6P_2}$, **L**, $\mathbf{F_2P}$, $\mathbf{W_1}$, $\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$

codicum inscriptiones: incipit prologus septimi libri **g** : liber undecimus de tertio consulatu honorii $\mathbf{F_2}$*mr* : prefacio in librum decimum $\mathbf{W_1}$: incipit panagericus (*uel simm.*) de tertio consulatu prefatio $\mathbf{L_1O_7S_3Z}$*mr* (*mg*) ζ μ (*add.* honorii *post* consulatu) : panagiricus honorii de tertio consulatu **M** (*index*) : incipit prologus de tertio consulatu honorii $\mathbf{J_6}$: claudiani prefatio in tertium consulatum honorij augusti ϑ *mr* (*mg*) : panegyricus de tertio consulatu eiusdem prēf *Exc. Flor. mg*

6 1 non aquilis fas est $\mathbf{K_6}$*pc, cett. mei* : non aquilis est fas $\mathbf{F_{20}J_6}$: non est fas aquilis $\mathbf{P_2F_2W_1}$: non fas est aquilis *Barthius* | educere $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : deducere $\mathbf{O_2}$: producere $\mathbf{F_{20}O_3}$: contempnere $\mathbf{F_{17}}$*ac* || 3 excuso $\mathbf{P_{11}}$, *Scaliger* : excusso *omnes mei* : e scisso *Koch* | germine] gramine $\mathbf{W_1}$: tegmine *Exc. Gyr.*, *Scaliger* : fragmine *uel* segmine *Heinsius* || 5 nidos $\mathbf{gP_2J_3}$, *cett. mei* : natos $\mathbf{LP_1}$ λ *pc?* : pullos **g** *gloss.* $\mathbf{P_2}$ *ul* $\mathbf{J_3}$ *gloss.* $\mathbf{O_2}$ *gloss.* μ || 8 naturam *Camers* || 9 degenerem . . . uisum $\mathbf{F_2}$*pc?* $\mathbf{F_{17}}$*ac* $\mathbf{F_{20}P_{10}}$*pc* ϑ *ac, Exc. Flor.* : degeneres . . . uisus **g***?* $\mathbf{K_6P_2LF_2}$*?ac?* $\mathbf{W_1FJ_3}$: degenerem . . . uisus $\mathbf{Pn_1}$: degener est . . . uisum $\mathbf{F_{17}}$*pc* : degener et . . . uisus *Isengriniana* | torquet $\mathbf{C_1}$ || 10 rapit ζ

15 me quoque Pieriis temptatum saepius antris
   audet magna suo mittere Roma deo.
iam dominas aures, iam regia tecta meremur
   et chelys Augusto iudice nostra sonat.

7

PANEGYRICVS DICTVS HONORIO AVGVSTO TERTIVM CONSVLI

Tertia Romulei sumant exordia fasces
terque suas ducat bellatrix pompa curules;
festior annus eat, cinctusque imitata Gabinos
diues Hydaspeis augescat purpura gemmis;
5 succedant armis trabeae, tentoria lictor
ambiat et Latiae redeant ad signa secures.
tuque o qui patrium curis aequalibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede secundis
alitibus Phoebique nouos ordire meatus,
10 spes uotumque poli, quem primo a limine uitae
nutrix aula fouet, strictis quem fulgida telis
inter laurigeros aluerunt castra triumphos.
ardua priuatos nescit Fortuna penates

7 1–211 $\mathbf{gK_6P_2, L, F_2P, W_1, FF_{17}J_3n_1}$

6 17 aures] arces *Isengriniana mg*

7 *codicum inscriptiones:* incipit liber septimus **g** : de tertio consulatu honorii $\mathbf{K_6}$: incipit liber decimus. panagericus de tertio consulatu honorii augusti $\mathbf{W_1}$: panagericus est de tertio consulatu honorii augusti $\mathbf{F_{17}}$

2 terque suas $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{F}$*?pc* σ, *Cuiacii uetus* : terque tuas $\mathbf{gK_6}$*pc*$\mathbf{L}$*pc*$\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{F}$*?ac*$\mathbf{F_{17}J_3n_1}$: teque tuas $\mathbf{K_6}$*ac*$\mathbf{L}$*ac*$\mathbf{F_2}$*?ac*$\mathbf{W_1}$: teque tua $\mathbf{P_2P}$*ac* : atque tuas **Z** : et triplices $\mathbf{O_3}$: terque datas *Birt* | pompa] roma $\mathbf{FF_3P_{14}}$ ζ || 3 cinctus (*om.* -que) $\mathbf{G_5}$: ritusque **L***pc* | gabinos $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$*pc*, *cett. mei* : sabinos $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{g_1L_4}$ σ || 4 augescat $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : lucescat $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{A_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul*$\mathbf{O_3}$, *Heinsius* : fulgescat *Heinsius* : ardescat *Wakefield* || 7 tuque o qui **L***ac*, *cett. mei* : tu quoque qui **gL***pc*$\mathbf{FA_2}$ ϑ | Latium *Isengriniana mg* || 9 auspiciis $\mathbf{F_3}$ μ *gloss.* || 10 quem primo $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : primeuo $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul*$\mathbf{P_1}$: quem primae *Heinsius* | a limite $\mathbf{F_{17}F_3F_{20}Z}$ μ *ac* || 11 tenet $\mathbf{F_{17}}$ || 12 fata $\mathbf{W_1O_2}$*ac*$\mathbf{Z}$*ac* ϑ *ul* || 13 natura $\mathbf{O_3}$*ac*

et regnum cum luce dedit. cognata potestas
15 excepit Tyrio uenerabile pignus in ostro,
lustrauitque tuos aquilis uictricibus ortus
miles et in mediis cunabula praebuit hastis.
te nascente ferox toto Germania Rheno
intremuit, mouitque suas formidine siluas
20 Caucasus et positis numen confessa pharetris
ignauas Meroe traxit de crine sagittas.
reptasti per scuta puer, regumque recentes
exuuiae tibi ludus erant, primusque solebas
aspera conplecti toruum post proelia patrem,
25 signa triumphato quotiens flexisset ab Histro
Arctoa de strage calens, et poscere partem
de spoliis, Scythicos arcus aut rapta Gelonis
cingula uel iaculum Daci uel frena Suebi.
ille coruscanti clipeo te saepe uolentem
30 sustulit adridens et pectore pressit anhelo
intrepidum ferri galeae nec triste timentem
fulgur et ad summas tendentem bracchia cristas.
tum sic laetus ait: 'rex o stellantis Olympi,
talis perdomito redeat mihi filius hoste,
35 Hyrcanas populatus opes aut caede superbus
Assyria, sic ense rubens, sic flamine crebro
turbidus et grato respersus puluere belli,
armaque gauiso referat captiua parenti.'
 mox, ubi firmasti recto uestigia gressu,
40 non tibi desidias molles nec marcida luxu
otia nec somnos genitor permisit inertes,
sed noua per duros instruxit membra labores
et cruda teneras exercuit indole uires

14 et $\mathbf{P_2}$*ac, cett. mei* : set $\mathbf{P_2}$*pc* : hec $\mathbf{K_4}$ | regnum *omnes mei, Exc. Flor.* : regimen *Vicetina* | cum luce dedit regnum *Heinsii Iunianus* || **16** artus *Schraderus* || **17** cunabula $\mathbf{gK_6}$*ul*$\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{LF_2P}$*mg*$\mathbf{FJ_3n_1}$: uenabula $\mathbf{K_6P_2PW_1F_{17}}$ | praebuit hastis $\mathbf{gK_6}$*pc*$\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{L}$ (*in ras.*) $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{FF_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3n_1}$: praebuit escis $\mathbf{K_6}$*ac*$\mathbf{P_2F_2}$*ac*$\mathbf{PW_1F_{17}}$*pc* : praebita castris *Heinsius* || **19** intremuit $\mathbf{P_2L}$ (*in ras.*), *cett. mei* : intonuit $\mathbf{P_2}$*ul* || **21** detraxit *Goodyear* || **22** scuta $\mathbf{gK_6P_2}$*ul*$\mathbf{L}$ (*in ras.*) $\mathbf{F}$*pc*$\mathbf{J_3}$, *Exc. Flor.* : signa $\mathbf{P_2F_2PW_1F_{17}n_1}$ | recentes $\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei* : iacentes $\mathbf{P_2F_2W_1}$: feroces $\mathbf{F_2}$*ul, Iuntina* : nitentes *Jeep* || **24** toruum] carum σ || **25** torsisset $\mathbf{P_4R_{23}}$ || **26** de caede $\mathbf{O_3}$ | partem *Isengriniana mg* : patrem *codd. praeter* $\mathbf{W_1}$ (fratrem) || **27** Scythicosue *Heinsius* | rupta $\mathbf{G_5Z}$*ac* ϑ *pc* || **31** timentem $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : trementem $\mathbf{F_2C_1F_{20}}$ λ : timentes $\mathbf{P_2}$*ac* || **38** gauisa $\mathbf{W_1}$: gauisus $\mathbf{L_4}$: gauisae *Barthius* : grandaeuo *Burmannus* || **39** signasti *König* | certo $\mathbf{F_{17}}$ || **40** non] nec $\mathbf{A_2P_1}$ | delitias ζ | nec] non $\mathbf{LB_1F_3g_1}$ λ || **41** permittit $\mathbf{F_{17}}$ | inanes ζ

frigora saeua pati, grauibus non cedere nimbis,
45 aestiuum tolerare iubar, tranare sonoras
torrentum furias, ascensu uincere montes,
planitiem cursu, ualles et concaua saltu,
nec non in clipeo uigiles perducere noctes,
in galea potare niues, nunc spicula cornu
50 tendere, nunc glandes Baleari spargere funda.
quoque magis nimium pugnae inflammaret amorem,
facta tui numerabat aui, quem litus adustae
horrescit Libyae ratibusque inperuia Thyle:
ille leues Mauros nec falso nomine Pictos
55 edomuit Scottumque uago mucrone secutus
fregit Hyperboreas remis audacibus undas
et geminis fulgens utroque sub axe tropaeis
Tethyos alternae refluas calcauit harenas.
hos tibi uirtutum stimulos, haec semina laudum,
60 haec exempla dabat. non ocius hausit Achilles
semiferi praecepta senis, seu cuspidis artes
siue lyrae cantus medicas seu disceret herbas.
  interea turbata fides: ciuilia rursus
bella tonant dubiumque quatit discordia mundum.
65 pro crimen superum, longi pro dedecus aeui:
barbarus Hesperias exul possederat urbes
sceptraque deiecto dederat Romana clienti.
iam princeps molitur iter gentesque remotas
colligit Aurorae, tumidus quascumque pererrat
70 Euphrates, quas lustrat Halys, quas ditat Orontes:
turiferos Arabes saltus, uada Caspia Medi,
Armenii Phasin, Parthi liquere Niphaten.

44 dura σ || **46** ascensum ϑ, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* | montis $\mathbf{CL_1S_3}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **47** uallesque $\mathbf{A_2}$ || **48** perducere $\mathbf{n_1P_1qW_2}$, *Vicetina* : producere *cett. mei, Exc. Gyr.* || **49** galea **F**?*pc*?, *cett. mei* : galeas $\mathbf{P_2}$**F**?*ac*?$\mathbf{n_1}$ | potare **P***pc*$\mathbf{J_6P_{10}}$ *pc*$\mathbf{qz_1}\lambda$: portare **P***ac*, *cett. mei* || **51** quoque *cett. mei, Exc. Flor.* : quodque **LP**λ | nimium . . . amorem] mirum . . . honorem **F***ac* : mirum . . . amorem **F***pc* : nimio . . . amore *Heinsius* : iuuenem . . . amore *Burmannus* | flammaret *Heinsius* || **52** numerabat *omnes mei, Exc. Flor.* : memorabat $\mathbf{P_1P_4p_2}$, *Camers* || **55** perdomuit $\mathbf{K_6F_{17}G_5}$ | scottos- $\mathbf{P_{10}}$*ul* σ | uago $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : uagum $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul*, *Isengriniana mg* || **57** ac $\mathbf{A_2}$ || **58** refugas $\mathbf{n_1q}$ | calcauit $\mathbf{F_{17}}$*pc*, *cett. mei* : calcabat $\mathbf{F_{17}}$*ac* || **59** uirtutis* $\mathbf{gF_{20}J_6P_{10}W_2}\lambda$, *Exc. Flor.* | laudis* λ || **63** fides] dies $\mathbf{J_6}$*ac* : quies *Schraderus* || **64** tonant] timent $\mathbf{P_4}$: tument *Heinsius* || **65** superum crimen $\mathbf{K_4}$ | longi pro *omnes mei, Exc. Flor.* : proh longi $\mathbf{F_{17}P_{14}}$ || **66** urbes] horas $\mathbf{P_{10}}$*ul* σ || **67** despecto *Mommsen* || **70** ditat . . . lustrat **F**ζ || **71** saltus arabes $\mathbf{K_6G_5O_3}$

quae tibi tum Martis rabies quantusque sequendi
ardor erat! quanto flagrabant pectora uoto
75 optatas audire tubas campique cruenta
tempestate frui truncisque inmergere plantas!
ut leo, quem fuluae matris spelunca tegebat
uberibus solitum pasci, cum crescere sensit
ungue pedes et terga iubis et dentibus ora,
80 iam negat inbelles epulas et rupe relicta
Gaetulo comes ire patri stabulisque minari
aestuat et celsi tabum sorbere iuuenci.
ille uetat rerumque tibi commendat habenas
et sacro meritos ornat diademate crines.
85 tantaque se rudibus pietas ostendit in annis,
sic aetas animo cessit, quererentur ut omnes
imperium tibi sero datum.
uictoria uelox
auspiciis effecta tuis. pugnastis uterque:
tu fatis genitorque manu. te propter et Alpes
90 inuadi faciles cauto nec profuit hosti
munitis haesisse locis: spes inrita ualli
concidit et scopulis patuerunt claustra reuulsis.
te propter gelidis Aquilo de monte procellis
obruit aduersas acies reuolutaque tela
95 uertit in auctores et turbine reppulit hastas.
o nimium dilecte deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hiemes, cui militat aether
et coniurati ueniunt ad classica uenti.
Alpinae rubuere niues, et Frigidus amnis
100 mutatis fumauit aquis turbaque cadentum
staret, ni rapidus iuuisset flumina sanguis.

73 tum] nunc **LF**$_{17}$**n**$_{1}$**q** || 76 inmergere] iniungere **n**$_{1}$**G**$_{5}$**W**$_{2}$**q***pc* : inponere **q***ac* : intinguere *Heinsius* : impingere *Paul* : inspergere *uel* aspergere *Birt* | plantam **L**$_{4}$ || 78 cum **P***ul*, *cett. mei* : tum **P** | sensit **gK**$_{6}$**P**$_{2}$**F**$_{2}$*sscr***PW**$_{1}$*pc***J**$_{3}$**n**$_{1}$: sentit **L** (*in ras.*) **F**$_{2}$**W**$_{1}$*ac***FF**$_{17}$ || 79 terga] colla *Barthius* || 80 fugit **J**$_{3}$**A**$_{2}$**L**$_{11}$ || 82 celsi **J**$_{3}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : caesi *cett. mei* | tabum sorbere *Jeep* : tabo sordere *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : terga absorbere *codd.* || 83 negat **F**$_{20}$ || 84 sacro meritos **F**$_{17}$*pc*, *cett. mei* : sacros meritos **F**$_{17}$*ac* : merito sacros **L**$_{4}$ || 85 ostendit *cett. mei*, *Exc. Flor.* : ostentat **n**$_{1}$**q** || 87 sera *Jeep* || 88 pugnastis **K**$_{6}$*pc*, *cett. mei* : pugnatis **K**$_{6}$*ac***J**$_{3}$ || 89 fastis **L**$_{11}$*ac*, *Jeep* || 90 inuadit *Burmannus* | cauto] capto **g**$_{1}$: tanto **gG**$_{5}$**z**$_{1}$$\mu\sigma$ | non **P**$_{2}$**O**$_{2}$ || 96 fundit **J**$_{3}$*ac*, *cett. mei* : fudit **J**$_{3}$*pc* λ | antris **g**?*pc*, *cett. mei* : antro **F**$_{20}$: astris **g**?*ac***P**$_{14}$: austris **P** ϑ || 97 tibi **F**$_{19}$ || 100 spumauit *Jeep* || 101 iuuisset] pauisset **J**$_{7}$*pc* : uicisset **F**$_{20}$**g**$_{1}$**L**$_{11}$

at ferus inuentor scelerum traiecerat altum
non uno mucrone latus, duplexque tepebat
ensis, et ultrices in se conuerterat iras
105 tandem iusta manus. iam libertate reducta,
quamuis emeritum peteret Natura reuerti
numen et auratas astrorum panderet arces,
nutaretque oneri uenturo conscius Atlans,
distulit Augustus cupido se reddere caelo,
110 dum tibi pacatum praesenti traderet orbem.
nec mora: Bistoniis alacer consurgis ab oris,
inter barbaricas ausus transire cohortes
inpauido uultu; linquis Rhodopeia saxa
Orpheis animata modis; iuga deseris Oetes
115 Herculeo damnata rogo; post Pelion intras
Nerinis inlustre toris; te pulcher Enipeus
celsaque Dodone stupuit rursusque locutae
in te Chaoniae mouerunt carmina quercus.
Illyrici legitur plaga litoris; arua teruntur
120 Dalmatiae; Phrygii numerantur stagna Timaui.
gaudent Italiae sublimibus oppida muris
aduentu sacrata tuo, summissus adorat
Eridanus blandosque iubet mitescere fluctus,
et Phaethonteas solitae deflere ruinas
125 roscida frondosae reuocant electra sorores.

quantae tum iuuenes, quantae spreuere pudorem
spectandi studio matres, puerisque seueri
certauere senes, cum tu genitoris amico
exceptus gremio mediam ueherere per urbem,

102 altum **K**$_6$*ul*, *cett. mei* : alter **K**$_6$: artum *Jeep* : alte *Birt* || **105** iam **F**$_2$*pc*, *cett. mei* : cum **F**$_2$*?ac***PW**$_1$ **ϑ** | recepta **F**$_{17}$ || **106** cuperet **C**$_1$ || **107** ut *Jeep* || **108** oneris uenturi* *Exc. Flor.* || **109** rapido **ζ** | reddere **gP**$_2$**J**$_3$**n**$_1$: credere **K**$_6$**LF**$_2$**PW**$_1$**F**$_{17}$: condere **F** || **110** pacatum (**W**$_1$), *cett. mei* : placatum **K**$_6$**F**$_3$**P**$_1$: **g** *incert.* | redderet **gL**$_4$**P**$_1$ || **111** consurgis **gK**$_6$*sscr***P**$_2$**LF**$_2$*pc***F**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$: consurgit **K**$_6$**W**$_1$**F***ac* : confugis **C** : confugit **PO**$_7$**W**$_2$**Γ**$_1$: tum fugit **P**$_2$*ul* || **113** *om.* **W**$_1$ | inpauido **F**$_{17}$*ac*, *cett. mei.*, *Exc. Gyr.* : impauidus **F**$_{17}$*pc* : intrepido **O**$_3$ | linquens **A**$_2$**P**$_{11}$ || **116** Nerinis *Goodyear* : nereis *codd.*, *σολοίκως* | toris **F**$_2$**F**$_{17}$, *Exc. Gyr.* : choris *cett. mei* : modis **F**$_3$ || **118** in te] pro te **K**$_6$**G**$_5$: per te *Heinsius* : de te *Birt* : uenti *Koch* | mouerunt carmina **P**, *cett. mei* : mouere cacumina **P***ul*, *Wakefield* : mouerunt culmina *Wakefield*, *L. Mueller* || **119** premuntur **O**$_7$ || **121** fulgentibus **F**$_{20}$ || **122** recreata *Goodyear* || **123** rapidosque **F**$_{20}$*pc* | reuirescere **ζ** || **125** formosae *Heinsii Iunianus* || **126** quantae[1] *König* : quanti *codd.* | tum **P**$_2$, *cett. mei* : nunc **P**$_2$*ul***L** || **127** pueris- **g***ul*, *cett. mei* : pueri- **gPW**$_1$**n**$_1$, *Exc. Flor.* || **128** patres **J**$_3$**A**$_2$ | cum tu] tum cum **F**$_2$**g**$_1$**Z** : tu te **W**$_1$ || **129** susceptus **F**$_3$

130 uelaretque pios communis laurea currus!
quis non Luciferum roseo cum Sole uideri
credidit aut iunctum Bromio radiare Tonantem?
floret cristatis exercitus undique turmis,
quisque sua te uoce canens. praestringit aena
135 lux oculos, nudique seges Mauortia ferri
ingeminat splendore diem. pars nobilis arcu,
pars longe iaculis, pars comminus horrida contis;
hi uolucres tollunt aquilas, hi picta draconum
colla leuant, multusque tumet per nubila serpens
140 iratus stimulante Noto uiuitque receptis
flatibus et uario mentitur sibila tractu.
ut uentum ad sedes, cunctos discedere tectis
dux iubet et generum conpellat talibus ultro:
'bellipotens Stilicho, cuius mihi robur in armis,
145 pace probata fides — quid enim per proelia gessi
te sine? quem merui te non sudante triumphum?
Odrysium pariter Getico foedauimus Hebrum
sanguine, Sarmaticas pariter prostrauimus alas
Riphaeaque simul fessos porreximus artus
150 in glacie stantemque rota sulcauimus Histrum —,
ergo age, me quoniam caelestis regia poscit,
tu curis succede meis, tu pignora solus
nostra foue: geminos dextra tu protege fratres.
per consanguineos thalamos noctemque beatam,
155 per taedas, quas ipsa tuo regina leuauit
coniugio sociaque nurum produxit ab aula,
indue mente patrem, crescentes derige fetus

130 crines $\mathbf{F_{17}}$ || **133** floret $\mathbf{P_{10}}$*pc, Exc. Flor., Isengriniana mg* : fleret $\mathbf{K_6P}$*ac*$\mathbf{W_1}$ $\mathbf{P_{10}}$*ac* : flebat **P***pc* : feruet $\mathbf{gLF_2FF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3n_1}$: ferret $\mathbf{F_{17}}$*ac* : iret $\mathbf{P_2}$: heret $\mathbf{O_2P_{14}}$ || **134** quisque sua] diuersa *uel* assidua *Birt* | canit *uel* canunt *Jeep* | praestringit $\mathbf{g}$ $\mathbf{K_6F_2FF_{17}}$: praestrinxit $\mathbf{P_2}$*ul* : perstringit $\mathbf{LW_1J_3n_1A_2O_3}$: prostringit $\mathbf{P_2}$ || **135** nudi-] nitidi- **C***sscr* : stricti- $\mathbf{K_4}$ | ferri $\mathbf{gK_6P_2}$*ul*$\mathbf{LFF_{17}}$*mg*$\mathbf{J_3n_1}$, *Exc. Flor.* : belli $\mathbf{P_2F_2}$ $\mathbf{PW_1F_{17}}$ || **137** ardua $\mathbf{z_1}$ || **138** aquilas hii tollunt $\mathbf{P_{14}}$ | leonum $\mathbf{A_2}$*ac* || **140** saeuitque *Schraderus* || **142** cunctos $\mathbf{P_2}$*sscr* **P***pc*, *cett. mei* : tutos $\mathbf{K_6W_1}$: tutas $\mathbf{P_2}$: tuos **P***ac* : tuto *Delrii liber* : cuneos *uel* comites *Heinsius* : cinctos *Burmannus* | discedere] descendere $\mathbf{n_1qL_1}$: succedere *Burmannus* || **143** talibus **F***pc, cett. mei* : uocibus **F***ac* || **146** non te $\mathbf{gK_6CJ_6}$ | triumphum $\mathbf{gK_6F_2}$*ul*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$: tropheum $\mathbf{P_2L}$ $\mathbf{F_2PW_1}$ || **147** getico pariter $\mathbf{F_{17}J_3}$ || **148** sarmaticas $\mathbf{gF_{20}J_6}$, *Exc. Flor., Isengriniana mg* : dalmaticas *cett. mei, Exc. Gyr.* || **149** proiecimus *Heinsius* || **150** hebrum $\mathbf{K_6}$ || **151** ergo *omnes mei, Exc. Flor.* : sic *Heinsii Iunianus, Vicetina* | gloria ζ || **152** succurre $\mathbf{F_{20}}$ || **156** conubio $\mathbf{P_{11}}$ | socia-] sacra- **Z** : socrus- *Koch* || **157** dirige $\mathbf{K_6}$*ac*$\mathbf{F_{14}}$*ul, Camers mg* : *orthographiam correxi* : dilige $\mathbf{K_6}$*pc, cett. mei*

ut ducis, ut soceri. iamiam securus ad astra
te custode ferar; rupta si mole Typhoeus
160 prosiliat, uinclis Tityos si membra resoluat,
si furor Enceladi proiecta mugiat Aetna,
opposito Stilichone cadent.'
nec plura locutus,
sicut erat, liquido signauit tramite nubes
ingrediturque globum Lunae limenque relinquit
165 Arcados et Veneris clementes aduolat auras.
hinc Phoebi permensus iter flammamque nocentem
Gradiui placidumque Iouem, stetit arce suprema,
algenti qua zona riget Saturnia tractu.
machina laxatur caeli rutilaeque patescunt
170 sponte fores. Arctoa parat conuexa Bootes,
Australes reserat portas succinctus Orion,
inuitantque nouum sidus pendentque uicissim
quas partes uelit ipse sequi, quibus esse sodalis
dignetur stellis aut qua regione moueri.
175 o decus aetherium, terrarum gloria quondam,
te tuus Oceanus natali gurgite lassum
excipit et notis Hispania proluit undis.
fortunate parens, primos cum detegis ortus,
aspicis Arcadium; cum te procliuior urges,
180 occiduum uisus remoratur Honorius ignem;
et quocumque uagos flectas sub cardine cursus,
natorum per regna uenis, qui mente serena
maturoque regunt iunctas moderamine gentes,
saecula qui rursus formant meliore metallo.

160 prosiliat uinclis $\mathbf{F_{20}}$, *Exc. Flor.* : uinclis prosiliat *Isengriniana mg* : undis prosiliat *omnes mei* || **164** limen- $\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{LPW_1O_3}$*ul*, *Exc. Flor.* : lumen- $\mathbf{g}$*ac*$\mathbf{P}$*ul*, *cett. mei* | reliquit $\mathbf{F_2J_3CJ_7S_3}$ || **165** aduolat $\mathbf{P_2LF_2PW_1F_{17}}$: peruolat $\mathbf{gK_6FJ_3n_1}$ | auras $\mathbf{F_2}$*ul*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : aulas $\mathbf{F_2}$*pc* : alas $\mathbf{F_2}$*ac* : oras *Wakefield* || **166** permensus iter phebi μ || **167** gradiui $\mathbf{F_2}$*pc*, *cett. mei* : gradiuum $\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{W_1}$ ϑ | superna $\mathbf{O_3}$ || **168** quo $\mathbf{CF_3J_7S_3}$ | riget $\mathbf{F_{17}}$, *cett. mei* : nitet $\mathbf{F_{17}}$*ul*$\mathbf{J_3L_{11}}$: rubet $\mathbf{O_3}$: $\mathbf{g}$ *incert.* || **170** parat] aperit *Burmannus* || **171** partes $\mathbf{A_2}$ || **173** ipse $\mathbf{K_6P_2LF_2PW_1F}$: ille $\mathbf{gF_{17}J_3n_1}$ || **174** moueri] morari* $\mathbf{J_3n_1A_2Z}$, *Exc. Gyr.* : teneri $\mathbf{L}$ (*in ras.*) $\mathbf{F}$ || **176** lassum $\mathbf{J_3}$*ac*, *cett. mei* : lapsum $\mathbf{FJ_3}$*pc* || **178** fortunate *omnes mei*, *Exc. Flor.* : fortuneque *Exc. Flor.* | senex $\mathbf{Fz_1}\zeta$ | cum primos $\mathbf{F_{17}}$ || **179** procliuior *omnes mei*, *Exc. Flor.* : proclinior *Heinsius* || **181** quacumque ζ | flectas *cett. mei*, *Exc. Flor.* : flectis $\mathbf{n_1q}$ | cursus $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : currus $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{Fn_1}$ || **182** seuera $\mathbf{J_6P_{10}}$*ul* || **183** iunctas] uinctas $\mathbf{P_{11}}$: uictas $\mathbf{J_6}$: cunctas $\mathbf{L}$ (*in ras.*) $\mathbf{Fn_1}$: gentes $\mathbf{F_{17}}$ | gentes] iunctas $\mathbf{F_{17}}$ || **184** formant] forment $\mathbf{F_2W_1}$: renouant $\mathbf{p_2}$

185 luget Auarities Stygiis innexa catenis
cumque suo demens expellitur Ambitus auro.
non dominantur opes nec corrumpentia sensus
dona ualent: emitur sola uirtute potestas.
  unanimi fratres, quorum mare terraque fatis
190 debetur, quodcumque manus euasit auitas,
quod superest patri: uobis iam Mulciber arma
praeparat et Sicula Cyclops incude laborat,
Brontes innumeris exasperat aegida signis,
altum fulminea crispare in casside conum
195 festinat Steropes, nectit thoraca Pyragmon,
ignifluisque gemit Lipare fumosa cauernis;
uobis Ionia uirides Neptunus in alga
nutrit equos, qui summa freti per caerula possint
ferre uiam segetemque leui percurrere motu,
200 nesciat ut spumas nec proterat ungula culmos.
iam uideo Babylona rapi Parthumque coactum
non ficta trepidare fuga, iam Bactra teneri
legibus et famulis Gangen pallescere ripis
gemmatosque humilem dispergere Persida cultus.
205 ite per extremum Tanain pigrosque Triones,
ite per ardentem Libyam, superate uapores
solis et arcanos Nili deprendite fontes,
Herculeum finem, Bacchi transcurrite metas:
uestri iuris erit, quidquid conplectitur axis;
210 uobis rubra dabunt pretiosas aequora conchas,
Indus ebur, ramos Panchaia, uellera Seres.

185 innexa] inmensa $\mathbf{O_3Zz_1}$: inmersa $\mathbf{CJ_7P_{10}}$*ac*$\mathbf{S_3}$*?* | cauernis (*cum* immersa) *Heinsius* || **187** non $\mathbf{gK_6F_{17}J_3n_1}$: nec $\mathbf{P_2LF_2PW_1F}$ | nec $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : ne $\mathbf{P_2}$*ac* : non $\mathbf{K_6F_3C_1}$ | sensum $\mathbf{G_5}$ || **189** factis $\mathbf{J_7}$*pc* || **190** debetur $\mathbf{F_{20}}\Gamma_1$ *pc, Exc. Flor.* : debentur* *omnes mei* : dedetur *Jeep* || **193** anguiferis *Birt* || **194** in cuspide σ || **196** igniferis- $\mathbf{P_2FL_4O_2}\vartheta$ *pc* | -que gemit $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : gemit et **P**(*pc, ut uid.; Birt* gemitus *putat*) : regemit $\mathbf{L_3}$ || **198** possint $\mathbf{gK_6F_2n_1}$: possunt *cett. mei* || **199** saltu $\mathbf{F_{20}}$ || **200** spumas] spicas $\mathbf{gA_2}$*pc*$\mathbf{z_1}\sigma$: spinas $\mathbf{L_3}$ || **201** iam uideo $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{F}$*?, cett. mei* : iam uidet **P***ac* : iam uideas **P***pc* : iamque uidet $\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{W_1}$, *Isengriniana mg* : iamque uiden *Heinsius* | capi $\mathbf{gF_{20}}$ | coactum] cruentum ζ*ac* : **g** *incert.* || **203** pallescere $\mathbf{P_2}$*ul***P***pc, cett. mei., Exc. Flor.* : flauescere $\mathbf{P_2}$ || **204** dispergere *cett. mei, Exc. Flor.* : disperdere $\mathbf{K_6P_2Pg_1O_3W_2}$ || **206** arentem *Heinsius* | Libyam] zonam $\mathbf{n_1}$ | calores **F** || **208** bacchi $\mathbf{gK_6LF_2}$*pc*$\mathbf{FJ_3n_1}$, *Exc. Flor.* : bactri $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{PW_1F_{17}}$ || **210** littora **F**

8

PANEGYRICVS DICTVS HONORIO AVGVSTO QVARTVM CONSVLI

Auspiciis iterum sese regalibus annus
induit et nota fruitur iactantior aula,
limina nec passi circum priuata morari
exultant reduces Augusto consule fasces.
5 cernis ut armorum proceres legumque potentes
patricios sumunt habitus et more Gabino
discolor incedit legio positisque parumper
bellorum signis sequitur uexilla Quirini?
lictori cedunt aquilae ridetque togatus
10 miles et in mediis effulget curia castris.
ipsa Palatino circumuallata senatu
iam trabeam Bellona gerit parmamque remouit
et galeam, sacras umeris uectura curules.
nec te laurigeras pudeat, Gradiue, secures
15 pacata gestare manu Latiaque micantem

8 1–656 g$\mathbf{K_6P_2}$**, L,** $\mathbf{F_2P}$**,** $\mathbf{W_1}$**,** $\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$

codicum inscriptiones: de quarto consulatu honorii $\mathbf{K_6}$: liber duodecimus de quarto consulatu honorii $\mathbf{F_2}$*mr* : incipit in eundem in (*?*) quarti consulatus dictus **P** (*similiter* $\mathbf{O_7}$) : incipit liber undecimus de quarto consulatu honorii augusti $\mathbf{W_1}$: incipit in eundem in quartum consulatum dictus $\mathbf{L_1}$: cladiani panagyris de quarto consulatu honorij augusti ϑ*mr* : incipit panagericus dictus de quarto consulatu honorii augusti $\mathbf{L_{11}}$: cl. clau. panegyricus de quarto consulatu honorii augusti *Exc. Flor.*

8 3 passi $\mathbf{K_6P_2LF_2F}$*?*$\mathbf{F_{17}J_3n_1}$: passim **g***ac*$\mathbf{P_2}$*ul***P**$\mathbf{W_1}$: passus **g***pc* : passis **P***sscr* | morari $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : morati $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_3}$ || 5 legum-] regum- *Vicetina* : stragum- *Birt* || 6 sumunt $\mathbf{F_2}$, *cett. mei* : sumant $\mathbf{F_2}$*?sscr*$\mathbf{n_1}$ | et more] et amore $\mathbf{W_1}$ ϑ : en more *Heinsius* || 7 incedit] incedat $\mathbf{K_6}$: incendit $\mathbf{F_2}$ || 8 quiritum *Heinsii Iunianus, König* || 9 gaudetque *Iunianus* || 11 palestino $\mathbf{K_6}$ | tumultu *Vicetina* || 12 trabeas $\mathbf{P_{10}p_2}$ | gerit] petit $\mathbf{K_6G_5}$: trahit *Delrii cod.* || 13 sacris $\mathbf{K_6P_2O_3Z}$ ϑ | uectura] gestura σ : ductura *Heinsius* || 14 *in contextu adest in* $\mathbf{Ln_1q}$, *mg tantum in* $\mathbf{K_6FF_{17}J_3P_{10}}$; *abest a cett. quos uidi omnibus*

loricam mutare toga, dum ferreus haeret
currus et Eridani ludunt per prata iugales.
haud indigna coli nec nuper cognita Marti
Vlpia progenies et quae diademata mundo
20 sparsit Hibera domus. nec tantam uilior unda
promeruit gentis seriem: cunabula fouit
Oceanus; terrae dominos pelagique futuros
inmenso decuit rerum de principe nasci.
hinc processit auus, cui post Arctoa frementi
25 classica Massylas adnexuit Africa laurus,
ille Caledoniis posuit qui castra pruinis,
qui medios Libyae sub casside pertulit aestus,
terribilis Mauro debellatorque Britanni
litoris ac pariter Boreae uastator et Austri.
30 quid rigor aeternus caeli, quid sidera prosunt
ignotumque fretum? maduerunt Saxone fuso
Orcades; incaluit Pictorum sanguine Thyle;
Scottorum cumulos fleuit glacialis Iuerne.
quis calor obsistit forti? per uasta cucurrit
35 Aethiopum cinxitque nouis Atlanta maniplis;
uirgineum Tritona bibit sparsosque uenenis
Gorgoneis uidit thalamos et uile uirentes
Hesperidum risit, quos ditat fabula, ramos.
arx incensa Iubae, rabies Maurusia ferro
40 cessit et antiqui penetralia diruta Bocchi.
sed laudes genitor longe transgressus auitas
subdidit Oceanum sceptris et margine caeli
clausit opes, quantum distant a Tigride Gades,

18 cognita **P***pc, cett. mei* : condita **P***ac* ϑ || **20** spargit $\mathbf{O}_7$ | non **L** | tantam **P***pc, cett. mei* : tantae $\mathbf{F}\mathbf{J}_7$*pc?* : tandem $\mathbf{F}_2$**P***ac*$\mathbf{W}_1$ | unda] aula *Iunianus, Isengriniana mg* || **21** gentis seriem $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{F}\,\vartheta$: gentis speciem $\mathbf{W}_1$: seriem gentis *cett. mei* || **22** dominos terrae $\mathbf{L}_4$ || **24** merenti *Paul* || **25** adnexuit] aduexit **F** : aduexerat $\mathbf{G}_5$: connexuit $\mathbf{L}_{11}$ || **27** medio *Iuntina* || **29** ac] et $\mathbf{P}_2\mathbf{F}\mathbf{O}_2\mathbf{Z}\zeta$: aut ϑ | boreae pariter $\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\zeta$ || **30** nigror *Jeep* | quid caeli μ | sidera $\mathbf{n}_1\mathbf{R}_{26}$: frigora $\mathbf{F}_2$*sscr, cett. mei, Exc. Flor.* : littora $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$ | prosunt $\mathbf{K}_6$*pc*$\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* : possunt $\mathbf{K}_6$*ac*$\mathbf{P}_2\mathbf{F}$ || **33** cumulos $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* : tumulos $\mathbf{P}_2$ | iuerne *Heinsii Vossianus* ($\mathbf{J}_1$*?*$\mathbf{J}_5$*?*) : hiberne (*uel simm.*) *omnes mei* : Ierne '*e duobus manuscr.*' *Clauerius* : Hiuerne *Birt* || **34** quid $\mathbf{P}\mathbf{W}_1\,\vartheta$, *Exc. Flor.* | obsistit] obstituit *ex* obstitit *corr.* $\mathbf{n}_1$: obstiterit *uel* obsistat *Heinsius* || **35** uinxit- *Jeep* || **36** subit $\mathbf{J}_3$ || **37** gorgoneis $\mathbf{A}_3$: gorgoneos *omnes mei* || **38** quos di(c)tat $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : ditat quos $\mathbf{F}_{17}$*ac* (risit *tamen post* quos), *Birt* || **39** incensa **g***ac?***P**, *cett. mei* : extructa **P***sscr* : intacta $\mathbf{F}_2$ || **41** longe . . . laudes $\mathbf{F}_{17}$ || **42** sceptris] regnis $\mathbf{F}_{17}$

inter se Tanais quantum Nilusque relinquunt,
45 haec tamen innumeris per se quaesita tropaeis,
non generis dono, non ambitione potitus.
digna legi uirtus. ultro se purpura supplex
obtulit et solus meruit regnare rogatus.
nam cum barbaries penitus commota gementem
50 inrueret Rhodopen et mixto turbine gentes
iam deserta suas in nos transfunderet Arctos,
Danubii totae uomerent cum proelia ripae,
cum Geticis ingens premeretur Moesia plaustris
flauaque Bistonios operirent agmina campos,
55 omnibus adflictis et uel labentibus ictu
uel prope casuris, unus tot funera contra
restitit extinxitque faces agrisque colonos
reddidit et leti rapuit de faucibus urbes.
nulla relicta foret Romani nominis umbra,
60 ni pater ille tuus iamiam ruitura subisset
pondera turbatamque ratem certaque leuasset
naufragium commune manu: uelut ordine rupto
cum procul insanae traherent Phaethonta quadrigae
saeuiretque dies terramque et stagna propinqui
65 haurirent radii, solito cum murmure toruus
Sol occurrit equis; qui postquam rursus eriles
agnouere sonos, rediit meliore magistro
machina concentusque poli, currusque recepit
imperium flammaeque modum.
sic traditus illi

44 quantum tanais $\mathbf{FG_5}\zeta$*pc* | relinquunt $\mathbf{gK_6}$*pc*$\mathbf{LF_2(P)FJ_3}$: relinquit $\mathbf{K_6}$*ac*$\mathbf{P_2 W_1 F_{17} n_1}$ || 45 tamen] tantum $\mathbf{J_3}$*?*$\mathbf{n_1}$: sunt *Exc. Gyr.* || 46 nodo *Heinsius* | potitus $\mathbf{gK_6P_2}$: potitur *cett. mei, Exc. Flor* : petitus *König* : petiuit *Jeep* || 49 trementem *Jeep* || 52 uomerent **L** (*in ras.*), *cett. mei* : mouerent **P** : quaterent **P***ul* : moueant $\mathbf{F_2W_1F}$: tremerent ϑ*pc* || 53 lugens *Heinsius* | moesia $\mathbf{gR_{26}}$*mg*$\boldsymbol{\Gamma_1}$*pc* : massia $\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{W_1}$: mysia (misia) $\mathbf{F_2}$*?pc, cett. mei* || 55 et iam $\mathbf{O_3}$ || 56 funera] milia $\mathbf{J_6}$*pc*$\mathbf{J_7}$*pc* : fulgura *Heinsius olim* || 57–58 extinxit- . . . reddidit *om.* $\mathbf{W_1}$ || 57 constitit $\mathbf{F_{17}}$ | faces $\mathbf{F_2}$*pc***P***ac, cett. mei* : feros **P***ac* | agris- $\mathbf{gK_6P_2LPF_{17}J_3}$, *Exc. Flor.* : agros- $\mathbf{F_2Fn_1}$: agri- *Exc. Gyr.* | colonos $\mathbf{gK_6P_2LPF_{17}J_3}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : colonis $\mathbf{F_2Fn_1}$ || 60 subiret $\mathbf{A_2}$*ac* || 63 insanum *Burmannus* | raperent $\mathbf{z_1}$ || 64 terramque et $\mathbf{gK_6LF_2}$*pc***P***pc*$\mathbf{FJ_3n_1}$: terrasque et $\mathbf{P_2O_2}$: terramque in **P***ac*$\mathbf{W_1}$: terras et $\mathbf{F_{17}J_7}$ | profundi $\mathbf{J_7}$*pc* || 65 torrerent *Jeep olim* | toruus **g***?pc, cett. mei* : toruis* **g***ac*$\mathbf{F_{20}O_3O_7P_{12}P_{13}}$, *Exc. Flor.* || 68 polis *ex suo cod. Barthius* | currus- $\mathbf{gF_{20}J_6}$, *Exc. Flor.?*, *Exc. Gyr.* : cursus- **P***ac* : rursus- **P***pc, cett. mei* : rursum- **F** || 69 traditus $\mathbf{gO_3}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : traditur *cett. mei*

70 seruatusque Oriens. at non pars altera rerum
tradita: bis possessa manu, bis parta periclis.
per uarium gemini scelus erupere tyranni
tractibus occiduis: hunc saeua Britannia fudit,
hunc sibi Germanus famulum delegerat exul.
75 ausus uterque nefas, domini respersus uterque
insontis iugulo. nouitas audere priori
suadebat cautumque dabant exempla sequentem.
hic noua moliri praeceps, hic quaerere tuta
prouidus; hic fusis, collectis uiribus ille;
80 hic uagus, excurrens, hic intra claustra reductus.
dissimiles, sed morte pares. euadere neutri
dedecus aut mixtis licuit procumbere telis.
amissa specie, raptis insignibus ambo
in uultus rediere suos manibusque reuinctis
85 oblati gladiis summittunt colla paratis.
et uitam ueniamque rogant. pro damna pudoris!
qui modo tam densas nutu mouere cohortes,
in quos iam dubius sese librauerat orbis,
non hostes uictore cadunt, sed iudice sontes.
90 damnat uoce reos, petiit quos Marte tyrannos.
amborum periere duces: hic sponte carina
decidit in fluctus, illum suus abstulit ensis.
hunc Alpes, hunc pontus habet. solacia caesis
fratribus haec ultor tribuit. necis auctor uterque
95 labitur; Augustas par uictima mitigat umbras.
has dedit inferias tumulis, iuuenumque duorum
purpureos merito placauit sanguine Manes.
illi iustitiam confirmauere triumphi,
praesentes docuere deos. hinc saecula discant

70 seruatus- **gP***ac***n**$_1$**A**$_2$**P**$_{11}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : seruatur- **P***pc*, *cett. mei* | at] an **W**$_1$: sed **z**$_1$ || **72** irrupere **B**$_1$**F**$_3$**Z** || **74** *om. add. mg* **g** || **77** cautum- **g***?ac?* (**F**$_{17}$*ac*)**J**$_3$**P**$_{10}$*ul*, *Exc. Flor.* : tantum- **g***pc?***F**$_{17}$*pc*, *cett. mei* : tutum- **A**$_3$**P**$_1$ | sequentem *cett. mei*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : sequenti **n**$_1$ || **80** et currens *Heinsius* | intra **g F**$_{20}$**J**$_6$**L**$_3$**O**$_3$*pc***Z**, *Exc. Flor.* : inter *cett. mei* || **83** raptisque *in contextu Jeep, unde depromptum nescio* || **84** uultus] cultus **P**$_{14}$, *Heinsius* : titulos *Birt* || **88** librauerat **gK**$_6$**LF**$_2$*pc***PF**$_{17}$**J**$_3$: librauerit **n**$_1$**F**$_{20}$: uibrauerat **P**$_2$**F**$_2$*ac***W**$_1$**F** || **89** uindice **Z**, *Oxon. Bodl. Add. A. 208* || **90** qui *Scaliger* || **91** ambo rei *Scaliger* || **93** habent **P**$_1$ || **94** haec **P**$_2$**F***?*, *cett. mei* : hic **P**$_2$*ul***F**$_2$ || **96** tumulis **F**$_2$*pc*, *cett. mei* : tumulus **F**$_2$*ac***P** || **97** purpureos **F**$_2$*pc*, *cett. mei* : purpureus **F**$_2$*ac***W**$_1$: purpureo **P**$_2$, *Schraderus* | meritos **P**$_2$**W**$_1$ **ϑ**, *Schraderus* || **98** iustitiae confirmatore triumpho *Barthius* : iustitiam dum firmauere triumphi *uel* iustitia confirmatrice triumphi *Heinsius*

100 indomitum nihil esse pio tutumue nocenti:
nuntius ipse sui longas incognitus egit
praeuento rumore uias, inopinus utrumque
perculit et clausos montes ut plana reliquit.
extruite inmanes scopulos, attollite turres,
105 cingite uos fluuiis, uastas opponite siluas,
Garganum Alpinis Appenninumque niualem
Pyrenes sociate iugis et rupibus Haemum
addite Caucaseis, inuoluite Pelion Ossae:
non dabitis murum sceleri. qui uindicet, ibit.
110 omnia subsident meliori peruia causae.
nec tamen oblitus ciuem cedentibus atrox
partibus infremuit: non insultare iacenti
malebat. mitis precibus, pietatis abundans,
poenae parcus erat; paci non intulit iram;
115 post acies odiis idem qui terminus armis.
profuit hoc uincente capi, multosque subactos
prospera laturae commendauere catenae.
magnarum largitor opum, largitor honorum
pronus et in melius gaudens conuertere fata.
120 hinc amor, hinc ualidum deuoto milite robur,
hinc natis mansura fides.
hoc nobilis ortu
nasceris aequaeua cum maiestate creatus
nullaque priuatae passus contagia sortis.
omnibus acceptis, ultro te regia solum
125 protulit et patrio felix adolescis in ostro,
membraque uestitu numquam temerata profano

100 nihil **g***?ac, cett. mei* : nil **g***pc*$\mathbf{F}_{20}\mathbf{O}_7\mathbf{P}_{14}$ || **101** sibi $\mathbf{L}_{11}$, *Camers mg* || **103** relinquit $\mathbf{W}_1$: relegit *Mommsen* || **105** uastasque *λ σ* || **106** Appenninoque Nifatem *Barthius* || **107** Pyrenes *Barthius, Heinsius* : pernices $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{C}\mathbf{F}_{20}\mathbf{L}_{11}\mathbf{P}_1$: permites $\mathbf{P}_{11}$: permittes $\mathbf{W}_2$*ac* : pernicies $\mathbf{J}_7$*ac*$\mathbf{P}_{12}$: permistis **g***pc?* : permixtis *cett. mei* || **108** caucasiis* $\mathbf{K}_6$ || **109** nec $\mathbf{J}_3\mathbf{A}_2\mathbf{L}_4$ | uindicet **g***pc***L**(**F***pc*)$\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : uindicat **F***ac, cett. mei* | *post hunc uers. nonnihil excidisse censuit Heinsius* : *pro uerbis* qui uindicet, ibit *uerba* qui uincet, adibit *substitui uoluit Birt* || **110** subsident $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : subsidunt $\mathbf{K}_6\mathbf{F}_{17}$*ac* *μ σ* | meliorum $\mathbf{W}_2$*?ac, ul ed. Antuerp. ap. Burmannum* | peruia **g***ul, cett. mei* : subdita **g** || **111** non $\mathbf{L}\mathbf{n}_1\mathbf{P}_1\mathbf{Z}$ | ciuem **P***ul, cett. mei* : causae **P***ul* : cinere **P** || **113** mitis precibus **F***ul, cett. mei* : mixtis precibus **F** : precibus mitis *σ* || **117** prospera $\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{F}_{20}\mathbf{J}_6$ *ϱ* : aspera* $\mathbf{F}_2$, *cett. mei, Exc. Flor.?* || **119** pronus et **P**, *cett. mei* : comis et **P***ul* : protinus *Jeep* || **123** commercia *Scaliger* | sordis *Heinsius* || **124** omnibus exceptis $\mathbf{J}_3\mathbf{A}_2\mathbf{L}_4\mathbf{O}_7$: ominibus certis *uel* ominibus celsis *Goodyear* | *'sensus est, reliquos extrinsecus accepit aula, sed te solum ex sinu suo dedit & protulit' Burmannus* || **125** pertulit $\mathbf{n}_1$: edidit **F** || **126** temerata $\mathbf{g}\mathbf{K}_6\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{C}\mathbf{O}_3\mathbf{P}_{10}$: uiolata* $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{W}_1\mathbf{F}$ | sinistro *Heinsii Iunianus*

in sacros cecidere sinus. Hispania patrem
auriferis eduxit aquis, te gaudet alumno
Bosporos. Hesperio de limine surgit origo,
130 sed nutrix Aurora tibi; pro pignore tanto
certatur, geminus ciuem te uindicat axis.
Herculis et Bromii sustentat gloria Thebas,
haesit Apollineo Delos Latonia partu
Cretaque se iactat tenero reptata Tonanti;
135 sed melior Delo, Dictaeis clarior oris
quae dedit hoc numen regio. non litora nostro
sufficerent angusta deo, nec inhospita Cynthi
saxa tuos artus duro laesere cubili:
adclinis genetrix auro, circumflua gemmis
140 in Tyrios enixa toros; ululata uerendis
aula puerperiis. quae tum documenta futuri!
quae uoces auium! quanti per inane uolatus!
quis uatum discursus erat! tibi corniger Hammon
et dudum taciti rupere silentia Delphi,
145 te Persae cecinere magi, te sensit Etruscus
augur et inspectis Babylonius horruit astris,
Chaldaei stupuere senes Cumanaque rursus
intonuit rupes, rabidae delubra Sibyllae.
nec te progenitum Cybeleius aere sonoro
150 lustrauit Corybas: exercitus undique fulgens
adstitit. ambitur signis augustior infans,
sentit adorantes galeas, redditque ferocem
uagitum lituis.
                        uitam tibi contulit idem
imperiumque dies. inter cunabula consul
155 proueheris, signas posito modo nomine fastos

128 eduxit $\mathbf{K_6}$*pc*$\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei* : produxit $\mathbf{K_6}$*ac*$\mathbf{P_2 L O_2}$*ul* : educit $\mathbf{W_2}$: deduxit $\mathbf{F_{20}}$ || **129** limine] limite* $\mathbf{J_3}$*pc*$\mathbf{C_1 z_1}$: lumine **LPFJ**$_3$*ac* : littore $\mathbf{A_2}$: semine *Exc. Voss.* (*non* $\mathbf{F_{17}}$) || **131** te ciuem $\mathbf{F_{17} F_{20}}$: ciuem sic *Aldina* : ciuem sibi *Heinsius* || **135** cretaeis $\mathbf{J_7}$*pc* | antris *Heinsius* || **136–137** *Creticum nomen in uerbis* litora angusta *latere suspicatur Goodyear, fortasse recte* || **137** angusta $\mathbf{P_2}$*ul***P***pc***F***?, cett. mei* : augusta $\mathbf{K_6 P_2 P}$*ac* || **138** laesere $\mathbf{F_2}$, *cett. mei* : lesura **Z** : fudere **P***pc* : fodere **P***ul* : pressere $\mathbf{F_2}$*ul* || **140** Tyriis . . . toris *Vicetina* || **142** quantus μ || **143** qui $\mathbf{W_1 C P_1}$, *Exc. Flor.* : **g** *incert.* || **145** sentit $\mathbf{F_2 Z} \zeta \vartheta \sigma$ || **148** intremuit $\mathbf{L_{11}}$ | rabidae $\mathbf{K_6}$ **PFJ**$_3$: rapidae *cett. mei* || **149** nec *cett. mei, Exc. Flor.* : non $\mathbf{L n_1 q} \lambda$ || **151** ambitur $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : ambitus **F***?*$\mathbf{O_3 Z}$: ambigitur $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{W_1}$ || **152–158** *aliunde huc inlatos pronus est ad suspicandum König* || **152** sentit $\mathbf{F_{20} J_6 Z} \vartheta$, *Exc. Flor.* : sensit *omnes mei* || **153** lituis **F***pc?, cett. mei* : lituus $\mathbf{P_1} \zeta$, *Exc. Gyr.* || **155** signas $\mathbf{n_1 R_{26}}$, *Exc. Flor.?* : signans **F***?, cett. mei* | fastus *Exc. Flor.?*

donaturque tibi, qui te produxerat, annus.
ipsa Quirinali paruum te cinxit amictu
mater et ad primas docuit reptare curules.
uberibus sanctis inmortalique dearum
160 crescis adoratus gremio: tibi saepe Diana
Maenalios arcus uenatricesque pharetras
suspendit, puerile decus; tu saepe Mineruae
lusisti clipeo fuluamque inpune pererrans
aegida tractasti blandos interritus angues;
165 saepe tuas etiam iam tum gaudente marito
uelauit regina comas festinaque uoti
praesumptum diadema dedit, tum lenibus ulnis
sustulit et magno porrexit ad oscula patri.
nec dilatus honos: mutatus principe Caesar
170 protinus aequaris fratri.
non certius umquam
hortati superi, nullis praesentior aether
adfuit ominibus. tenebris inuoluerat atra
lumen hiemps densosque Notus collegerat imbres,
sed mox, cum solita miles te uoce leuasset,
175 nubila dissoluit Phoebus pariterque dabantur
sceptra tibi mundoque dies: caligine liber
Bosporos aduersam patitur Calchedona cerni.
nec tantum uicina nitent, sed tota repulsis
nubibus exuitur Thrace, Pangaea renident
180 insuetosque palus radios Maeotia uibrat.

156 *spurium censuit Birt* || **157** cingit $\mathbf{O_7p_2W_2}$*ac* || **159** sacris **L** λ | dearum **F**pc $\mathbf{J_3n_1}$*ul* $\mathbf{F_{20}P_{10}}$*pc, Exc. Flor.* : deorum **F**$ac$$\mathbf{n_1}$, *cett. mei* || **160** crescis $\mathbf{gK_6LF_2}$*sscr* **P** *pc* **F** *pc* $\mathbf{F_{17}J_3n_1}$: crescit $\mathbf{P_2F_2P}$*ac* **F***ac* $\mathbf{W_1}$ ϑ | adoratus **g***pc?, cett. mei* : odoratus **g***?ac, Exc. Flor.* : adornatus $\mathbf{O_7Z}$ σ, *Heinsius* : donatus *uel* dotatus *Wakefield* : honoratus *Paul* || **161** bellatrices- **F** ζ | sagittas $\mathbf{p_2}$ || **163** flauam- **L** λ || **164** interritus $\mathbf{P_2}$*pc* $\mathbf{F_2}$*pc* **P***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : perterritus $\mathbf{P_2}$*ac* $\mathbf{F_2}$*ac* **P***ac* $\mathbf{W_1}$ ϑ || **165** tum gaudente $\mathbf{F_{20}J_6}$, *Exc. Flor.* : tunc gaudente *cett. mei* : congaudente **g** : nunc gaudente $\mathbf{J_7}$*pc* || **167** leuibus $\mathbf{gn_1}$*?* || **168** magno **g**, *cett. mei* : paruum **g***ul* $\mathbf{J_3O_3}$*ul* : puerum μ (*in ras.*) | patri $\mathbf{F_{17}}$*pc?, cett. mei* : patris $\mathbf{F_{17}}$*?ac* μ || **169** non $\mathbf{F_2}$ | mutatus $\mathbf{LF_2FF_{17}J_3}$*?*$\mathbf{n_1}$: mutatur $\mathbf{gK_6P_2W_1F_{17}}$*sscr, Exc. Flor.* : mittatur **P***ac* : imitatur **P***?pc* : mutato **P***mg* || **170** aequari $\mathbf{F_3}$ | non $\mathbf{gP_2F_2PW_1F_{17}}$, *Exc. Flor.* : nec $\mathbf{K_6LF}$*?*$\mathbf{J_3n_1}$: num $\mathbf{W_2}$*ac* | ocius $\mathbf{A_2}$ || **171** hortari $\mathbf{PW_1L_1}$ ϑ | nullus $\mathbf{P_2F}$: nulli *Burmannus* || **172** atra $\mathbf{F_{17}A_2F_{20}J_6J_7}$*pc* $\mathbf{L_4O_2}$*ac* $\boldsymbol{\Gamma_1}$*pc, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : atris $\mathbf{LF_2J_3}$*ul* $\mathbf{n_1}$: astra **g***?*$\mathbf{PW_1}$: astri $\mathbf{K_6P_2F_2}$*ul* $\mathbf{FJ_3}$ || **173** lumen] prorsus **g** || **174** cum subita $\mathbf{K_6}$ *pc?* $\mathbf{z_1}$ | te] cum $\mathbf{K_4}$ || **178** non *Heinsii Iunianus* || **179** exuitur $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : eruitur $\mathbf{P_2}$*ac* : exstruitur $\mathbf{K_6}$ | renident] retundunt $\mathbf{n_1q}$: relucent $\mathbf{B_1F_3}$ || **180** maeotia *Exc. Flor.* : meotica *uel* meot(h)ida *omnes mei*

nec Boreas nimbos aut sol ardentior egit:
imperii lux illa fuit. praesagus obibat
cuncta nitor risitque tuo natura sereno.
uisa etiam medio populis mirantibus audax
185 stella die, dubitanda nihil nec crine retuso
languida, sed quantus numeratur nocte Bootes,
emicuitque plagis alieni temporis hospes,
ignis et agnosci potuit, cum luna lateret:
siue parens Augusta fuit, seu forte reluxit
190 diui sidus aui, seu te properantibus astris
cernere sol patiens caelum commune remisit.
apparet quid signa ferant. uentura potestas
claruit Ascanio, subita cum luce comarum
innocuus flagraret apex Phrygioque uolutus
195 uertice fatalis redimiret tempora candor.
at tua caelestes inlustrant omina flammae.
talis ab Idaeis primaeuus Iuppiter antris
possessi stetit arce poli famulosque recepit
Natura tradente deos; lanugine nondum
200 uernabant uultus nec adhuc per colla fluebant
moturae conuexa comae; tum scindere nubes
discebat fulmenque rudi torquere lacerto.
laetior augurio genitor natisque superbus
iam paribus duplici fultus consorte redibat
205 splendebatque pio conplexus pignora curru.
haud aliter summo gemini cum patre Lacones,
progenies Ledaea, sedent: in utroque relucet
frater, utroque soror; simili chlamys effluit auro;

181 nec . . . aut] non . . . aut $\mathbf{F}_{17}$: nec . . . nec $\mathbf{K}_6\mathbf{J}_3$ || **184** et uisa est $\mathbf{n}_1$*pc* | populis medio $\mathbf{O}_7$**Z** : mediis populis $\mathbf{P}_2$: medio cunctis $\mathbf{O}_3$ || **185** retuso **P***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : recuso **P***ac* : retenso $\mathbf{n}_1$: **g** *incert.* || **186** numeratur **L***ul, cett. mei* : numeratus **L** : tumet atra *Birt* : remoratur *Goodyear* | luce **F** $\mathbf{J}_3$ || **187–188** *interpolatos putat König* || **187** enituit- $\mathbf{F}_{17}$ || **189** seu sponte $\mathbf{n}_1$**q** || **190** diui sidus aui seu te properantibus *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : diuus auus seu te prop. (*mutilato metro*) $\mathbf{P}_2$**PF***ac* : *ante* prop. *interpolant* claris $\mathbf{K}_6\mathbf{F}_2$*ul***F***pc* ($\mathbf{F}_{17}$)$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, cunctis **L**$\mathbf{W}_1$, caelo $\mathbf{F}_2$, iam tunc **g**, iam iam $\mathbf{L}_3$, natum $\mathbf{O}_3$, puero $\mathbf{P}_4$, nitidis $\mathbf{p}_4$: *ante* seu te *interpolant* stella $\mathbf{P}_{14}$, fausta $\mathbf{K}_4$, cupidis μ*ac. ceterorum quos noui codicum lectiones in Prolegom. reperies* | astris $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : austris $\mathbf{F}_{17}$*ac* : Arctis *Koch* || **194** fluidoque $\mathbf{n}_1\mathbf{R}_{26}$ || **196** omina **P***pc, cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : omnia $\mathbf{P}_2$**LP***ac* || **201** iubae $\mathbf{P}_4\mathbf{p}_4$ | cum $\mathbf{K}_6$ || **203** auguriis $\mathbf{F}_{20}$: augurii *Heinsius* || **204** fultus duplici **L** λ || **205** complectens $\mathbf{z}_1$ || **206** gemini summo $\mathbf{P}_1$ μ*ac* || **207** in *delendum censuit Barthius* | relucet **L***pc?*$\mathbf{F}_2$*pc***P***pc, cett. mei* : relucent **L***?ac*$\mathbf{F}_2$*ac***P***ac*$\mathbf{W}_1$ || **208** simili **g**$\mathbf{P}_2$, *Exc. Flor.* : similis *cett. mei* | effluit **P***ac, cett. mei, Exc. Flor.* : affluit $\mathbf{F}_{17}$: efflat in **P***pc* | aura *Barthius*

stellati pariter crines. iuuat ipse Tonantem
210 error et ambiguae placet ignorantia matri;
Eurotas proprios discernere nescit alumnos.
  ut domus excepit reduces, ibi talia tecum
pro rerum stabili fertur dicione locutus:
  'si tibi Parthorum solium Fortuna dedisset,
215 care puer, terrisque procul uenerandus Eois
barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras,
sufficeret sublime genus luxuque fluentem
deside nobilitas posset te sola tueri.
altera Romanae longe rectoribus aulae
220 condicio. uirtute decet, non sanguine niti.
maior et utilior fato coniuncta potenti,
uile latens uirtus (quid enim submersa tenebris
proderit obscuro?), ueluti sine remige puppis
uel lyra quae reticet uel qui non tenditur arcus.
225 hanc tamen haud quisquam, qui non agnouerit ante
semet et incertos animi pacauerit aestus,
inueniet; longis illuc ambagibus itur.
disce orbi, quod quisque sibi. cum conderet artus
nostros, aetheriis miscens terrena, Prometheus,
230 sinceram mentis partem furatus Olympo
continuit claustris indignantemque reuinxit
et, cum non aliter possent mortalia fingi,
adiunxit geminas. illae cum corpore lapsae
intereunt, haec sola manet bustoque superstes
235 euolat. hanc alta capitis fundauit in arce

209 crinem *Heinsius* || **211** proprios] -que suos $\mathbf{A_2F_3}$ | dinoscere $\boldsymbol{\lambda}$ || **212** accepit $\mathbf{J_3}\boldsymbol{\Gamma}_1$ | ibi] tunc $\mathbf{L_3}$ || **214** Fortuna] natura $\mathbf{K_6C_1O_3}$*ul* | tulisset *Isengriniana mg* || **215** terre- . . . eoe $\boldsymbol{\sigma}$ || **216** assirio $\mathbf{n_1}$ | ore $\mathbf{K_6}$*ac, cett. mei* : orbe $\mathbf{K_6}$*pc* || **218** possit te $\mathbf{P_2}$: te posset $\mathbf{P_{11}}$ || **219** aulae est $\mathbf{J_6}$*pc* || **220** conditio est $\mathbf{O_3}$ || **221** uberior *Burmannus* | coniuncta potentia fato *Scaliger* || **222** latebris $\mathbf{F_2W_1}\boldsymbol{\zeta}$ || **223** obscuris $\mathbf{K_6J_6}$*pc*$\mathbf{P_{10}}$*pc*$\mathbf{P_{14}}$, *Lond. Harl. 2745, Jeep* | ueluti] quantum *Flor. Gall.* || **225–227** *ante* **221** *posuerunt Exc. Flor., Exc. Gyr.* ('in antiquo hi uersus hoc ordine habentur'), *delere uoluit Paul.* **221–224** *post* **275** *traiciendos censuit Mommsen* || **225** haut tamen hanc $\mathbf{F}\boldsymbol{\zeta\vartheta}$ | agnouerat $\mathbf{F_2W_1}$: cognouerit $\mathbf{F_{17}B_1F_3}$: inuenerit $\mathbf{C_1}$ || **226** incertos $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : incestos $\mathbf{K_6LF_2}$*ac*$\mathbf{W_1J_3}$*ac* | pacauerit *Flor. Gall.* : placauerit *omnes mei* || **227–228** *om.* $\mathbf{W_1}$ || **228** disce orbi $\mathbf{F_{17}}$*ul*$\mathbf{F_{20}P_1}$: disce orbis $\mathbf{F_{17}}$, *cett. mei* : disce ortus *Scaliger* : discordis *Sizaeus, Barthius* | quod quisque $\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{P}$*pc, cett. mei* : quod quosque $\mathbf{F_2P}$*ac* : quodcumque $\mathbf{Z}$: quod quis et $\mathbf{n_1}$: quoscumque $\mathbf{L}$: quos quisque (*cum* ortus) *Jeep* : nec disce *Birt* | subit *Jeep* || **230** mentis partem *Hall* : patris mentem $\mathbf{Lz_1}$: patri mentem $\mathbf{F_{17}}$*ac, cett. mei* : patrio mentem $\mathbf{F_{17}}$*pc* $\boldsymbol{\sigma}$ || **232** fingi] fungi $\mathbf{K_6}$: frangi $\mathbf{W_1}\boldsymbol{\vartheta}$: flecti *Isengriniana mg*

mandatricem operum prospecturamque labori;
illas inferius collo praeceptaque summae
passuras dominae digna statione locauit.
quippe opifex ueritus confundere sacra profanis
240 distribuit partes animae sedesque remouit.
iram sanguinei regio sub pectore cordis
protegit imbutam flammis auidamque nocendi
praecipitemque sui. rabie succensa tumescit,
contrahitur tepefacta metu. cumque omnia secum
245 duceret et requiem membris uaesana negaret,
inuenit pulmonis opem madidumque furenti
praebuit, ut tumidae ruerent in mollia fibrae.
at sibi cuncta petens, nil conlatura cupido
in iecur et tractus imos compulsa recessit,
250 quae, uelut inmanis reserat dum belua rictus,
expleri pascique nequit: nunc uerbere curas
torquet auaritiae, stimulis nunc flagrat amorum,
nunc gaudet, nunc maesta dolet, satiataque rursus
exoritur caesaque redit pollentius hydra.
255 hos igitur potuit si quis sedare tumultus,
inconcussa dabit purae sacraria menti.
tu licet extremos late dominere per Indos,
te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,
si metuis, si praua cupis, si duceris ira,
260 seruitii patiere iugum. tolerabis iniquas
interius leges. tunc omnia iure tenebis,
cum poteris rex esse tui. procliuior usus

236 prospecturam- $\mathbf{K}_6$*ac, cett. mei* : prospectricem- $\mathbf{K}_6$*pc***FJ**$_3$: praeceptricem- $\mathbf{A}_2$: spectatricem- $\mathbf{R}_{13}$ | labori **g***ac, cett. mei* : laborum **g***pc***FJ**$_3$ || **239** confundere] committere $\mathbf{F}_3$: coniungere $\mathbf{p}_2$ | sacra $\mathbf{K}_6\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_7$*pc* μ*pc* : sancta *cett. mei* || **241** fulminei $\mathbf{A}_2$ || **242** imbutam] imbustam $\mathbf{J}_6\zeta$: ambustam *Heinsius* || **244** tepefacta **g**$\mathbf{K}_6$*?pc*$\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*pc* $\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : stupefacta $\mathbf{K}_6$*ac*$\mathbf{P}_2$*ul***LF** : tremefacta $\mathbf{F}_{17}$*ac* : tumefacta $\mathbf{F}_{20}$: tabefacta $\mathbf{P}_2$: labefacta *Heinsius* || **245** uerteret $\mathbf{A}_2$ | membris requiem λ || **246** medicumque *Paul* | furenti *omnes mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : fluenti *Vicetina* || **247** praesuit *Goodyear* || **249** compressa $\mathbf{F}_{17}$ | recedit $\mathbf{C}_1$ || **250** inmanis **g**$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*ac, Exc. Flor.* : inmanes $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* | reserat **g**$\mathbf{K}_6\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$: reseret $\mathbf{F}_2$*ac***P**(**W**$_1$)**FJ**$_3$ | dum] cum $\mathbf{A}_2\mathbf{F}_{20}\mathbf{O}_7$, *Jeep* : ceu *Heinsius* || **251** compleri $\mathbf{A}_2$ | nequit $\mathbf{K}_6$*?ac?*$\mathbf{F}_{17}$*sscr*$\mathbf{n}_1$: uelit $\mathbf{K}_6$*?pc?, cett. mei* || **250–251** *sic refecit Heinsius* : ac uelut immanis reseratum bellua rictum / expleri pascique uelit *etc.* || **252** amoris $\mathbf{K}_6\mathbf{A}_2\mathbf{L}_{11}\mathbf{W}_2$ || **253** dolet **F***ul, cett. mei* : sedet **F**ζ : silet *Isengriniana mg* || **254** pollentius **P***ac, cett. mei* : pollentior **F**ζ : pallentius $\mathbf{F}_{17}$: pauentius $\mathbf{P}_2$: uiolentius **P***pc* || **255** hos ergo **F** | si quis potuit $\mathbf{J}_3\mathbf{A}_2\mathbf{B}_1$: poterit si quis $\mathbf{K}_6$: si quis poterit *Flor. Gall.* || **256** mentis $\mathbf{A}_2\mathbf{p}_2$ || **259** praua *omnes mei, Exc. Flor.* : parua $\mathbf{C}_1\mathbf{Z}$: magna *Lond. Lambeth. 421*

in peiora datur suadetque licentia luxum
inlecebrisque effrena fauet. tum uiuere caste
265 asperius, cum prompta Venus; tum durius irae
consulitur, cum poena patet. sed conprime motus
nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit
occurrat, mentemque domet respectus honesti.
hoc te praeterea crebro sermone monebo,
270 ut te totius medio telluris in ore
uiuere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
facta palam nec posse dari regalibus usquam
secretum uitiis; nam lux altissima fati
occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
275 intrat et abstrusos explorat fama recessus.
sis pius in primis; nam cum uincamur in omni
munere, sola deos aequat clementia nobis.
neu dubie suspectus agas neu falsus amicis
rumorumue auidus: qui talia curat, inanes
280 horrebit strepitus nulla non anxius hora.
non sic excubiae, non circumstantia pila
quam tutatur amor. non extorquebis amari;
hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.
nonne uides, operum quod se pulcherrimus ipse
285 mundus amore liget, nec ui conexa per aeuum
conspirent elementa sibi? quod limite Phoebus
contentus medio, contentus litore pontus
et, qui perpetuo terras ambitque uehitque,
nec premat incumbens oneri nec cesserit, aer?

263 rapit *Goodyear* || **265** cum] si σ | irae] aequo *Hall* || **266** consulitur **gP**$_2$*ac***F**$_2$ *pc*(**F**)**J**$_3$, *Exc. Flor.* : consulimus **K**$_6$**LPn**$_1$: consulimur **F**$_2$*ac***W**$_1$**F**$_{17}$: consultum **P**$_2$*pc* : consultus **C**$_1$**L**$_{11}$: obstruitur *Birt* | sed **F**$_{17}$*pc, cett. mei* : tu **F**$_{17}$*ac* | supprime **F**$_{17}$ || **267** nec **F***pc, cett. mei* : ne **F**$_2$**PW**$_1$**F***ac***F**$_{17}$ || **269** monebo **K**$_6$*pc, cett. mei* : docebo **K**$_6$*ac* σ || **270** ore **P**$_2$*ac, Exc. Flor.* : orbe **P**$_2$*pc, cett. mei* || **272** usquam **gP**$_2$ **Z** : umquam *cett. mei* || **274** nihil **g**?*ac***F**$_2$**W**$_1$**FF**$_{17}$**J**$_3$: nil **g***pc***K**$_6$**P**$_2$**LPn**$_1$ || **275** abstrusos **A**$_2$ *ul* **F**$_{20}$, *Bern. 633, Exc. Flor., Isengriniana mg* : obstrusos **gLPF**$_{17}$*pc***J**$_3$: obtrusos **K**$_6$**P**$_2$**F**$_2$**W**$_1$**n**$_1$: obstructos **O**$_3$ *ul* ζ *ac, Berol. DBS 60* : obscuros **FA**$_2$ | explorat **gK**$_6$**P**$_2$**J**$_3$, *Exc. Flor.* : implorat *cett. mei* || **278** neu[1]] ne **F***ac* **L**$_4$: nec **F***pc* **F**$_3$**L**$_{11}$ | dubiis *Burmannus* : plebi *uel* pubi *Birt* || **279** rumoris- **R**$_{26}$ || **280** horrescit **A**$_2$ || **281** non . . . non] non . . . nec **gP**$_2$**n**$_1$: nec . . . nec **B**$_1$**F**$_3$: nec . . . neu **L**$_1$ | pila **P**$_2$, *cett. mei* : tela **P**$_2$ *ul* σ || **282** extorquebis **P**$_2$*pc, cett. mei* : extorqueris **P**$_2$*ac* || **283** aeterna *Heinsius* || **284** quod *cett. mei, Exc. Flor.* : quo* **F**$_{20}$**P**$_{13}$**R**$_3$, *Heinsius* : qui **J**$_3$?**n**$_1$ | ille **A**$_2$ || **285** ligat **F**$_2$**W**$_1$**B**$_1$**F**$_3$**L**$_{11}$ || **286** conspirent *omnes mei, Exc. Flor.* : conspirant *Vicetina* | quod *cett. mei, Exc. Flor.* : quo *Heinsii Iunianus* : qui **n**$_1$ || **289** nec[1]] non **F**$_2$**B**$_1$**F**$_3$: nunc **W**$_1$

290 qui terret, plus ipse timet; sors ista tyrannis
conuenit; inuideant claris fortesque trucident,
muniti gladiis uiuant fretique uenenis,
ancipites habeant arces trepidique minentur:
tu ciuem patremque geras, tu consule cunctis,
295 non tibi, nec tua te moueant, sed publica uota.
  in commune iubes si quid censesue tenendum,
primus iussa subi: tunc obseruantior aequi
fit populus nec ferre negat, cum uiderit ipsum
auctorem parere sibi. conponitur orbis
300 regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
humanos edicta ualent ut uita regentis.
mobile mutatur semper cum principe uulgus.
  his tamen effectis neu fastidire minores
neu pete praescriptos homini transcendere fines.
305 inquinat egregios adiuncta superbia mores.
non tibi tradidimus dociles seruire Sabaeos,
Armeniae dominum non te praefecimus orae,
non damus Assyriam, tenuit quam femina, gentem:
Romani, qui cuncta diu rexere, regendi,
310 qui nec Tarquinii fastus nec iura tulere
Caesaris. annales ueterum delicta locuntur:
haerebunt maculae. quis non per saecula damnat
Caesareae portenta domus? quem dira Neronis
funera, quem rupes Caprearum taetra latebit
315 incesto possessa seni? uictura feretur

290 ipse] iste *Vicetina* || **291** trucident] recidant $\mathbf{L}_4$ || **292** gladiis uiuant *cett. mei, Exc. Flor.* : uiuant gladiis $\mathbf{J}_3$: gladiis paueant *Birt* | freti- $\mathbf{F}_2\vartheta$: spreti- $\mathbf{PW}_1$: s(a)epti- $\mathbf{F}_2$*ul, cett. mei* : fulti- $\mathbf{A}_2$ || **293** praecipites *Heinsius* | arces $\mathbf{K}_6$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : artes $\mathbf{F}_{17}$*?, Gesnerus* : aures $\mathbf{K}_6$*ac* : arcus *Barthius* || **294** ciuemque *Berol. DBS 60* | geres **F** : feras $\mathbf{F}_{17}$ || **295** non *cett. mei, Exc. Flor.* : nec $\mathbf{P}_2\mathbf{F}$ | nec] non $\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}$: *uerb. om.* **F** || **296** censesue $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3\mathbf{A}_2\mathbf{O}_3$: -que **P***pc, cett. mei* | tuendum $\mathbf{J}_7\mathbf{L}_{11}$*ac* || **297** subi **g***sscr* $\mathbf{P}_2$*, cett. mei* : sibi **P***ac*$\mathbf{L}_1$**Z***ac* : tibi **P***pc*$\mathbf{W}_1$: sequi $\mathbf{P}_2$*ul* | sic $\mathbf{W}_2$ | aequi] ipse *Vat. 1631* || **298** negat $\mathbf{gK}_6\mathbf{P}_2\mathbf{L}$ (*in ras.*)$\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : uetat $\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1\mathbf{FF}_{17}\mathbf{n}_1$: grauat *Vat. 1631* || **299** auctorem *cett. mei, Exc. Flor.* : actorem $\mathbf{K}_6\mathbf{PW}_1$ || **300** sic in- *omnes mei* : tantum $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3$ || **301** ut $\mathbf{J}_3\mathbf{A}_2$, *Flor. Gall.* : quam* *cett. mei* | uita *omnes mei, Exc. Flor.* : iura $\mathbf{L}_{11}$ || **303** neu $\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3$, *Exc. Flor.* : ne $\mathbf{gF}_{17}$: nec *cett. mei* : non **L** || **304** ne $\mathbf{LF}_{17}$: nec $\mathbf{K}_6\mathbf{n}_1$ || **305** admota $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$ || **307** non *cett. mei, Exc. Flor.* : nec $\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ | aulae $\mathbf{C}_1$ || **308** non $\mathbf{LA}_2\mathbf{B}_1\mathbf{P}_{10}\mathbf{z}_1$: nec* *cett. mei* || **310** iussa *uel* regna *uel* dura *Burmannus* || **312** haerebunt **g***pc?* $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* : horrebunt $\mathbf{P}_2$ | damnat **P**, *cett. mei* : damnet **P***sscr*$\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3\mu\sigma$ || **313** dura **P** || **314** munera *Heinsius* || **315** *adest in* $\mathbf{K}_6$(*add. mg*)**LF**(*add. ma*)$\mathbf{F}_{17}$(*add. mg*)$\mathbf{J}_3$(*add. mg, ma*)$\mathbf{n}_1\mathbf{A}_2\mathbf{P}_{10}$ (*add. mg*)$\mathbf{P}_{14}\mathbf{qW}_2$(*add. mg, ma*) : *abest a cett. quotquot noui*

gloria Traiani, non tam quod Tigride uicto
nostra triumphati fuerint prouincia Parthi,
alta quod inuectus fractis Capitolia Dacis,
quam patriae quod mitis erat. ne desine tales,
320 nate, sequi.
si bella canant, prius agmina duris
exerce studiis et saeuo praestrue Marti.
non brumae requies, non hibernacula segnes
eneruent torpore manus. ponenda salubri
castra loco; praebenda uigil custodia uallo.
325 disce, ubi densari cuneos, ubi cornua tendi
aequius aut iterum flecti; quae montibus aptae,
quae campis acies, quae fraudi commoda uallis,
quae uia difficilis. fidit si moenibus hostis,
tum tibi murali libretur machina pulsu,
330 saxa rotet praeceps aries protectaque portas
testudo feriat; ruat emersura iuuentus
effossi per operta soli. si longa moretur
obsidio, tum uota caue secura remittas
inclusumue putes. multis damnosa fuere
335 gaudia; dispersi pereunt somnoue soluti;
saepius incautae nocuit uictoria turbae.
neu tibi regificis tentoria larga redundent
deliciis, neue inbelles ad signa ministros

317 fuerint $\mathbf{gK_6P_2PF_{17}J_3n_1}$, *Exc. Gyr.* : fuerit Γ_1*pc* $\lambda\sigma$*?* : fuerant **L***ac*$\mathbf{FW_1}$: fuerat **L***pc*$\mathbf{F_2}$: fuerunt* *Heinsius* || **318** tamque (*uel* tamue) quod *Goodyear* | stratis *Iuntina* || **319** ne $\mathbf{gK_6PW_1FF_{17}}$, *Exc. Flor.* : nec $\mathbf{P_2F_2J_3n_1}$: nunc **L** λ || **320** canunt $\mathbf{FW_2}$: sonant $\mathbf{J_7}$: tonant $\mathbf{LF_{17}n_1}$: tonent $\mathbf{L_3}$*ul* : uocant *Heinsius* : calent *Burmannus* | duris] diris ϑ : diuis $\mathbf{PW_1}$ || **322** non[1]] nec **Z** | segni* *Flor. Gall.* || **324** uigil $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : iugis $\mathbf{P_2}$*ul* μ || **325** densari **g***pc*$\mathbf{L_4P_4}$, *Flor. Gall.*, *Vicetina* : denseri *Exc. Flor.* : demserit **P***ac* : densus erit **P***pc*, *cett. mei* : densus (*om.* erit) $\mathbf{K_6}$ | cuneos *Flor. Gall.*, *Exc. Flor.* : cuneus *omnes mei* || **327** accommoda *Vicetina* || **328** si fidit $\mathbf{F_3}$: fidat si $\mathbf{z_1}$: si clausus **g** || **329** libretur murali $\mathbf{J_3}$: muralis librato *Gesnerus* : murali uibretur *Jeep* || **330** rotet $\mathbf{FJ_3A_2F_3J_6}$*pc*$\mathbf{J_7}$*pc* : rotat $\mathbf{P_2L}$ (-at *in ras.*) : rota *cett. mei* : **g** *incert.* : rotans *Heinsius* : foret *uel* cauet *König* | protecta- $\mathbf{gK_6P_2PF}$*?* $\mathbf{F_{17}J_3n_1}$, *Exc. Flor.* : proiecta- $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{LW_2}$*pc*, *Camers mg* : praetecta- $\mathbf{F_2}$*sscr*$\mathbf{W_1A_2}$ ϑ, *Vicetina* : prouecta- $\mathbf{L_{11}Z}$: protenta- $\mathbf{P_{14}}$: portenta- $\mathbf{F_2}$: praetenta- ϑ *ul*, *Scaliger* | portam $\mathbf{W_2}$ || **332** operta **F***pc*, *cett. mei* : aperta $\mathbf{n_1}$: opaca $\mathbf{W_2}$ μ | loci $\mathbf{L_{11}}$ || **333** tu $\mathbf{L_{11}}$ | corda *Schraderus* || **334** inclusumue (*sc. hostem?*) putes *omnes mei*, *Exc. Flor.*, *lectio fortasse corrupta* : impulsumue putes *Paul* : incertamque putes *Jeep* : inclusum reputes *Mommsen* : iucundumue putes *Birt* : conclusumue putes *Purser* : in lusumue uaces (*uel* abeas) *Hall* | fuerunt $\mathbf{P_{10}Z}$ || **335** somnoque $\mathbf{B_1F_{20}}$ $\mathbf{O_3}$*ul* || **336** turmae $\mathbf{P_{11}}$ || **337** nec $\mathbf{FP_{11}}$ ζ : ne σ, *Flor. Gall.* : non $\mathbf{A_2}$ || **338** ministros] magistros $\mathbf{F_{20}}$: maniplos $\mathbf{A_2}$

luxuries armata trahat. neu flantibus Austris
340 neu pluuiis cedas, neu defensura calorem
aurea summoueant rapidos umbracula soles.
inuentis utere cibis. solabere partes
aequali sudore tuas: si collis iniquus,
primus ini; siluam si caedere prouocat usus,
345 sumpta ne pudeat quercum strauisse bipenni;
calcatur si pigra palus, tuus ante profundum
praetemptet sonipes. fluuios tu protere cursu
haerentes glacie, liquidos tu scinde natatu.
nunc eques in medias equitum te consere turmas;
350 nunc pedes adsistas pediti. tum promptius ibunt
te socio, tum conspicuus gratusque geretur
sub te teste labor.'
dicturum plura parentem
uoce subis: 'equidem, faueant modo numina coeptis,
haec effecta dabo, nec me fratrique tibique
355 dissimilem populi commissaque regna uidebunt.
sed cur non potius, uerbis quae disseris, usu
experior? gelidas certe nunc tendis in Alpes.
duc tecum comitem; figant sine nostra tyrannum
spicula; pallescat nostro sine barbarus arcu.
360 Italiamne feram furiis praedonis acerbi
subiectam? patiar Romam seruire clienti?
usque adeone puer? nec me polluta potestas
nec pia cognati tanget uindicta cruoris?
per strages equitare libet. da protinus arma.

339 ne **L** | flatibus austri $\mathbf{F}_3$, *Exc. Flor.* : flatibus austris $\mathbf{L}_{11}$ || **340** neu[2] $\mathbf{gK}_6\mathbf{L}$ $\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor.* : ne $\mathbf{P}_2\mathbf{Pn}_1$: nec $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}$ || **341** rabidos $\mathbf{p}_2$: tepidos **F**, *Flor. Gall.* || **342** utere $\mathbf{F}_2$*pc*, *cett. mei* : utare $\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_6$*pc*$\mathbf{P}_{10}$*pc* || **342–343** solabere partes (parthis $\mathbf{P}_2$: paucis $\mathbf{P}_2$*ul*) / aequali sudore tuas (tuos $\mathbf{PW}_1$: uias $\mathbf{P}_2$*ac*) *omnes mei* : solabere prauas / a. s. uias *uel* solabere Martis / a. s. tuos *Burmannus* : solare cohortes / a. s. tuas *Birt* || **344** usus $\mathbf{F}_2$*pc*, *cett. mei* : aestus $\mathbf{LF}_2$*ac*$\mathbf{PW}_1$ || **345** ne pudeat sumpta *Vicetina* || **347** praetemptet $\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* : pertemptet $\mathbf{n}_1\mathbf{O}_3$*ac*$\mathbf{Z}\,\lambda$, *Exc. Flor.* | cursu $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3\mathbf{L}_4$: curru *omnes mei* || **348** haerentes $\mathbf{gK}_6\mathbf{P}_2$ $\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: horrentes $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{LF}_2\mathbf{PW}_1\mathbf{F}$ | liquidos **g***pc*$\mathbf{F}_2$*pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : liquido **g***ac*$\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{PW}_1$: liquidum **P***sscr* || **349** *om. add. ma* **F** || **350** tunc pronius **g** || **351** feretur* $\mathbf{LF}_2\mathbf{W}_1$ || **352** te sub teste *Burmannus* || **353** *om. add. mg mr* $\mathbf{J}_3$ | subis $\mathbf{K}_6\mathbf{P}_2\mathbf{FF}_{17}\mathbf{n}_1$, *Exc. Gyr.* : subit **g***pc*$\mathbf{LF}_2\mathbf{PW}_1\mathbf{J}_3$*mr* | coeptis $\mathbf{J}_3$*mr*, *cett. mei* : uotis **F** : dictis **g***ma* || **354** non me $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2\mathbf{O}_7$ || **357** experior $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei* : experiar $\mathbf{gP}_2$*ac*$\mathbf{J}_6\mathbf{O}_2$ | nunc tendis *cett. mei*, *Exc. Flor.* : mittendus $\mathbf{n}_1$: (nunc cer)te tendis $\mathbf{F}_{17}$ | ad $\mathbf{LA}_2$ || **358** comitem tecum $\mathbf{F}_{17}$ || **359** arcu] ictu $\mathbf{K}_6$ || **360** furiis] furtis $\mathbf{PA}_2$: spoliis σ | iniqui $\mathbf{F}_{17}\mathbf{O}_3$ || **363** tangit $\mathbf{gK}_6\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3\mathbf{P}_{11}\mathit{\Gamma}_1$: tangat *Heinsius*

365 cur annos obicis? pugnae cur arguor inpar?
aequalis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama solus
uerteret et patri non degeneraret Achilli.
denique si princeps castris haerere nequibo,
uel miles ueniam.'
delibat dulcia nati
370 oscula miratusque refert: 'laudanda petisti;
sed festinus amor. ueniet robustior aetas;
ne propera. necdum decimas emensus aristas
adgrederis metuenda uiris: uestigia magnae
indolis agnosco. fertur Pellaeus, Eoum
375 qui domuit Porum, cum prospera saepe Philippi
audiret, laetos inter fleuisse sodales
nil sibi uincendum patris uirtute relinqui.
hos uideo motus. fas sit promittere patri:
tantus eris. nostro nec debes regna fauori,
380 quae tibi iam natura dedit. sic mollibus olim
stridula ducturum pratis examina regem
nascentem uenerantur apes et publica mellis
iura petunt traduntque fauos; sic pascua paruus
uindicat et necdum firmatis cornibus audax
385 iam regit armentum uitulus. sed proelia differ
in iuuenem patiensque meum cum fratre tuere
me bellante locum. uos inpacatus Araxes,
uos celer Euphrates timeat, sit Nilus ubique
uester et emisso quidquid sol imbuit ortu.
390 si pateant Alpes, habeat si causa secundos
iustior euentus, aderis partesque receptas

366 equeuus $\mathbf{P}_{10}$*ul* || **368** castris princeps $\mathbf{K}_6\mathbf{P}_2\mathbf{P}_{10}$ | haerere] antire *Birt* || **371** honor $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ | ueniet $\mathbf{gK}_6\mathbf{P}_2\mathbf{LFF}_{17}$*pc* $\mathbf{J}_3$: uenit et $\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1\mathbf{O}_3\mathbf{P}_1$: ueniet et $\mathbf{n}_1$: ueniat $\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{z}_1$: uenit en *Heinsius* | robustior $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : modo forcior $\mathbf{F}_{17}$*ac* || **372** necdum] nedum $\mathbf{g}\,\vartheta$: nondum **F***pc?* μ || **374** pelleus fertur **Z** || **377** patria *Heinsius* || **378** fas est $\mathbf{A}_2$ || **379** *sic refecit* **g** : quod (*?*) tu tantus eris, haec debes regna fouere | non $\mathbf{L}_4$ || **382** crescentem *Jeep* | et] quem *Burmannus* (*cum* petunt **383**) || **383** *corruptelam uerba* petunt traduntque *fortasse celant* | petunt] petant *ut uid.* $\mathbf{n}_1$: **g** *incert.* : ferunt *Burmannus* (*cum* et **382**) | tradunt-] tradi- *Heinsius* : tradat- *Goodyear.* '*vulgata posset ferri; nam* jura petere *ab aliquo, est proprie eorum, qui alteri se subjectos fatentur*' *Burmannus* || **384** nedum $\mathbf{P}_2$: nondum $\mathbf{K}_6\mathbf{F}_{17}$: **g** *incert.* || **385** differ $\mathbf{gF}_2$*ul*$\mathbf{FF}_{17}$*ul*$\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor.* : differt $\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* || **386** iuuenem $\mathbf{gP}_2\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{FF}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : uenerem $\mathbf{K}_6\mathbf{P}_2$*sscr* $\mathbf{LF}_2\mathbf{PW}_1$, *Exc. Gyr.* : tempus $\mathbf{O}_3$ || **387** me *cett. mei, Exc. Flor.* : te $\mathbf{K}_6\mathbf{PW}_1$ | implacatus ϑ || **388** ubique] Iberque *Heinsius* || **389** emisso . . . imbuit ortu] emerso . . . ambit ab ortu *Heinsius* : emisso . . . imbuit orbe *Jeep* : emissus . . . imbuit ortu *Jeep* : emisso . . . inspicit (*uel* inficit) ortu *Birt*

suscipies, animosa tuas ut Gallia leges
audiat et nostros aequus modereris Hiberos.
tunc ego securus fati laetusque laborum
395 discedam, uobis utrumque regentibus axem.
interea Musis, animus dum mollior, instes
et quae mox imitere legas; nec desinat umquam
tecum Graia loqui, tecum Romana uetustas.
antiquos euolue duces, adsuesce futurae
400 militiae, Latium retro te confer in aeuum.
libertas quaesita placet? mirabere Brutum.
perfidiam damnas? Metti satiabere poenis.
triste rigor nimius? Torquati despue mores.
mors inpensa bonum? Decios uenerare ruentes.
405 uel solus quid fortis agat, te ponte soluto
oppositus Cocles, Muci te flamma docebit;
quid mora perfringat, Fabius; quid rebus in artis
dux gerat, ostendet Gallorum strage Camillus.
discitur hinc nullos meritis obsistere casus:
410 prorogat aeternam feritas tibi Punica famam,
Regule; successus superant aduersa Catonis.
discitur hinc quantum paupertas sobria possit:
pauper erat Curius, reges cum uinceret armis,
pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum;
415 sordida dictator flexit Serranus aratra;
lustratae lictore casae fascesque salignis
postibus affixi; collectae consule messes
et sulcata diu trabeato rura colono.'
haec genitor praecepta dabat, uelut ille carinae
420 longaeuus rector, uariis quem saepe procellis
explorauit hiemps, ponto iam fessus et annis

396 mollius **Z** | instes *Scaliger* : instet *cett. mei* : instat $\mathbf{LF_{17}}$: insta $\mathbf{F_3}$ || **397** legas $\mathbf{LF_{17}A_2F_3P_1P_{13}}$ μ, *Flor. Gall.* : legat *cett. mei, Exc. Flor.* | nec] neque $\mathbf{L_3}$*pc* : ne **g** || **398** graia loqui tecum $\mathbf{P_{10}}$ || **403** despue $\mathbf{gK_6P_2F_2PF_{17}}$: respue* $\mathbf{A_2L_{11}}$: despice* $\mathbf{P_2}$*ul* $\mathbf{LW_1FJ_3n_1}$ || **405** uel] uir *Camers* || **407** perfringat **g** (per- *sscr*) $\mathbf{P_2LFJ_3}$, *Vicetina* : profringat $\mathbf{W_1}$: perstringat $\mathbf{K_6F_{17}n_1}$: profingat **P** : perficiat *Exc. Laeti, Iuntina* : proficiat $\mathbf{F_2}$ || **408** agat $\mathbf{B_1}$ | ostendet $\mathbf{Ln_1O_3}$*pc*$\mathbf{W_2}$*pc***Z** : ostendat *cett. mei* | strage] cede $\mathbf{F_{17}}$: clade **L** || **412** hinc $\mathbf{gP_2J_3A_2}$*pc, Isengriniana mg* : in *cett. mei* | prosit *Heinsius* || **413** reges cum $\mathbf{W_1}$*pc, cett. mei* : cum reges $\mathbf{F_{17}C_1}$: regem cum $\mathbf{FA_2}$: leges cum $\mathbf{W_1}$*ac* || **414** cum pirri $\mathbf{z_1}$ || **415** dictator flexit serranus $\mathbf{gP_2F_{20}O_2}$, *Exc. Flor.* : serranus flexit dictator *cett. mei* : serranus uertit dictator $\mathbf{K_6}$ | tersit *Heinsius* || **417** affixit *Exc. Gyr.* || **420** rector longeuus $\mathbf{L_{11}}$ || **421** iam fessus $\mathbf{P_2J_3}$*ul, cett. mei* : cum fessus $\mathbf{P_2}$*ul* σ : confessus $\mathbf{J_3}$: confectus *Burmannus*

aequoreas alni nato commendat habenas
et casus artesque docet: quo dextra regatur
sidere; quo fluctus possint moderamine falli;
425 quae nota nimborum; quae fraus infida sereni;
quid sol occiduus prodat; quo saucia uento
decolor iratos attollat Cynthia uultus.
aspice nunc, quacumque micas, seu circulus Austri,
magne parens, gelidi seu te meruere Triones,
430 aspice: conpletur uotum. iam natus adaequat
te meritis et, quod magis est optabile, uincit
subnixus Stilichone tuo, quem fratribus ipse
discedens clipeum defensoremque dedisti.
pro nobis nihil ille pati nullumque recusat
435 discrimen temptare sui, non dura uiarum,
non incerta maris: Libyae squalentis harenas
audebit superare pedes madidaque cadente
Pleiade Gaetulas intrabit nauita Syrtes.
hunc tamen in primis populos lenire feroces
440 et Rhenum pacare iubes. uolat ille citatis
uectus equis nullaque latus stipante caterua,
aspera nubiferas qua Raetia porrigit Alpes,
pergit et hostiles (tanta est fiducia) ripas
incomitatus adit. totum properare per amnem
445 attonitos reges humili ceruice uideres.
ante ducem nostrum flauam sparsere Sygambri
caesariem pauidoque orantes murmure Franci
procubuere solo; iuratur Honorius absens
inploratque tuum supplex Alamannia nomen.
450 Bastarnae uenere truces, uenit accola siluae
Bructerus Hercyniae latisque paludibus exit
Cimber et ingentes Albin liquere Cherusci.
accipit ille preces uarias tardeque rogatus

422 alni $\mathbf{F}_2$*sscr, cett. mei* : olim $\mathbf{K}_6\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{W}_1$ || **423** et caussas *Heinsius* | quo leua $\mathbf{W}_1$ || **424** fluctus possint $\mathbf{F}_2\mathbf{A}_2\mathbf{F}_{20}$: fl. possit *cett. mei* : possint fl. $\mathbf{J}_3$: possit fl. $\boldsymbol{\Gamma}_1$ || **425** quam fraus *Heinsius* || **426** perdat $\boldsymbol{\vartheta}$ || **427** discolor $\mathbf{K}_6\mathbf{n}_1\mathbf{q}\boldsymbol{\Gamma}_1$*pc* $\boldsymbol{\lambda}$ | inflatos *Heinsius* || **429** seu te gelidi $\mathbf{g}\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3$ || **430** completum **F** || **432** *abest ab omnibus quos uidi codd. et Exc. Flor.* : *adest in Isengriniana* || **433** decedens *Heinsius* || **434** nihil **g**?*ac, cett. mei* : nil **g***pc?* || **436** libies arentis $\mathbf{W}_2$ || **438** Gaetulas] detrusas *Paul* | nauita syrtes $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3$*pc* $\mathbf{O}_2\mathbf{O}_3$*ul* $\mathbf{P}_{10}$*ul* : syrtibus undas $\mathbf{J}_3$*ac, cett. mei* : syrtidos undas **g**, *Jeep* || **439** leuitate feroces $\mathbf{J}_6$ || **440** pacare (**P***pc*), *cett. mei, Exc. Flor.* : placare $\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{A}_2\mathbf{C}_1$ || **441** corona $\mathbf{F}_{20}\mathbf{P}_{10}$ || **442** qua $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : quas $\mathbf{F}_2$*ac* $\mathbf{W}_1$ $\boldsymbol{\vartheta}$: quo $\mathbf{z}_1$ | grecia **L** || **445** humili reges $\mathbf{F}_{17}$ || **446** fudere $\mathbf{K}_6$ | britanni $\mathbf{K}_6$ || **449** numen *Heinsius* || **450** incola $\mathbf{n}_1$ (*in ras.*) || **453** tarde- $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : tandem- $\mathbf{P}_2$*ul*

adnuit et magno pacem pro munere donat.
455 nobilitant ueteres Germanica foedera Drūsos,
Marte sed ancipiti, sed multis cladibus empta.
quis uictum meminit sola formidine Rhenum?
quod longis alii bellis potuere mereri,
hoc tibi dat Stilichonis iter.
post otia Galli
460 limitis hortaris Graias fulcire ruinas.
Ionium tegitur uelis uentique laborant
tot curuare sinus seruaturasque Corinthum
prosequitur facili Neptunus gurgite classes,
et puer, Isthmiaci iam pridem litoris exul,
465 secura repetit portus cum matre Palaemon.
castra cruore natant; metitur pellita iuuentus.
pars morbo, pars ense perit. non lustra Lycaei,
non Erymantheae iam copia sufficit umbrae
innumeris exusta rogis, nudataque ferro
470 sic flagrasse suas laetantur Maenala siluas.
excutiat cineres Ephyre, Spartanus et Arcas
tutior exangues pedibus proculcet aceruos
fessaque pensatis respiret Graecia poenis.
gens, qua non Scythicos diffusior ulla Triones
475 incoluit, cui paruus Athos angustaque Thrace,
cum transiret, erat, per te uiresque tuorum
fracta ducum lugetque sibi iam rara superstes,
et, quorum turbae spatium uix praebuit orbis,
uno colle latent. sitiens inclusaque uallo
480 ereptas quaesiuit aquas, quas hostibus ante
contiguas alio Stilicho deflexerat actu
mirantemque nouas ignota per auia ualles
iusserat auerso fluuium migrare meatu.

454 magno pacem $\mathbf{gK_6P_2J_3n_1}$: pacem magno $\mathbf{LF_2PW_1FF_{17}}$ || **455** Drusos] diuos σ || **456** multis sed $\mathbf{A_2}$ | cladibus $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : casibus $\mathbf{P_2}$*ul* || **457** meminit uictum $\mathbf{C_1}$ || **460** sarcire* $\mathbf{W_1L_3}$ λ || **462** seruaturas- $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : seruaturus- $\mathbf{P_2}$*ul* : uastaturas- **g** || **465** securaque petit $\mathbf{n_1}$ | *post hunc uers. aliquid excidisse suspicatur Goodyear* || **466** castra *codd.* : plaustra *Exc. Gyr.* | metitur $\mathbf{PF_{17}}$*sscr, cett. mei, Exc. Flor.* : moritur $\mathbf{LF_2P}$*sscr*$\mathbf{F_{17}}$, *Exc. Gyr.* || **467** cadit $\mathbf{F_3}$ || **469** exusta $\mathbf{gP_2F_2J_3}$*pc*$\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* : exuta $\mathbf{K_6LPW_1FF_{17}J_3}$*ac* : exausta $\mathbf{P_1}$: excita ϑ*ac* || **470** flagrare $\mathbf{L_4}$ || **471–473** *post* **483** *transponendos censuit Birt, transposuit Koch* || **472** conculcet $\mathbf{K_6A_2C_1P_{11}}$ || **478** turbis $\mathbf{L_1}$ | contulit $\mathbf{J_3}$: sufficit $\mathbf{A_2}$ || **479** calle $\mathbf{R_{26}}$ | iacent $\mathbf{n_1}$ || **480** exquirit **g** | ante] olim $\mathbf{P_{11}}$ || **481** irriguas $\mathbf{A_2}$ | deduxerat $\mathbf{J_3O_3}$*ul* | actu $\mathbf{gP_2J_3}$*pc*$\mathbf{O_7P_{11}}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : astu **g***ul* (*mr*) $\mathbf{O_3}$, *Heinsius* : arcu $\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* || **483** auerso $\mathbf{P_2}$*ac* $\mathbf{F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$*pc, Isengriniana* : aduerso $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* | transire $\mathbf{K_6}$, *Delrii cod.*

obuia quid mirum uinci, cum barbarus ultro
485 iam cupiat seruire tibi? tua Sarmata discors
sacramenta petit, proiecta fraude Gelonus
militat, in Latios ritus transististis, Alani.
ut fortes in Marte uiros animisque paratos,
sic iustos in pace legis longumque tueris
490 electos crebris nec succedentibus urges.
iudicibus notis regimur, fruimurque quietis
militiaeque bonis, ceu bellatore Quirino,
ceu placido moderante Numa. non inminet ensis,
nullae nobilium caedes; non crimina uulgo
495 texuntur; patria maestus non truditur exul;
inpia continui cessant augmenta tributi;
non infelices tabulae; non hasta refixas
uendit opes; auida sector non uoce citatur,
nec tua priuatis crescunt aeraria damnis.
500 munificus largi, sed non et prodigus, auri.
perdurat non empta fides nec pectora merces
alligat; ipsa suo pro pignore castra laborant;
te miles nutritor amat.
quae denique Romae
cura tibi! quam fixa manet reuerentia patrum!
505 firmatur senium iuris priscamque resumunt
canitiem leges emendanturque uetustae
acceduntque nouae. talem sensere Solonem
res Pandioniae; sic armipotens Lacedaemon
despexit muros rigido munita Lycurgo.
510 quae sub te uel causa breuis uel iudicis error

486 *om.* **g** | fraude $\mathbf{K_6P_2F_2}$*mg***P***pc*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$: tibique $\mathbf{LF_2P}$*ac*$\mathbf{W_1P_{10}}$*ac* λ : pelle* *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.*, *Isengriniana mg* || **487** transitis* $\mathbf{F_{17}P_{10}}$ || **488** animis- **g**?$\mathbf{F_{17}}$ *pc?*, *cett. mei* : animi-* $\mathbf{p_2}$: annis- $\mathbf{F_{17}}$*?ac* : armis- $\mathbf{P_{10}}$, *Heinsius* | probatos $\mathbf{p_4}$*ma* || **490** non $\mathbf{W_2Z}$ || **491** notis regimur fruimur- $\mathbf{P_2}$*pc*, *cett. mei* : reg. not. fru. $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{n_1}$: not. fru. reg. $\mathbf{A_2}$*ac*$\mathbf{B_1CJ_7Z}$: fru. not. reg. $\mathbf{S_3}$ || **492** debellante $\mathbf{L_{11}}$ || **493** ceu] seu $\mathbf{O_3Z}$: cum *Barthius*, *Heinsius* | placido $\mathbf{P_2}$*pc*, *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : placito $\mathbf{P_2}$*ac* || **494** nec Γ_1 || **497** refixas $\mathbf{F_2}$, *cett. mei* : refixa $\mathbf{K_6LF_2}$*ul*, *Jeep* || **498** auida *Flor. Gall.*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.*, *Cuiacii uetus* : auidas $\mathbf{gK_6P_2F_2PW_1}$: auidis $\mathbf{LF_2}$*ul*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$ $\mathbf{P_{13}}$: rabida *Burmannus* | sector non *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* (*teste Jeep*), *Cuiacii uetus* : scitor non *Exc. Gyr.* (*teste Birt*) : emptor non *omnes mei* : non emptor* $\mathbf{A_2}$, *Flor. Gall.* | licetur *Paul* || **500** largi $\mathbf{P_2J_3}$*pc*$\mathbf{O_2}$: largis $\mathbf{F_{20}J_6}$*ac*, *Isengriniana mg* : laudis $\mathbf{P_2}$*ul* $\mathbf{J_3}$*ac*, *cett. mei* : lauti *Heinsius* | et *omnes mei*, *Exc. Flor.* : es μ*ul*, *Vicetina* || **501** nec] non $\mathbf{K_4}$ || **504** que fixa $\mathbf{P_2}$ || **509** *adest in* $\mathbf{F_{17}}$*mg*, *Isengriniana* : *deest in cett. quos uidi omnibus et in Exc. Flor.* || **510** breuis $\mathbf{P_2J_3}$*sscr*, *cett. mei* : grauis $\mathbf{P_2}$ *sscr*$\mathbf{F_{17}J_3}$: rei *Mommsen*

neclegitur? dubiis quis litibus addere finem
iustior et mersum latebris educere uerum?
quae pietas quantusque rigor tranquillaque magni
uis animi nulloque leuis terrore moueri
515 nec noua mirari facilis! quam docta facultas
ingenii linguaeque modus! responsa uerentur
legati grauibusque latet sub moribus aetas.
quantus in ore pater radiat! quam torua uoluptas
frontis et augusti maiestas grata pudoris!
520 iam patrias inples galeas; iam cornus auita
temptatur uibranda tibi; promittitur ingens
dextra rudimentis Romanaque uota moratur.
quis decor, incedis quotiens clipeatus et auro
squameus et rutilus cristis et casside maior!
525 sic, cum Threicia primum sudaret in hasta,
flumina lauerunt puerum Rhodopeia Martem.
quae uires iaculis uel, cum Gortynia tendis
spicula, quam felix arcus certique petitor
uulneris et iussum mentiri nescius ictum!
530 scis, quo more Cydon, qua derigat arte sagittas
Armenius, refugo quae sit fiducia Partho.
sic Amphioniae pulcher sudore palaestrae
Alcides pharetras Dircaeaque tela solebat
praetemptare feris olim domitura Gigantas
535 et pacem latura polo, semperque cruentus
ibat et Alcmenae praedam referebat ouanti.
caeruleus tali prostratus Apolline Python
inplicuit fractis moritura uolumina siluis.
cum uectaris equo simulacraque Martia ludis,

511 neclegitur $\mathbf{B_1CL_{11}O_3S_3}$: nec legitur (*separatim*) $\mathbf{gK_6}$*?*$\mathbf{J_3n_1}$: neglegitur $\mathbf{P_2}$, *Exc. Flor.* : nunc legitur $\mathbf{W_1}$: non legitur $\mathbf{LF_2PFF_{17}}$ | quis $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$*pc?, cett. mei, Exc. Flor.* : qui $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{FF_{17}}$*?ac* || **512** certior $\mathbf{A_2}$ | aut $\mathbf{K_4}$ | tenebris **F** | deducere $\mathbf{F}\,\vartheta$ || **513** quantusue $\mathbf{B_1C_1Zz_1}$ | rigor $\mathbf{K_6}$, *cett. mei* : uigor $\mathbf{gK_6}$*ul*$\mathbf{P_2A_2CP_{11}}$ || **515** quam $\mathbf{gP_2}$*ac*$\mathbf{J_3}$, *Exc. Flor., Isengriniana mg* : quae $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{W_1}$*?, cett. mei* || **517** sub uocibus *Schraderus* || **518** torua $\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{P}$*mg*$\mathbf{F_{17}}$, *cett. mei* : parua $\mathbf{F_2PW_1F_{17}}$*sscr* | uoluptas $\mathbf{F_{17}}$*ul, cett. mei* : uoluntas $\mathbf{F_{17}}$: uenustas *Burmannus* || **521** uibranda *cett. mei, Exc. Flor.* : uibrata $\mathbf{FF_{17}n_1q}$ || **522** Romanaque Romae nec *Birt* | moratur $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : moratus $\mathbf{gP_2}$*ac*$\mathbf{A_2Z}$: meretur *Mommsen* || **529** iussum $\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{L}$ $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$: uisum $\mathbf{g}$*ac*$\mathbf{K_6P_2}$*pc*$\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{PW_1}$ || **533** dicteaque $\mathbf{P_2FJ_3F_{20}}$ | tela $\mathbf{P}$*sscr, cett. mei* : regna $\mathbf{PW_1}\,\vartheta$ || **534** feris **P**, *cett. mei* : feros $\mathbf{P}$*sscr* ϑ *ac* || **538** inplicuit $\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* : inpleuit $\mathbf{LF_2PW_1}$: explicuit $\mathbf{J_3}$*pc* | moribunda *Heinsius*

540 quis molles sinuare fugas, quis tendere contum
acrior aut subitos melior flexisse recursus?
non te Massagetae, non gens exercita campo
Thessala, non ipsi poterunt aequare bimembres;
uix comites alae, uix te suspensa secuntur
545 agmina feruentesque tument post terga dracones.
utque tuis primum sonipes calcaribus arsit,
ignescunt patulae nares, non sentit harenas
ungula discussaeque iubae sparguntur in armos.
turpantur phalerae, spumosis morsibus aurum
550 fumat, anhelantes exundant sanguine gemmae.
ipse labor puluisque decet confusaque motu
caesaries; uestis radiato murice solem
conbibit, ingesto crispatur purpura uento.
si dominus legeretur equis, tua posceret ultro
555 uerbera Nereidum stabulis nutritus Arion
seruiretque tuis contempto Castore frenis
Cyllarus et flauum Xanthus spreuisset Achillem.
ipse tibi famulas praeberet Pegasus alas
portaretque libens, melioraque pondera passus
560 Bellerophonteas indignaretur habenas.
quin etiam uelox Aurorae nuntius Aethon,
qui fugat hinnitu stellas roseoque domatur
Lucifero, quotiens equitem te cernit ab astris,
inuidet inque tuis mauult spumare lupatis.
565 nunc quoque quos habitus, quantae miracula pompae
uidimus, Ausonio cum iam succinctus amictu
per Ligurum populos solito conspectior ires
atque inter niueas alte ueherere cohortes,
obnixisque simul pubes electa lacertis
570 sidereum gestaret onus! sic numina Memphis
in uulgus proferre solet; penetralibus exit

540 molles] melior **L** | contum $\mathbf{J}_3$, *cett. mei* : contra $\mathbf{J}_3$ *ul*, *König* : cursum *Marklandus* || **541** acrior $\mathbf{J}_3$, *cett. mei* : aptior $\mathbf{P}_4\mathbf{p}_4$: doctior $\mathbf{J}_3$ *sscr* : certior $\mathbf{L}_{11}\mathbf{P}_{14}$ | et σ | subitos $(\mathbf{W}_1)$**F***pc?*, *cett. mei* : subito **PF***?ac* | flexisse $\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: finxisse $\mathbf{L}\mathbf{P}\mathbf{F}_{17}\,\vartheta\,\lambda$: fixisse $\mathbf{K}_6$: girare $\mathbf{O}_7$ || **543** possint $\mathbf{A}_2$ | biformes $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **544** sequentur $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **546** sonipes primum **Z** || **549** turpantur *Exc. Gyr.* : turbantur *codd.* || **550** ex(s)udant $\mathbf{K}_6\mathbf{P}\mathbf{F}\mathbf{F}_{20}\,\vartheta$ || **551** decent $\mathbf{J}_3\mathbf{W}_2\mathbf{Z}$ | concussa- $\mathbf{O}_3$ || **557** flauum $\mathbf{F}_{17}$ *ul*, *cett. mei* : flauus **P***pc* : fuluum *Exc. Flor.* : clarum $\mathbf{F}_{17}$: rigidum $\mathbf{O}_3$ || **559** fassus *Heinsius* || **563** austris $\mathbf{P}_2$ || **564** atque tuis **L** | mauult **F***ac*, *cett. mei* : mallet $\mathbf{K}_6$ **F***pc* || **565** nunc] tunc $\mathbf{n}_1\mathbf{A}_2$: **L** *incert.* | pompae $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : formae $\mathbf{P}_2$ *ul* $\mathbf{O}_3$: ponti $\mathbf{n}_1$ || **567** spectantior **L**, *unde* spectatior *elicias* || **568** *om. add. mg* **g**

effigies, breuis illa quidem, sed plurimus infra
liniger inposito suspirat uecte sacerdos,
testatus sudore deum; Nilotica sistris
575 ripa sonat Phariosque modos Aegyptia ducit
tibia; summissis admugit cornibus Apis.
omnis nobilitas, omnis tua sacra frequentat
Thybridis et Latii suboles; conuenit in unum
quidquid in orbe fuit procerum, quibus auctor honoris
580 uel tu uel genitor. numeroso consule consul
cingeris et socios gaudes admittere patres.
inlustri te prole Tagus, te Gallia doctis
ciuibus et toto stipauit Roma senatu.
portatur iuuenum ceruicibus aurea sedes
585 ornatuque nouo grauior deus. asperat Indus
uelamenta lapis pretiosaque fila zmaragdis
ducta uirent; amethystus inest et fulgor Hiberus
temperat arcanis hyacinthi caerula flammis.
nec rudis in tali suffecit gratia textu;
590 auget acus meritum picturatumque metallis
uiuit opus: multaque animantur iaspide cultus
et uariis spirat Nereia baca figuris.
quae tantum potuit digitis mollire rigorem
ambitiosa colus? uel cuius pectinis arte
595 traxerunt solidae gemmarum stamina telae?
inuia quis calidi scrutatus stagna profundi

573 liniger **g**?*ac*$\mathbf{K}_6\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{F}_{17}$*ul* : laniger **g***pc*$\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ | inposito **g** $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_{20}\mathbf{J}_6$*ac*$\mathbf{O}_2$: inposita $\mathbf{K}_6\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_3$: et posito $\mathbf{P}_1$: et posita $\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1\mathbf{O}_3$ | suspirat **g**$\mathbf{K}_6\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}$: suspirans $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ | uecte **g**$\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{F}_{20}\mathbf{J}_6$*ac*$\mathbf{O}_2$*ac* : ueste $\mathbf{K}_6$*ul*$\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: uoce $\mathbf{K}_6\mathbf{F}_{17}$*ac* || **574** testatus **g**$\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{L}\mathbf{F}$*pc*$\mathbf{F}_{17}$: testatur $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{F}$*ac*, *cett. mei* | deum **L***pc*, *cett. mei* : deam $\mathbf{P}_{10}$*mg* || **576** submissisque $\mathbf{A}_2$ || **577** frequentat **g**$\mathbf{K}_6\mathbf{L}\mathbf{P}\mathbf{F}\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$: -ant $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$ || **579** in orbe $\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* : ubique $\mathbf{A}_2$ | auctor *cett. mei*, *Exc. Flor.* : actor **g**$\mathbf{K}_6\mathbf{P}\mathbf{F}_{17}$ || **582** illustris **L** || **586** uestimenta $\mathbf{O}_3$ || **587** ducta **P**, *cett. mei* : structa **P***ul* : iuncta **Z** : mixta $\mathbf{O}_3$*ul* | nitent $\mathbf{F}_{17}\mathbf{F}_{20}$*ac*$\mathbf{L}_{11}$ || **591** *om. add. mg* **P** | multa (-que *om.*) $\mathbf{F}_{20}$, *Exc. Flor.* | animantur *Marklandus* (animatur *iam Heinsius*) : uariantur $\mathbf{F}_{20}$: ornantur **g***pc*$\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3$: ornatur $\mathbf{K}_6\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{F}_{17}$: ortantur $\mathbf{n}_1$: orantur $\mathbf{P}_2$*ac* : onerantur $\mathbf{P}_{14}$: oneratur **LP***mg* : remorantur *Exc. Flor.* : formantur *uel* decorantur *Birt* | cultus **L***pc*$\mathbf{A}_2\mathbf{O}_3$*ul*$\mathbf{W}_2$ $\boldsymbol{\mu}$*ul* : uultus **P***mg*, *cett. mei* | nodantur . . . cultus *uel* glomerantur . . . uultus *Barr* || **592** uarias . . . figuras *Heinsius* || **593** potuit tantum $\mathbf{O}_3$ | digitis potuit $\mathbf{L}_3\mathbf{P}_{14}$ | laborem $\mathbf{L}_{11}$ || **594** ambitiosa $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : ingeniosa $\mathbf{P}_2$*sscr* | colus] manus $\mathbf{A}_2$: nurus *Paul* || **595** traxerunt $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{L}$*pc*, *cett. mei* : texerunt $\mathbf{K}_6\mathbf{F}_{17}\mathbf{A}_2\boldsymbol{\Gamma}_1$ | gemmarum stamina $\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* : gemmarum flamina $\mathbf{F}_{17}$*ul*$\boldsymbol{\Gamma}_1$: gemmarum lumina $\boldsymbol{\mu}$: gemmantia flumina *Heinsius* || **596** inuida $\mathbf{F}_{17}$ | regna $\mathbf{K}_6$

Tethyos inuasit gremium? quis diuitis algae
germina flagrantes inter quaesiuit harenas?
quis iunxit lapides ostro? quis miscuit ignes
600 Sidonii rubrique maris? tribuere colorem
Phoenices, Seres subtegmina, pondus Hydaspes.
hoc si Maeonias cinctu graderere per urbes,
in te pampineos transferret Lydia thyrsos,
in te Nysa choros; dubitarent orgia Bacchi,
605 cui furerent; irent blandae sub uincula tigres.
talis Erythraeis intextus nebrida gemmis
Liber agit currus et Caspia flectit eburnis
colla iugis; Satyri circum crinemque solutae
Maenades adstringunt hederis uictricibus Indos;
610 ebrius hostili uelatur palmite Ganges.
auspice mox laetum sonuit clamore tribunal
te fastos ineunte quater. sollemnia ludit
omina libertas; deductum Vindice morem
lex celebrat, famulusque iugo laxatus erili
615 ducitur et grato remeat securior ictu.
tristis condicio pulsata fronte recedit:
in ciuem rubuere genae, tergoque remouit
uerbera permissi felix iniuria uoti.
prospera Romuleis sperantur tempora rebus
620 in nomen uentura tuum. praemissa futuris
dant exempla fidem: quotiens te cursibus anni
praefecit, totiens accessit laurea patri.
ausi Danubium quondam tranare Gruthungi
in lintres fregere nemus; ter mille ruebant
625 per fluuium plenae cuneis inmanibus alni;

597 actae *König* || **599** quis[1] **P***pc, cett. mei* : qui **P***ac* ϑ | uincxit $\mathbf{P}_{10}$: iungit Γ_1*ac* : tinxit *Burmannus* || **602** cinctu $\mathbf{LF}_{17}\mathbf{n}_1\mathbf{q}\lambda$: uultu $\mathbf{gK}_6\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3$, *Exc. Flor.* : cultu $\mathbf{P}_4\mathbf{p}_4$: cum tu **P** || **603** transferret (**g**)($\mathbf{P}_2$)$\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.*, *Isengriniana mg* : proferret $\mathbf{K}_6\mathbf{LPW}_1\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$, *Vicetina* : praeferret *Vgoletus* || **604** dubitarent $\mathbf{P}_2\mathbf{LFF}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: -assent $\mathbf{gK}_6\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1$, *Exc. Flor.* | Bacchae *Jeep* || **606** Erythraeis] enim uariis **g** : cum uitreis $\mathbf{n}_1$ || **607** flexit $\mathbf{P}_1$: nectit $\mathbf{O}_3$ || **608** crines- σ || **609** uictricibus **P***pc, cett. mei* : nutricibus **P***ac* : uictoribus **g** : uiridantibus ϑ || **610** uallatur $\mathbf{L}_{11}$ || **611** auspice $\mathbf{K}_6$*pc*$\mathbf{P}_1$, *Exc. Flor.* : aspice $\mathbf{K}_6$*ac, cett. mei* || **613** omina $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : omnia $\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_{17}$*ac* || **614** laxatus $\mathbf{gP}_2$*ac*$\mathbf{LF}_2$*ac*$\mathbf{PF}_{17}\mathbf{J}_3$: laxatur $\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$: lassatus $\mathbf{K}_6\mathbf{P}_2$*pc***F** || **616** *spurium putat Mommsen* || **617** inque uicem **g** || **618** permissi $\mathbf{gK}_6\mathbf{P}_2\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*ul, Exc. Flor.* : promissi $\mathbf{LF}_2\mathbf{PFF}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || **619** tempora] saecula $\mathbf{K}_6\mathbf{L}_4$ || **621** anni **q***sscr* : aeui *omnes mei* || **622** accessit $\mathbf{F}_{17}$*ul, cett. mei* : successit $\mathbf{F}_{17}$: concessit $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3$ || **624** ter **g***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : tibi $\mathbf{F}_2\mathbf{F}$*?* : cum $\mathbf{K}_6$ | rubebant **F**, *Exc. Flor.* : rudebant $\mathbf{P}_2$

dux Odothaeus erat. tantae conamina classis
incipiens aetas et primus contudit annus.
submersae sedere rates; fluitantia numquam
largius Arctoos pauere cadauera pisces;
630 corporibus premitur Peuce; per quinque recurrens
ostia barbaricos uix egerit unda cruores;
confessusque parens Odothaei regis opima
rettulit exuuiasque tibi. ciuile secundis
conficis auspiciis bellum. tibi debuit orbis
635 fata Gruthungorum debellatumque tyrannum:
Hister sanguineos egit te consule fluctus;
Alpinos genitor rupit te consule montes.
  sed patriis olim fueras successibus auctor,
nunc eris ipse tuis. semper uenere triumphi
640 cum trabeis sequiturque tuos uictoria fasces.
sis, precor, adsiduus consul Mariique relinquas
et senis Augusti numerum. quae gaudia mundo,
per tua lanugo cum serpere coeperit ora,
cum tibi protulerit festas nox pronuba taedas!
645 quae tali deuota toro, quae murice fulgens
ibit in amplexus tanti regina mariti?
quaenam tot diuis ueniet nurus, omnibus aruis
et toto dotanda mari? quantusque feretur
idem per Zephyri metas hymenaeus et Euri!
650 o mihi si liceat thalamis intendere carmen
conubiale tuis, si te iam dicere patrem!

626 classis] fraudis $\mathbf{O}_3$: turbe $\mathbf{B}_1$ || **627** contudit $\mathbf{gLF}_2\mathit{pc}\mathbf{FF}_{17}\mathit{pc}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: contulit $\mathbf{K}_6\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathit{ac}\mathbf{PW}_1\mathbf{F}_{17}\mathit{ac}\mathbf{J}_3\mathit{ul}$: concutit *Isengriniana* || **628** submersae (**F***ul*), *cett. mei*, *Exc. Flor.* : substrate **F***pc* : subtense ζ *ac* ϑ : succensae $\mathbf{A}_2$: **g** *incert.* | sedere $\mathbf{gK}_6\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathit{ac}\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: cecidere $\mathbf{LF}_2\mathit{pc}\mathbf{PFF}_{17}$: sidere *Burmannus* || **632** confectique *Jeep* || **634** tibi debuit $\mathbf{R}_3\Gamma_1\mathit{pc}$, *Paul* : tibi debeat *cett. mei* : deliberat $\mathbf{n}_1$ || **636–637** *uerba* fluctus / Alpinos genitor rupit te consule, *quae non ante Isengrinianam apparent, reiecit Heinsius, itemque Burmannus* (*qui* fluctus *pro* montes *legit*). *totos uersus 636–637 deleuit Paul* || **638** auctor **g***pc*, *cett. mei* : actor **g***ac*$\mathbf{P}_2$ || **639** eris **g***pc*$\mathbf{F}_2$*ul*, *cett. mei* : erit **g***ac*$\mathbf{LF}_2\mathbf{PW}_1$ | tuis $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : tuus $\mathbf{P}_2$*ul* **P** || **640** suos *Burmannus* || **641** adsiduus *omnes mei*, *Exc. Flor.* : -um *Heinsius* | relinquas **g***pc* $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei* : -es $\mathbf{P}_2$*ac* : -ens **g***?ac***P** || **642** mundo $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$, *Exc. Flor.* : mundi* *cett. mei* || **643** cum crescere **F**ζ μ*pc* || **644** protulerit $\mathbf{gF}_{20}\mathbf{O}_2\mathbf{P}_{13}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.*, *Isengriniana mg* : prodiderit ($\mathbf{W}_1$), *cett. mei* || **645** uiro $\mathbf{L}_{11}$ | munere *Heinsii Iunianus* || **648** tanto $\mathbf{n}_1$ | dotanda $\mathbf{gK}_6$*sscr*$\mathbf{LF}_2\mathbf{P}$*sscr* $\mathbf{W}_1\mathbf{FF}_{17}$*ul*$\mathbf{J}_3$: donanda $\mathbf{K}_6\mathbf{P}_2\mathbf{PF}_{17}$, *Exc. Flor.* : dotata $\mathbf{n}_1$: ditanda **Z** : donata $\mathbf{p}_2$ | quantusue $\mathbf{K}_6$ || **650** o modo $\mathbf{W}_1$ | inducere **g** : impendere *Heinsius*

tempus erit, cum tu trans Rheni cornua uictor,
Arcadius captae spoliis Babylonos onustus
communem maiore toga signabitis annum,
655 crinitusque tuo sudabit fasce Suebus,
ultima fraternas horrebunt Bactra secures.

652 quo tu μ *ac* || **653** spoliis captae λ : rapte spoliis $\mathbf{O}_7$: uicte populis $\mathbf{F}_{17}$ || **654** maiore $\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* : meliore $\mathbf{F}_{17}$ *sscr, Isengriniana mg* || **655** trepidabit *Goodyear*

explicit panegyricus de quarto consulatu. domino honorio augusto *Exc. Flor.*

9

EPITHALAMII DICTI HONORIO AVGVSTO ET MARIAE

PRAEFATIO

Surgeret in thalamum ducto cum Pelion arcu
nec caperet tantos hospita terra deos,
cum socer aequoreus numerosaque turba sororum
certarent epulis continuare dies
5 praeberetque Ioui communia pocula Chiron,
molliter obliqua parte refusus equi,
Peneus gelidos mutaret nectare fontes,
Oetaeis fluerent spumea uina iugis,
Terpsichore facilem lasciuo pollice mouit
10 barbiton et molles duxit in antra choros.
carmina nec superis nec displicuere Tonanti,
cum teneris nossent congrua uota modis.
Centauri Faunique negant. quae flectere Rhoecon,
quae rigidum poterant plectra mouere Pholum?

9 1–22 gP_2, L, F_2P, R, W_1, F$F_{17}J_3n_1$

codicum inscriptiones: prologus sexti libri **g** : proemium de nupciis pelei et tethyis propter nupcias marie et honorii **R** : epithalamium de nupciis honorii augusti W_1 (*item* B_1CL_1 μ) : claudiani prefatio in nuptias honorii et marie ϑ : incipit epithalamium de nuptiis honorii augusti. prefatio *Exc. Flor. mg*

9 1 cum ducto O_2 || **2** nec caperent . . . tecta deos *Schraderus* || **3** sororum P_2 *ul* L (*in ras.*), *cett. mei* : sonorum F_2 : suorum λ : deorum P_2 : dearum R_{39} || **4** continuasse C_1 | dapes F_3 || **5** praebiberetque *Barthius* || **6** obliqui P_{11} *ac* (*ut uid.*), *Heinsius* | reflexus P_1 || **7** mutaret F_2 *ul*, *cett. mei* : misceret F_2F_3Z ϑ *mg*, *Isengriniana mg* | nectaris amnes P_4p_4, *Camers mg* || **9** gracilem *Isengriniana mg* || **10** ducit $K_6F_{17}F_{20}$ || **12** nossent teneris A_2 : teneris essent *Heinsii Iunianus* | congrua *omnes mei, Exc. Flor.* : cognita *Vicetina* : condita *Burmannus* || **13** at satyri . . . notant *Cuiacii uetus cod.* | rhoeton F_2?F_{20}?L_3*pc* O_2, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* (*teste Jeep* : rhaeton *teste Birt*) : *orthographiam correxi* : *cett. codd. nil moror*

15 septima lux aderat caelo totiensque renato
uiderat exactos Hesperus igne choros:
tum Phoebus, quo saxa domat, quo pertrahit ornos,
pectine temptauit nobiliore lyram,
uenturumque sacris fidibus iam spondet Achillem,
20 iam Phrygias caedes, iam Simoenta canit.
frondoso strepuit felix hymenaeus Olympo:
reginam resonant Othrys et Ossa Thetin.

10

EPITHALAMIVM DICTVM HONORIO AVGVSTO ET MARIAE

Hauserat insolitos promissae uirginis ignes
Augustus primoque rudis flagrauerat aestu;
nec nouus unde calor nec quid suspiria uellent
nouerat incipiens et adhuc ignarus amandi.
5 non illi uenator equus, non spicula curae,
non iaculum torquere libet; mens omnis aberrat
in uultus quos finxit Amor. quam saepe medullis
erupit gemitus! quotiens incanduit ore

10 1–341 $\mathbf{gP_2, L, F_2P, R, W_1, FF_{17}J_3n_1}$

9 15 renato $\mathbf{P_2}$, *cett. mei*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : renatos $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{RW_1}$: renatus $\mathbf{P_2}$ *ul*$\mathbf{L_{11}}$: reducto $\mathbf{K_6}$ || 16 exhaustos **g***ac?*$\mathbf{F_2L_{11}Z}$ || 17–22 *bis scripti in* **R** (*et suo loco et ad init. codicis*) *et* **P** (*fol.* 6^r, *altero loco postea deleti*) || 17 cum $\mathbf{P_{11}}$ | mouet $\mathbf{F_{20}}$ | pertrahit $\mathbf{gP_2LP}$ *bis* (*ac*, *priore loco*) $\mathbf{RW_1F_{17}J_3}$: protrahit $\mathbf{F_2P}$(*pc*, *priore loco*) $\mathbf{Fn_1}$, *Exc. Flor.* | alnos $\mathbf{K_6}$ || 20 acies $\mathbf{G_5}$ || 21 strepuit **P** (*altero loco*), *cett. mei* : tepuit $\mathbf{F_2P}$ (*priore loco*) : crepuit $\mathbf{CS_3}$ || 22 resonans $\mathbf{K_4}$

codicum inscriptiones: incipit liber sextus **g** : incipit epitalamium metro heroico **R** : incipit liber de nupciis honorii augusti $\mathbf{W_1}$: de nuptijs honorij et mariae $\mathbf{A_2}$*mr* : claudiani liber de nuptiis honorii et marie ϑ

10 2 primo- $\mathbf{F_2PRFF_{17}}$ $\vartheta\mu$*pc* : prono- $\mathbf{gP_2LF_2}$*ul***P***ul***R***ul*$\mathbf{W_1J_3n_1}$: proprio- $\mathbf{L_{11}}$ || 4 insipiens *Gesnerus* || 7 uultus quos finxit $\mathbf{F_2F}$*pc?*$\mathbf{F_3O_7}$, *Iuntina* : uultus quos pinxit* **L***pc*$\mathbf{PRW_1F_{17}J_3}$*ul* : uultus quos fixit **F***?ac*, *Exc. Gyr.* : uultus quos punxit $\mathbf{G_5}$: uulnus quod finxit **L***?ac*$\mathbf{F_2}$*ul* : uulnus quod pinxit **g***ac*$\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{n_1}$: uulnus quod fixit $\mathbf{P_2J_3}$, *Isengriniana mg* : uulnus quod punxit **g***pc* : uulnus quod fecit $\mathbf{z_1}$*ul* || 8 eripuit $\mathbf{n_1}$: erumpit $\mathbf{LB_1Z}$: erumpunt $\mathbf{L_{11}}$ λ

confessus secreta rubor nomenque beatum
10 iniussae scripsere manus! iam munera nuptae
praeparat et pulchros, Mariae sed luce minores,
eligit ornatus, quidquid uenerabilis olim
Liuia diuorumque nurus gessere superbae.
incusat spes aegra moras longique uidentur
15 stare dies segnemque rotam non flectere Phoebe.
Scyria sic tenerum uirgo flammabat Achillem
fraudis adhuc expers bellatricesque docebat
ducere fila manus et, mox quos horruit Ide,
Thessalicos roseo pectebat pollice crines.
20 haec etiam queritur secum: 'quonam usque uerendus
cunctatur mea uota socer? quid iungere differt
quam pepigit castasque preces inplere recusat?
non ego luxuriem regum moremque secutus
quaesiui uultum tabulis, ut nuntia formae
25 lena per innumeros iret pictura penates;
nec uariis dubium thalamis lecturus amorem
ardua commisi falsae conubia cerae.
non rapio praeceps alienae foedera taedae,
sed quae sponsa mihi pridem patrisque relicta
30 mandatis uno materni sanguinis ortu
communem partitur auum. fastigia supplex
deposui gessique procum; de limine sacro
oratum misi proceres, qui proxima nobis
iura tenent. fateor, Stilicho, non parua poposci,
35 sed certe mereor princeps hoc principe natus,
qui sibi te generum fraterna prole reuinxit,

9 pudor $\mathbf{g_1 Z}$ | beate $\mathbf{A_2}$ || **15** uoluere *Vicetina* | phoebe $\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei* : phoebus $\mathbf{P_2}$ || **16** inflammabat $\mathbf{A_2}$: flammauit $\mathbf{F_3}$: flagrabat $\mathbf{C_1}$ || **18** quos mox $\mathbf{FO_7}$ || **19** thessalicos roseo $\mathbf{gLRn_1K_6W_2}$*pc* λ, *Exc. Flor.* : thessalico roseos **R***ul, cett. mei* | pectebat **g***ul*$\mathbf{P_2LF_2}$**R***ul*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$: nectebat $\mathbf{gP_2}$*ul*$\mathbf{PRF_{17}}$: flectebat $\mathbf{O_3}$ | pollice $\mathbf{gF_2PRF_{17}G_5P_{11}}$, *Exc. Flor.* : pectine $\mathbf{F_2}$*mg***R***ul, cett. mei* || **20** haec **L***pc, cett. mei* : hoc **gL***?ac, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : hic $\mathbf{W_1}$*ul* : sic $\mathbf{W_1}$ | secum queritur $\mathbf{z_1}$ || **21** cur $\mathbf{C_1}$ || **22** pepigi *Heinsius* || **23** luxuriam **R***mr*$\mathbf{W_1F_{17}J_3}$ | moremque **R***mr, cett. mei* : moremue $\mathbf{FO_7}$: moresque $\mathbf{W_1J_3}$: patrumque $\mathbf{P_{14}}$: procerumque *Birt* || **24** quesierim $\mathbf{P_{12}}$ | uultum **R***mr, cett. mei* : uultus ϑ | tabulis $\mathbf{A_2}$: thalamis **R***mr, cett. mei* || **25** lena $\mathbf{gP_2LF_2}$*pc***R***ul*$\mathbf{FJ_3}$: leua $\mathbf{W_1}$, *Exc. Flor.?* : plena $\mathbf{F_2}$*ac***P***pc*$\mathbf{RF_{17}n_1}$, *Exc. Flor.?, Exc. Gyr.* || **26** ductum calamis *Wakefield* | lecturus $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : electurus **L** : laturus $\mathbf{PF_{17}}$*ac* || **27** cerae . . . falsae $\mathbf{L_1}$ || **28** nec $\mathbf{A_2J_6P_{10}}$ | rapui $\mathbf{g_1}$ || **29** patrisque **R***ac*$\mathbf{F_{17}}$*?, cett. mei* : patriisque **R***pc*$\mathbf{P_{11}}$ || **31** fastigia **P***sscr, cett. mei* : fastidia **PR** | simplex $\mathbf{n_1}$ || **33** oratum $\mathbf{n_1}$*pc, cett. mei* : ortatum $\mathbf{n_1}$*ac* : orandum $\mathbf{FO_7}$*ac* | missi $\mathbf{PFn_1}$ || **34** reposci $\mathbf{O_3}$*ul* || **35** hoc *omnes mei, Exc. Flor.* : de $\mathbf{W_2}$, *Exc. Gyr.* : sed *Heinsii Iunianus*

cui Mariam debes. faenus mihi solue paternum,
redde suos aulae. mater fortasse rogari
mollior. o patrui germen, cui nominis heres
40 successi, sublime decus torrentis Hiberi,
stirpe soror, pietate parens, tibi creditus infans
inque tuo creui gremio, partuque remoto
tu potius Flaccilla mihi. quid diuidis ergo
pignora? quid iuueni natam non tradis alumno?
45 optatusne dies aderit? dabiturne iugalis
nox umquam?'
tali solatur uulnera questu.
risit Amor placidaeque uolat trans aequora matri
nuntius et totas iactantior explicat alas.
mons latus Ionium Cypri praeruptus obumbrat,
50 inuius humano gressu, Phariumque cubile
Proteos et septem despectat cornua Nili.
hunc neque canentes audent uestire pruinae,
hunc uenti pulsare timent, hunc laedere nimbi.
luxuriae Venerique uacat. pars acrior anni
55 exulat; aeterni patet indulgentia ueris.
in campum se fundit apex; hunc aurea saepes
circuit et fuluo defendit prata metallo.
Mulciber, ut perhibent, his oscula coniugis emit
moenibus et tales uxorius obtulit arces.
60 intus rura micant, manibus quae subdita nullis
perpetuum florent, Zephyro contenta colono,
umbrosumque nemus, quo non admittitur ales,

37 faenus mihi **gP***ac***R***ac***J**$_3$*ul* : foedus mihi **P**$_2$ (fedus *add. sscr*)**LF**$_2$**P***pc***R***pc***W**$_1$ **F**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$: mihi fedus **F***ul* : mihi pignus **FO**$_7$ || **39** patrium **Z** || **41** creditur **P**$_2$**P**$_1$ **P**$_{11}$: traditus **W**$_1$ μ || **44** natam iuueni **z**$_1$ | tradis **gP**$_2$**W**$_1$**F**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$**A**$_2$$\vartheta$: credis **L** : reddis **F**$_2$**PRFZ**λ : dedis *Buecheler* || **45** dabiturne **F**$_{17}$*pc, cett. mei* : dabiturque **F**$_{17}$ *ac***n**$_1$ || **47** placidae- *uulgo* : placide- *aduerbialiter interpretatur Birt* : placidus- **O**$_3$ || **49** ionium **gP**$_2$**F**$_2$*ul* **W**$_1$**FF**$_{17}$*mg***J**$_3$**n**$_1$, *mire dictum et fortasse corruptum* : eoum **LF**$_2$ **P***pc*(*ex* eorum)**RF**$_{17}$, *non minus ineptum* : Ioum (*pro* Aegyptium) *uel* occiduum *Hall* | cypri praeruptus **R** : cypreae rupis **R***ul, cett. mei* || **50** gressu **P**$_2$**R***ac, cett. mei* : gressui **P**$_2$*ul* : generi **R***pc* | pharii- **F**$_{17}$ || **51** despectat **g**?*ac***LF**$_2$**PRFF**$_{17}$, *Exc. Flor.* : despectans **g***pc***P**$_2$**W**$_1$**J**$_3$**n**$_1$: prospectans **F**$_{20}$ || **52** neque canentes **PR***ac***F**$_{17}$: neque candentes* **g***pc***R***pc, cett. mei* : neque caedentes *Exc. Flor.?* : numquam algentes *Paul* : non canentes *Birt* || **52** *post* **53** *transposuit Koch* || **53** hunc[1]] nec *Postgate, qui non post sed ante* timent *interpungit* || **54** ueneri- **P**$_2$**J**$_3$*ul, cett. mei* : uentri- **P**$_2$*ul***J**$_3$*pc* | uocat **L**$_{11}$ || **55** tepet *Goodyear* || **56** se fudit **gn**$_1$**g**$_1$$\Gamma_1$: desidit **K**$_8$ || **57** flauo **gP**$_2$**W**$_1$**J**$_3$**n**$_1$ | rura ϑ || **60** rura **F**$_2$**PRFO**$_3$*ul***Z** : prata **gP**$_2$**LF**$_2$*ul***R***ul***W**$_1$ **F***ul***F**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$ | manibus] morbis **O**$_3$*ac* || **61** perpetuo **RFA**$_2$**O**$_7$

ni probet ante suos diua sub iudice cantus:
quae placuit, fruitur ramis; quae uicta, recedit.
65 uiuunt in Venerem frondes omnisque uicissim
felix arbor amat: nutant ad mutua palmae
foedera, populeo suspirat populus ictu
et platano platanus alnoque adsibilat alnus.
labuntur gemini fontes, hic dulcis, amarus
70 alter, et infusis corrumpunt mella uenenis,
unde Cupidineas armari fama sagittas.
mille pharetrati ludunt in margine fratres,
ore pares, aeuo similes, gens mollis Amorum.
hos Nymphae pariunt, illum Venus aurea solum
75 edidit. ille deos caelumque et sidera cornu
temperat et summos dignatur figere reges;
hi plebem feriunt. nec cetera numina desunt:
hic habitat nullo constricta Licentia nodo
et flecti faciles Irae uinoque madentes
80 Excubiae Lacrimaeque rudes et gratus amantum
Pallor et in primis titubans Audacia furtis
iucundique Metus et non secura Voluptas;
et lasciua uolant leuibus Periuria pinnis.
quos inter petulans alta ceruice Iuuentas
85 excludit Senium luco.
procul atria diuae
permutant radios siluaque obstante uirescunt.
Lemnius haec etiam gemmis extruxit et auro

63 sub diua $\mathbf{B_1 g_1}$*pc* : digna sub **Z** || **65** uiuunt] feruent *Burmannus* || **66** nutant *omnes mei, Exc. Flor.* : nutantque *Heinsii Iunianus* || **67** foedera **R***mr, cett. mei* : oscula **λ** || **68** platano platanus **LR***mr*$\mathbf{F_{17}}$*ul*$\mathbf{J_3 A_2 P_1 P_{14}}$: platanus platano $\mathbf{n_1 q}$: platano platanis **P***pc*$\mathbf{P_4}$: platanus platanis $\mathbf{P_2 F_2 F F_{17}}$: platani platanis $\mathbf{g P_2}$*ul***P***?ac*$\mathbf{C K_6 L_4 O_3 \Gamma_1}$: platani platanus $\mathbf{W_1}$ | alnus- . . . alno *Iunianus* || **70** *om. add. mg* $\mathbf{J_3}$ | corrumpunt $\mathbf{P_2}$*ac***LPR***mr*$\mathbf{W_1 F_{17} J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$: corrumpit **g***?*$\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{F_2 F J_3}$*pc***Z** : corruptus *Paul* : corrumpens *Birt* || **71** armari $\mathbf{L F_2}$*pc*$\mathbf{P R F F_{17}}$*ul, Exc. Flor.* : armauit $\mathbf{g P_2 W_1 F_{17} J_3 n_1}$, *Exc. Gyr.* || **73** aeuo similes $\mathbf{g P_2 W_1 J_3 n_1 C L_1}$: habitu similes* $\mathbf{F_{17} Z}$: similes habitu* $\mathbf{L F_2 P R F O_7 \lambda}$ || **77** neque $\mathbf{J_6}$ || **78** districta $\mathbf{n_1 q}$, *Exc. Gyr.* || **83** pinnis $\mathbf{F_2 F_{17} F_3}$*ul*$\mathbf{J_6}$*ul*$\mathbf{L_3 P_{14} Z}$: uentis *cett. mei* || **84** quos $\mathbf{L F_2 P R F_{17} Z}$: hos *cett. mei* | iuuentas ($\mathbf{F_2}$*ac*)**P***?ac*$\mathbf{R P_1}$*ac*$\mathbf{P_{10} Z}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : iuuenta $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{O_3 P_1}$*pc*$\mathbf{\Gamma_1 \mu}$: iuuentus **gL**($\mathbf{F_2}$*pc*)**P***pc*$\mathbf{W_1 F F_{17} J_3 n_1}$ || **85** luco *cum* procul *coniungendum censuit Mommsen* || **86** permutant *cett. mei, Exc. Flor.* : permittant **L**, *Vicetina* : depellunt **g***pc* : permittunt *Heinsius* (*non* transmittunt, *ut adseuerat Birt*) || **87** extruxit **gL**(ex- *in ras.*)$\mathbf{F_2 P}$*pc?*$\mathbf{R W_1 J_3 n_1}$: extrusit **P***?ac***F ϑ** : construxit $\mathbf{P_2 F_{17}}$: instruxit $\mathbf{F_{20}}$

admiscens artem pretio trabibusque zmaragdi
supposuit caesas hyacinthi rupe columnas.
90 beryllo paries et iaspide lubrica surgunt
limina despectusque solo calcatur achates.
in medio glaebis redolentibus area diues
praebet odoratas messes: hic mitis amomi,
hic casiae matura seges, Panchaeaque turgent
95 cinnama, nec sicco frondescunt uimina costo
tardaque sudanti prorepunt balsama ligno.
quo postquam delapsus Amor longasque peregit
pinna uias, alacer passuque superbior intrat.
caesariem tum forte Venus subnixa corusco
100 fingebat solio. dextra laeuaque sorores
stabant Idaliae: largos haec nectaris imbres
inrigat, haec morsu numerosi dentis eburno
multifidum discrimen arat; sed tertia retro
dat uarios nexus et iusto diuidit orbes
105 ordine neclectam partem studiosa relinquens:
plus error decuit. speculi nec uultus egebat
iudicio. similis tecto monstratur in omni
et capitur, quocumque uidet. dum singula cernit,
seque probat, nati uenientis conspicit umbram
110 ambrosioque sinu puerum conplexa ferocem
'quid tantum gauisus?' ait; 'quae proelia sudas,

88 adiungens $\mathbf{A_2}$ | trabibus- $\mathbf{LPR}\mathit{ac}\mathbf{F_{17}J_3}\mathit{ul}$: grauibus- $\mathbf{R}\mathit{pc}\mathbf{F_{17}}\mathit{mg}\mathbf{J_3}$, *cett. mei* | zmaragdi **P** (sm- $\mathbf{F_3W_2}\mathit{pc}\,\vartheta\,\mathit{ul}$, *Gesnerus*) : zmaragdis **R** : smaragdis **R***mr*, *cett. mei* || **89** supponit ϑ | celsas $\mathbf{K_4}$ || **90** surgunt] fulgent *Schraderus* || **92** redolentibus $\mathbf{F_{17}}\mathit{pc}$, *cett. mei* : radiantibus $\mathbf{F_{17}}\mathit{ac}$: redeuntibus $\mathbf{n_1}$: florentibus *Birt* || **93** hinc $\mathbf{A_2}$ || **94** hinc $\mathbf{A_2}$ | panchaea- $\mathbf{gP_2}\mathit{ac}\mathbf{PRF(F_{17})}$, *Exc. Flor.* : panchaia- $\mathbf{F_2}\mathit{ac}$, *Exc. Gyr.* : pangaea (*uel simm.*) $\mathbf{P_2}\mathit{pc}\mathbf{LR}\mathit{sscr}\mathbf{W_1J_3n_1}$ | turgent $\mathbf{F_2}\mathit{ul}$, *cett. mei*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : surgunt $\mathbf{F_2Z}\,\zeta\,\mu\,\sigma$ || **95** non $\mathbf{F_2A_2}$ | sicco $\mathbf{J_3}\mathit{ac}$, *cett. mei* : sicca $\mathbf{P_2PFJ_3}\mathit{pc}$: casto $\mathbf{P_2}\mathit{ul}\mathbf{O_3}\mathit{ul}$ | uimina] numina $\mathbf{F_2}$: limina $\mathbf{F_2}\mathit{ul}$: gramina $\mathbf{Fn_1}$ | costo] achanto *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* (*teste Jeep* : acantho *teste Birt*) || **96** prorepunt $\mathbf{P_2F_2}\mathit{mg}\mathbf{J_3}\mathit{ac}$, *cett. mei* : prorumpunt $\mathbf{P_2}\mathit{ul}\mathbf{W_1J_3}\mathit{pc}$: presudant $\mathbf{FO_7Z}$: presumant $\mathbf{F_2}$ | ligno **L** (*in ras.*)$\mathbf{FL_3O_7Z}\Gamma_1\,\mathit{ul}\,\mu\,\mathit{pc}$: riuo *cett. mei*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : suco $\mathbf{n_1A_2O_3P_{10}q}$ || **97** delapsus $\mathbf{P_2LF_2PRFF_{17}}$, *Exc. Flor.* : dilapsus $\mathbf{gW_1J_3n_1}$: delatus **Z**, *Heinsius* || **100** fingebat $\mathbf{J_3}\mathit{ul}$, *cett. mei* : pingebat $\mathbf{J_3}$: figebat $\mathbf{n_1}$: pectebat $\mathbf{O_3}$ || **103** multifidum $\mathbf{J_3}$, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : multimodum $\mathbf{W_1J_3}\mathit{sscr}\mathbf{B_1CK_6L_4}$ || **104** et] nec *Mommsen* | orbem $\mathbf{FO_7}\zeta$ || **105** relinquens $\mathbf{gP_2P}\mathit{sscr}\mathbf{W_1J_3n_1}$: relinquit $\mathbf{F_2PR}\mathit{pc}\,\mathbf{F_{17}}$: reliquit $\mathbf{LR}\mathit{ac}\mathbf{F}$: relinqui *Heinsius* || **106** non $\mathbf{F_3P_{11}}\lambda$ || **107** indicio* $\mathbf{FF_{17}P_{14}Z}$ || **108** capitur *Conington* : rapitur *codd.* | quocumque $\mathbf{P_2}\mathit{ul}\mathbf{LF_2P}\mathit{pc}\mathbf{RW_1F\,F_{17}n_1}$: quodcumque $\mathbf{gP_2}\mathit{ul}\mathbf{F_{17}}\mathit{?ul}\mathbf{J_3B_1S_3}$: quicumque $\mathbf{P_2}\,\mu\,\mathit{ul}$ | *ante* dum *interpungunt codd. nonnulli, uelut* $\mathbf{J_3F_{20}P_{14}}$ || **111** ait] ades *Burmannus*

inprobe? quis iacuit telis? iterumne Tonantem
inter Sidonias cogis mugire iuuencas?
an Titana domas? an pastoralia Lunam
115 rursus in antra uocas? durum magnumque uideris
debellasse deum.'
suspensus in oscula matris
ille refert: 'laetare, parens; inmane tropaeum
rettulimus. nostrum iam sensit Honorius arcum.
scis Mariam patremque ducem, qui cuspide Gallos
120 Italiamque fouet, nec te praeclara Serenae
fama latet. propera; regalibus adnue uotis,
iunge toros.'
gremio natum Cytherea remouit
et crines festina ligat peplumque fluentem
adleuat et blando spirantem numine ceston
125 cingitur, inpulsos pluuiis quo mitigat amnes,
quo mare, quo uentos irataque fulmina soluit.
ut stetit ad litus, paruos adfatur alumnos:
'ecquis erit, pueri, uitreas qui lapsus in undas
huc rapidum Tritona uocet, quo uecta per altum
130 deferar? haud umquam tanto mihi uenerit usu.
sacri, quos petimus, thalami. pernicius omnes
quaerite, seu concha Libycum circumsonat aequor,
Aegaeas seu frangit aquas. quicumque repertum
duxerit, aurata donabitur ille pharetra.'
135 dixerat, et sparsa diuersi plebe feruntur
exploratores. pelagi sub fluctibus ibat

112 iterumque ϑ || 115 ad $\mathbf{K_6}$ || 118 nostros . . . ignes σ | sentit $\mathbf{FB_1C_1F_3Z}$ || 121 forma *Burmannus* | propere *Heinsius* || 122 t(h)oros $\mathbf{gLF_2PFJ_3n_1}$, *Exc. Flor.* : thorum $\mathbf{RF_{17}}$: choros $\mathbf{P_2R}$*ul*$\mathbf{W_1}$ | gremio natum *cett. mei. Exc. Flor.* : natum gremio $\mathbf{W_1J_3n_1A_2W_2}$ | remouit (g)$\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{P}$*mg*$\mathbf{Fn_1O_3}$*ac*, *Iuntina* : refouit $\mathbf{P_2LF_2PRW_1F_{17}J_3}$ || 124 adleuat $\mathbf{P_2J_3}$, *cett. mei*, (*Exc. Flor.*) : alligat $\mathbf{J_3}$*ul*$\mathbf{G_5Z}$: colligit $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$ || 125 pluuiis $\mathbf{gP_2RW_1FJ_3}$: fluuiis $\mathbf{LF_2PF_{17}n_1}$ || 126 fulmina $\mathbf{R}$*ac*$\mathbf{P_{11}}$: flumina $\mathbf{P}$*sscr*$\mathbf{R}$*pc*, *cett. mei* : lumina $\mathbf{PO_3}$*ac* : numina σ | soluit $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : sistit $\mathbf{P_2}$*ul* ζ*ac*, *König* : mollit *Burmannus* : siluis *Birt* || 127 paruos $\mathbf{P}$*pc*, *cett. mei* : paruis $\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{RF_{17}}$: pueros $\mathbf{L}$ | haec fatur $\mathbf{RF_{17}}$ | alumnis $\mathbf{RF_{17}}$ || 128 ecquis $\mathbf{A_2G_5W_2}$*ul*, *Exc. Gyr.* : et quis $\mathbf{CF_{20}J_6L_4}$: hecquis $\mathbf{F_3}$: heu quis $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{RF_{17}}$*ac* : heus quis $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{F_{17}}$*pc*, *cett. mei* || 131 sacri . . . thalami $\mathbf{P}$*ac*, *cett. mei* : sacris . . . thalamis $\mathbf{P}$*pc*, *Scaliger* || 132 -sonat $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{LRW_1FF_{17}J_3n_1}$: -tonat $\mathbf{gP_2F_2P}$*pc* || 133 aegaeas *cett. mei* : ogygias $\mathbf{P_2J_3}$, *Exc. Gyr.* || 135 sparsa diuersi $\mathbf{FO_7Z}\zeta$: pars aduersi de $\mathbf{R}$: sparsi diuersa $\mathbf{P_2R}$*ul*, *cett. mei* : sparsi diuisa $\mathbf{P_2}$*ul* | plebe $\mathbf{P_2F_2PRW_1FF_{17}J_3}$: parte $\mathbf{L}$(*in ras.*)$\mathbf{P}$*ul*$\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{W_1}$*ul*$\mathbf{n_1}$: $\mathbf{g}$ *incert.* || 136 *post* exploratores *distinguunt* $\mathbf{F_2W_1P_1}$, *post* pelagi $\mathbf{gP_2RF_{17}n_1}$ || 136–137 *uerba* sub fluctibus ibat Carphateis *ab Aspero grammatico citata sunt, cf. Birt lxxx*

Carpathii Triton obluctantemque petebat
Cymothoen. timet illa ferum seseque sequenti
subripit et duris elabitur uda lacertis.
140 'heus' inquit speculatus Amor, 'non uestra sub imis
furta tegi potuere uadis. accingere nostram
uecturus dominam: pretium non uile laboris
Cymothoen facilem, quae nunc detractat, habebis.
hac mercede ueni.'
prorupit gurgite toruus
145 semifer; undosi uerrebant bracchia crines;
hispida tendebat bifido uestigia cornu,
qua pistrix commissa uiro. ter pectora mouit;
iam quarto Paphias tractu sulcabat harenas.
umbratura deam retro sinuatur in arcum
150 belua; tum uiuo squalentia murice terga
purpureis mollita toris: hoc nauigat antro
fulta Venus; niueae delibant aequora plantae.
prosequitur uolucer late comitatus Amorum
tranquillumque choris quatitur mare. serta per omnem
155 Neptuni dispersa domum. Cadmeia ludit
Leucothea, frenatque rosis delphina Palaemon;
alternas uiolis Nereus interserit algas;
canitiem Glaucus ligat inmortalibus herbis;
nec non et uariis uectae Nereides ibant
160 audito rumore feris (hanc pisce uoluto

137 carpatii **F** : carpathiis (*uel simm.*) *cett. mei, Exc. Gyr.* | triton carpathiis $\mathbf{J_3 R_{39}}$ || **138** sequenti] petenti $\mathbf{F_{20} K_6}$: tenenti *Schraderus* || **139** subtrahit $\mathbf{p_4}$ || **140** non] num* $\mathbf{RF_{20}}$, *Exc. Flor.* || **140–141** furta . . . / uestra λ || **142** uecturus] duturus $\mathbf{F_{17}}$: laturus $\mathbf{P_{13}}$ || **144** prorupit **R**, *Exc. Flor.* : prorumpit *cett. mei* || **145** semifer **R**, *cett. mei* : semiuir **R***ul* | uerrebant **R***ac*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : uelabant **R***pc*, *cett. mei* || **146** hispida $\mathbf{LF_2PRF_{17}}$: aspera *cett. mei* | tendebat $\mathbf{P_2LF_2}$ *pc*$\,$**R***ul***F**?*ac*$\mathbf{J_3 n_1}$, *Exc. Flor.* : tendebant $\mathbf{gF_2}$*ac***PRF***pc*?$\mathbf{F_{17}}$: terrebat $\mathbf{P_2}$*ul* : temptabant $\mathbf{W_1 B_1}$*ac*$\mathbf{F_{20}}$ || **147** pistrix (pistris $\mathbf{LF_2}$*pc***F**) commissa (commixta $\mathbf{P_2}$) uiro *omnes mei* : commissa uiro pistrix $\mathbf{L_4}$ | ter **P***sscr***R***pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : per **PR***ac* || **148** tractu . . . quarto $\mathbf{F_{17}}$ || **149** deum $\mathbf{F_{20}}$ | curuatur $\mathbf{O_3}$ | artum $\mathbf{Fn_1}$: arcu $\mathbf{F_2}$: archus ζ || **150** cum $\mathbf{W_1}$ || **151** t(h)oris **P***ul*, *cett. mei* : rosis $\mathbf{LF_2PR}\,\lambda$ | antro **PF***ul*, *cett. mei* : austro **L** : ostro $\mathbf{L_3}$: alto **gP***ul* : arcu **F**?$\mathbf{O_7}\,\lambda$, *Jeep* || **152** fulta **P***mg* (*teste Birt*) **R***ul*$\mathbf{F_{17}}$*pc*, *cett. mei* : stulta $\mathbf{F_{17}}$*ac* : pulchra $\mathbf{LPR}\,\lambda$ || **153** uolucer **g***pc*$\mathbf{J_3}$, *cett. mei* : uolucrum $\mathbf{F_2}$?$\mathbf{F_{17} n_1}$: notus **C** : uotis $\mathbf{J_3}$*ul*, *Exc. Flor.* | late uolucer λ || **154–155** omnem / . . . domum $\mathbf{LF_2PRF_{17}}$: omnes / . . . domos *cett. mei* || **155** fudit *Birt* : didit (*cum* serta) *Palmer* || **156** leucothoe (*uel simm.*) *codd.* : *correxi* || **157** nereus uiolis **L**(*in ras.*)$\mathbf{F_{17} B_1 g_1}$ | intexerat $\mathbf{J_6}$ || **159** et] in $\mathbf{n_1}$ | uecte uariis $\mathbf{FO_7}$ || **160** rumore *omnes mei*, *Exc. Flor.* : tritone ϑ*ul* | pisce uoluto **g**?$\mathbf{PRP_{11}}$: pisce uolutam **R***ul*, *cett. mei* : triste uolentem *Paul* : pisce soluto *Jeep*

subleuat Oceani monstrum Tartesia tigris,
hanc timor Aegaei rupturus fronte carinas
trux aries; haec caeruleae suspensa leaenae
innatat; haec uiridem trahitur conplexa iuuencum)
165 certatimque nouis onerant conubia donis.
cingula Cymothoe, rarum Galatea monile
et grauibus Spatale bacis diadema ferebat
intextum, rubro quas legerat ipsa profundo.
mergit se subito uellitque corallia Doto:
170 uimen erat dum stagna subit; processerat undis:
gemma fuit. nuda Venerem cinxere caterua
plaudentesque simul tali cum uoce secuntur:
'hos Mariae cultus, haec munera nostra precamur
reginae regina feras. dic talia numquam
175 promeruisse Thetin nec cum soror Amphitrite
nostro nupta Ioui. deuotum sentiat aequor,
agnoscat famulum uirgo Stilichonia pontum.
uictricis nos spem patriae classemque paternam
ueximus, adtritis cum tenderet ultor Achiuis.'
180 iam Ligurum terris spumantia pectora Triton
appulerat lassosque fretis extenderat orbes.
continuo sublime uolans ad moenia Gallis
condita, lanigeri suis ostentantia pellem,
peruenit. aduentu Veneris pulsata recedunt
185 nubila, clarescunt puris Aquilonibus Alpes.
laetitiae causas ignorat dicere miles

162 rupturus $\mathbf{P_2}$, *cett. mei, Exc. Flor.* : rapturus $\mathbf{LF_2A_2S_3Z}$: fracturus $\mathbf{P_2}$*gloss.* $\mathbf{F_3}\,\sigma$ || **163** caeruleae . . . leaenae $\mathbf{LPRn_1}$, *Isengriniana* : caerulea . . . leaena *cett. mei* || **165** ornant $\mathbf{gF_2}$ || **166** carum $\mathbf{L_4}$ || **167** spat(h)ale $\mathbf{gF_2P}$(*mg, teste Birt*) **R***pc* $\mathbf{W_1FF_{17}J_3n_1}$: patale **LZ** : fatale $\mathbf{P_2O_2}$: pigmea **PR***ac* : Panope *Jeep* : Psamathe *Birt* || **168** illa $\mathbf{W_1K_6}$ || **169** mersit $\mathbf{L}\,\lambda$ || **171** nuda . . . caterua $\mathbf{gP_2}$*ul***R***pc*$\mathbf{W_1F}$ *ul*$\mathbf{n_1}$: nudae . . . cateruae* $\mathbf{LP_2F_2PR}$*ac*$\mathbf{FF_{17}J_3}$: nuda . . . corona **R***ul*$\mathbf{W_1}$*ul*$\mathbf{G_5K_6}$ $\mathbf{O_3}$*ul* || **172** cum tali $\mathbf{P_{11}}$ | locuntur **F** || **173** *om. add. mr* **g** || **178** uictricis $\mathbf{gP_2C}$ $\mathbf{F_{20}J_6}$: uictrices* *cett. mei, Exc. Flor.* | spem patriae $\mathbf{B_1}$*ac*$\mathbf{CF_{20}J_6}$*ac*$\mathbf{S_3}$: saepe rates* $\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei, Exc. Flor.?* : uela patris $\mathbf{gP_2O_2}$: nempe rates *uel* uela ratis *Heinsius* || **179** adtritis $\mathbf{PRP_{11}}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : afflictis $\mathbf{F_2F_{17}}$*mg*$\mathbf{F_3}$: ad tristes* $\mathbf{F_{17}}$, *cett. mei* | achiuis $\mathbf{F_2PRF_{17}}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : achiuos* $\mathbf{F_2}$*sscr, cett. mei* || **181** lassos- $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : lapsos- $\mathbf{F_{17}}$*ac* : laxos- $\mathbf{L_4}$ | fretis $\mathbf{F_2}$*pc***P***pc* **R***ul*$\mathbf{F_{17}}$*sscr, cett. mei* : frequens $\mathbf{F_2}$*ac***P***ac***R** : sequens $\mathbf{F_{17}}$: fremens *Jeep* || **182** continue $\mathbf{n_1q}$ || **183** lanigeri suis **R***ac, Cuiacii uetus* : lanigeris suis $\mathbf{R_{39}}\,\zeta$: lanigere suis $\mathbf{F_2}$*?ac* : lanigeris ouis $\mathbf{F_2}$*pc***R***pc, cett. mei* : lanigeri bouis $\mathbf{K_6}$ || **184** pulsata $\mathbf{P_2}$*ul* $\mathbf{J_3}$*mg, cett. mei, Exc. Flor.?* : spissata $\mathbf{gP_2J_3A_2F_{20}W_2}$ || **185** clarescunt $\mathbf{LF_2PRF}$ $\mathbf{F_{17}P_{11}}$: rarescunt $\mathbf{gP_2W_1J_3n_1A_2q}\,\Gamma_1\,\vartheta$ | puris] nudis $\mathbf{F_{17}}$: sudis *Heinsius* | alpes *cett. mei, Exc. Flor.* : imbres $\mathbf{P_2W_1g_1O_3O_7}\,\mu$*ac*

laetaturque tamen; Mauortia signa rubescunt
floribus et subitis animantur frondibus hastae.
illa suum dictis adfatur talibus agmen:
190 'Gradiuum, nostri comites, arcete parumper,
ut soli uacet aula mihi. procul igneus horror
thoracum, gladiosque tegat uagina minaces.
stent bellatrices aquilae saeuique dracones:
fas sit castra meis hodie succumbere signis.
195 tibia pro lituis et pro clangore tubarum
molle lyrae festumque canant. epulentur ad ipsas
excubias; mediis spirent crateres in armis.
laxet terribiles maiestas regia fastus
et sociam plebem non indignata potestas
200 confundat turbae proceres. soluantur habenis
gaudia nec leges pudeat ridere seueras.
tu festas, Hymenaee, faces, tu, Gratia, flores
elige, tu geminas, Concordia, necte coronas.
uos, pinnata cohors, quocumque uocauerit usus,
205 diuisa properate manu neu marceat ulla
segnities: alii funalibus ordine ductis
plurima uenturae suspendite lumina nocti;
hi nostra nitidos postes obducere myrto
contendant; pars nectareis aspergite tecta
210 fontibus et flamma lucos adolete Sabaeos;
pars infecta croco uelamina lutea Serum
pandite Sidoniasque solo prosternite uestes.
ast alii thalamum docto conponite textu;
stamine gemmato picturatisque columnis
215 aedificetur apex, qualem non Lydia diues

189 uerbis $\mathbf{J_6}$ || **190** nostrae $\mathbf{P_{10}}$*pc?*, *Heinsius* : nostis *Burmannus* : castris *König* || **192** terat $\mathbf{A_2W_2}$ || **194** sit fas $\mathbf{L_{11}}$ | procumbere $\mathbf{P_1}$ | tedis ϑ || **196** dulce $\mathbf{K_6}$ | festum- $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{F_2}$, *cett. mei* : fastum- $\mathbf{g_1O_7}$*ac* ϑ *ac* : faustum- $\mathbf{gP_2F_2}$*ul*$\mathbf{J_3}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* | epulentur $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : epulemur $\mathbf{P_2}$*ul* || **200** proceres turbae $\mathbf{F_{17}}$*pc* (turbae *om. add. sscr*) || **202** gloria $\mathbf{n_1}$ || **203** collige $\mathbf{A_2}$: selige *uel* i, lege *Heinsius* | catenas *Marklandus* || **204** quo quemque *Heinsius* || **205** diuersa $\mathbf{G_5Z}$ μ | nec $\mathbf{S_3}$ || **207** uenturae] festiue μ*ac* : festine $\mathbf{O_7}$: sacrate $\mathbf{O_3}$: felici $\mathbf{g_1}$*ul* || **208** obducite $\mathbf{A_2}$: ostendite $\mathbf{K_4}$ || **209** aspergite $\mathbf{LF_2PRFn_1Z}$: aspergere $\mathbf{gP_2W_1F_{17}J_3A_2}$ || **210** fontibus **L** (*in ras.*), *cett. mei, Exc. Flor.* : fluctibus $\mathbf{F_{17}}$: floribus $\mathbf{n_1A_2q}$: roribus *Heinsius* | flammis **L** | adolete $\mathbf{LF_2P}$*?*$\mathbf{RFn_1}$: adolere $\mathbf{gP_2W_1F_{17}J_3}$ || **211** lintea $\mathbf{n_1}$ || **212** praesternite *Scaliger* || **213** docto **L** (*in ras.*)$\mathbf{F_2}$*pc***P**, *cett. mei* : docte **P***ul*$\mathbf{F_3G_5K_6}$: ducto $\mathbf{F_2}$*ac* | textu **P**, *cett. mei* : textum **P***ul*$\mathbf{F_3G_5K_6L_3}$ || **214** stramine *Buecheler* | gemmarum ϑ : tergemino $\mathbf{J_6O_2}$ || **215** non $\mathbf{P_2}$*ac***P***pc*, *cett. mei* : nec $\mathbf{P_2}$*pc* : num **P***ac*

erexit Pelopi nec construxere Lyaeo
Indorum spoliis et opaco palmite Bacchae.
illic exuuias omnes cumulate parentum:
quidquid auus senior Mauro uel Saxone uictis,
220 quidquid ab innumeris socio Stilichone tremendus
quaesiuit genitor bellis, quodcumque Gelonus
Armeniusue dedit, quantum crinita sagittis
attulit extremo Meroe circumflua Nilo,
misit Achaemenio quidquid de Tigride Medus,
225 cum supplex emeret Romanam Parthia pacem.
nobilibus gazis opibusque cubilia surgant
barbaricis; omnes thalamo conferte triumphos.'
sic ait et sponsae petit inprouisa penates.
illa autem secura tori taedasque parari
230 nescia diuinae fruitur sermone parentis
maternosque bibit mores exemplaque discit
prisca pudicitiae Latios nec uoluere libros
desinit aut Graios, ipsa genetrice magistra,
Maeonius quaecumque senex aut Thracius Orpheus
235 aut Mytilenaeo modulatur pectine Sappho
(sic Triuiam Latona monet; sic mitis in antro
Mnemosyne docili tradit praecepta Thaliae):
cum procul augeri nitor et iucundior aer
attonitam lustrare domum fundique comarum
240 gratus odor. mox uera fides numenque refulsit.
cunctatur stupefacta Venus; nunc ora puellae,
nunc flauo niueam miratur uertice matrem.
haec modo crescenti, plenae par altera lunae:
adsurgit ceu forte minor sub matre uirenti
245 laurus et ingentes ramos olimque futuras

216 construxere *Ker* : quem struxere *codd.* || **217** opaco] operto **Z** : operte $\mathbf{G}_5$ | stramine? **g** || **218–219** *om. add. mg* **g** || **218** illuc **F** || **220** *om. add. mg* **F** | tremendus **L***pc***F***mg*, *cett. mei* : tremendis $\mathbf{P}_2\,\lambda$, *Exc. Flor.* || **221** *om. add. mg* $\mathbf{J}_3$ | quodcumque *cett. mei, Exc. Gyr.* : quaecumque $\mathbf{J}_3$*mg*$\mathbf{A}_2\,\mu$: quicumque? $\mathbf{F}_2$ || **222** *om. add. mg* **F** | armeniusque $\mathbf{O}_2$ || **224** misit **R***sscr*$\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* : mittit $\mathbf{F}_2$**PR** $\mathbf{F}_{17}$*ac* λ || **227** thalamis $\mathbf{B}_1\mathbf{g}_1\mathbf{P}_{14}$ | conferte $\mathbf{n}_1$*pc*, *cett. mei* : conferre $\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$*ac* || **229** autem] tamen μ*ac* || **230** diuinae **R**, *cett. mei* : diuino **R***ul*$\mathbf{A}_2$ || **232** non $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_7$ || **234** quaecumque **g***pc*, *cett. mei* : quodcumque $\mathbf{F}_{20}$ || **237** tradit docili $(\mathbf{P}_2)\mathbf{R}_{39}\,\sigma$ || **238** tum $\mathbf{J}_3$ || **240** numen- **g**$\mathbf{P}_2$ **R***ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: lumen- **L**$\mathbf{F}_2$**PRF**$\mathbf{F}_{17}\,\lambda$ || **242** nunc flauo niueam *Gesnerus* : nunc flauam niueo *codd.* : flammea nunc niueo *Barthius* : nunc flauam rutilo *Heinsius* : nunc flauam nitido *Burmannus* : nunc flauam ingenuo *Birt* || **243** modo **LPF**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$: noua **g**$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$**P***mg***R***mr*$\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* || **244** ceu **P**, *cett. mei, Exc. Flor.* : seu $\mathbf{P}_2$**P***ul***R***mr*$\mathbf{W}_1$

promittit iam parua comas; uel flore sub uno
ceu geminae Paestana rosae per iugera regnant:
haec largo matura die saturataque uernis
roribus indulget spatio; latet altera nodo
250 nec teneris audet foliis admittere soles.
  adstitit et blande Mariam Cytherea salutat:
'salue, sidereae proles augusta Serenae,
magnorum suboles regum parituraque reges.
te propter Paphias sedes Cypronque reliqui,
255 te propter libuit tantos explere labores
et tantum tranasse maris, ne uilior ultra
priuatos paterere lares neu tempore longo
dilatos iuuenis nutriret Honorius ignes.
accipe fortunam generis, diadema resume,
260 quod tribuas natis, et in haec penetralia rursus,
unde parens progressa, redi. fac nulla subesse
uincula cognatae: quamuis aliena fuisses
principibus, regnum poteras hoc ore mereri.
quae propior sceptris facies? quis dignior aula
265 uultus erit? non labra rosae, non colla pruinae,
non crines aequant uiolae, non lumina flammae.
quam iuncto leuiter sese discrimine confert
umbra supercilii! miscet quam iusta ruborem
temperies nimio nec sanguine candor abundat!
270 Aurorae uincis digitos umerosque Dianae;
ipsam iam superas matrem. si Bacchus amator

247 gemmant *Goodyear* || **248** ueris $\mathbf{A}_2$ || **249** roribus **R***mr*, *cett. mei* : floribus $\mathbf{G}_5$ ϑ | iacet *Heinsii Iunianus* || **250** admittere $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : committere $\mathbf{P}_2$*ul* | soles (-is **P***ac***R***ac*)] solem **P***pc*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{O}_7$ || **251** constitit $\mathbf{P}_{14}$ ϑ | mariam blande $\mathbf{F}_{17}$ || **254** sedes $\mathbf{J}_3$*pc*, *cett. mei* : aedes* $\mathbf{P}_2\mathbf{F}\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$ | relinqui $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_6$ || **255** *om. add. mg* $\mathbf{F}_2$ | libuit tantos $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei* : tantos libuit $\mathbf{P}_2$*ac***F** : libuit magnos $\mathbf{F}_2$*mg* | tantos (magnos $\mathbf{F}_2$*mg* : libuit **F**) explere labores $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei* : tantos implere labores $\mathbf{K}_6$: tantum complere laboris $\mathbf{F}_{13}$ || **256** tran(sn)asse **g***pc?*$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*ul*(**P***pc*)$\mathbf{W}_1$ $\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : tran(sn)are $\mathbf{L}\mathbf{F}_2$(**P***ac*)$\mathbf{R}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}$ || **257** patiare $\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3$ | ne $\mathbf{P}_2\mathbf{n}_1\mathbf{F}_{20}$ || **259** aspice fortunam $\mathbf{W}_1$: auspice fortuna *Burmannus* || **261** egressa $\mathbf{A}_2$ | ueni $\mathbf{O}_3$ || **264** propior $\mathbf{g}\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}_2\mathbf{R}\mathbf{W}_1$($\mathbf{F}_{17}$)$\mathbf{J}_3$: proprior $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{P}\mathbf{F}\mathbf{n}_1$ | qui $\mathbf{C}\mathbf{P}_{10}$*ac*, *Exc. Flor.* || **265** erat $\mathbf{F}_3$ || **266** aequent *Heinsius* | nec lumina $\mathbf{P}_2$ || **267** iuncto leuiter **g***pc?*$\mathbf{L}\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: leuiter iuncto **F** : iuncti leuiter $\mathbf{P}_2$*ul***P***ul*($\mathbf{W}_1$) : leuiter iuncti *Abrinc. 135* : iuncti pariter $\mathbf{P}_2$: uincti leuiter *Vicetina* : uincto leuiter $\mathbf{F}_2$: iugi leuiter $\mathbf{A}_3$: iusto leuiter *Isengriniana mg* || **268** ruborem $\mathbf{P}_2$*ul***R***sscr***F** : pudorem $\mathbf{P}_2\mathbf{R}$, *cett. mei* || **269** nimio **P***pc*, *cett. mei* : minimo λ : niueo **Z** | abundans $\mathbf{L}_1\mathbf{P}_{10}$*ac* || **271** iam superas ipsam matrem **L** λ

dotali potuit caelum signare Corona,
cur nullis uirgo redimitur pulchrior astris?
iam tibi molitur stellantia serta Bootes
275 inque decus Mariae iam sidera parturit aether.
o digno nectenda uiro tantique per orbem
consors imperii! iam te uenerabitur Hister,
nomen adorabunt populi; iam Rhenus et Albis
seruiet; in medios ibis regina Sygambros.
280 quid numerem gentes Atlanteosque recessus
Oceani? toto pariter dotabere mundo.'
  dixit et ornatus, dederant quos nuper ouantes
Nereides, collo membrisque micantibus aptat.
ipsa caput distinguit acu, substringit amictus;
285 flammea uirgineis accommodat ipsa capillis.
ante fores iam pompa sonat, pilentaque sacram
praeradiant ductura nurum. calet obuius ire
iam princeps tardumque cupit discedere solem:
nobilis haud aliter sonipes, quem primus amoris
290 sollicitauit odor, tumidus quatiensque decoras
curuata ceruice iubas Pharsalia rura
peruolat et notos hinnitu flagitat amnes
naribus accensis; mulcet fecunda magistros
spes gregis et pulchro gaudent armenta marito.
295   candidus interea positis exercitus armis
exultat socerum circa; nec signifer ullus
nec miles pluuiae flores dispergere ritu

234 longe- **PR***ac***Z** : lugent- **R***pc, cett. mei* || **235** cui] tunc $\mathbf{n_1q}$: tum **g***pc?* : cum $\mathbf{W_2}$ | in uoces . . . tales **F** || **236** in fratres $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : in fatis $\mathbf{P_2}$*mr* || **238** gildonisue **L***?*$\mathbf{F_2n_1}$ | tanti sit $\mathbf{P_2LF_2PW_1n_1}$, *Exc. Gyr.* : tanti fit $\mathbf{\Gamma gRFJ_3}$: fit tanti $\mathbf{B_1g_1}$ | palma $\mathbf{\Gamma gLF_2}$*ul***P**, *Exc. Gyr.* : causa $\mathbf{P_2F_2RW_1FJ_3n_1}$ || **239** magnique $\mathbf{\Gamma}$ | tuendus $\mathbf{F_2}$*ul, cett. mei* : timendus $\mathbf{F_2}$: putandus *Birt* || **240** infracta $\mathbf{\Gamma gP_2F_2}$*ul*$\mathbf{W_1}$ $\mathbf{FJ_3n_1}$: in fratre $\mathbf{LF_2PR}$: a fratre $\mathbf{J_3}$*?sscr***Z** : fraterna *Heinsius* | recedit $\mathbf{FP_{10}}$ || **241** in primum **g** : inuito *uel* infirmo *Birt* | uide **P***pc*$\mathbf{J_3}$, *cett. mei* : uidet **P***ac* : uides $\mathbf{J_3}$*ul*$\mathbf{z_1}$*ac* || **240–241** in fratre recedat, in primo genito. reuide *Mommsen* || **244** agit **R**, *cett. mei* : agat **R***?mg* : erat $\mathbf{K_6}$*ac, Isengriniana mg* | me non $\mathbf{\Gamma LF_2PRF}$: non me* $\mathbf{gP_2W_1J_3n_1}$: non ad- $\mathbf{F_3}$ | egentem $\mathbf{K_6}$*ac* || **245** fouere $\mathbf{LF_2PRF}$: fauere $\mathbf{\Gamma g}$ $\mathbf{P_2R}$*ul*$\mathbf{W_1J_3n_1}$: uenere $\mathbf{L_4}$, *Burmannus* (auxilio *cum* non iuuit *coniuncto*) | uenere] fauere $\mathbf{L_4P_{11}}$ || **246** at hic **R***pc, cett. mei* : adhuc **PR***ac* | pube $\mathbf{O_3}$*ul* $\boldsymbol{\lambda}$, *Isengriniana mg* || **247** petissent $\mathbf{F_{19}P_{10}}$, *Birt* : tulisset $\mathbf{F_3}$ || **248** defecto **R** : deiecto $\mathbf{P_1}$: defenso *Isengriniana mg* | submissus ab $\boldsymbol{\vartheta}$ | dolerem **P***pc, cett. mei* : dolorem $\mathbf{\Gamma P}$*ac* $\mathbf{O_3}$*ac*$\mathbf{P_{11}}$: dolerent $\mathbf{L_1}$*ac* || **249** fati speculis $\boldsymbol{\mu}$ || **251** calens *Paul* || **252** fortuna . . . cum marte $\mathbf{P_2}$*pc***R***mr*$\mathbf{W_1FJ_3}$: fortuna . . . cum mente $\mathbf{\Gamma g}$*pc?*$\mathbf{LF_2Pn_1}$, *Exc. Gyr.* : cum marte . . . fortuna $\mathbf{F_3}$: Bellona . . . cum Marte *Schraderus* | simul] prior $\boldsymbol{\lambda}$ || **253** o *cett. mei* : et $\mathbf{gP_2R}$*mr*$\mathbf{J_3}$, *Exc. Gyr.* : at $\mathbf{L_3}$ | praereptus $\mathbf{gP_2LF_2}$*pc*$\mathbf{W_1J_3}$: praeceptus $\mathbf{n_1}$: praeraptus **R***mr*$\mathbf{L_4}$: praeruptus $\mathbf{\Gamma F_2}$*ac***PF** || **254** lanianda- $\mathbf{LF_2PF}$: laniata- $\mathbf{\Gamma gP_2R}$*mr*$\mathbf{W_1J_3n_1}$ | dumis **P***pc*$\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : duris *uel* diris *Burmannus* : durus *Paul* || **255** raptarem* **F**

germani nunc usque tui responsa colebat:
en iterum calcat. tali te credere monstro
post patrem fratremque paras?
sed magna rependit
inque tuam sortem numerosas transtulit urbes.
260 ergo fas pretio cedet? mercede placebit
seditio? taceo laesi quod transfuga fratris,
quod leuis ingenio. quamuis discrimine summo
proditor adportet suspensa morte salutem,
numquam gratus erit. damnamus luce reperta
265 perfidiam nec nos patimur committere tali.
hoc genus emptori ciues cum moenibus offert,
hoc uendit patriam. plerique in tempus abusi,
mox odere tamen: tenuit sic Graia Philippus
oppida; Pellaeo libertas concidit auro.
270 Romani scelerum semper spreuere ministros.
noxia pollicitum domino miscere uenena
Fabricius regi nudata fraude remisit,
infesto quem Marte petit, bellumque negauit
per famuli patrare nefas, ductosque Camillus
275 trans murum pueros obsessae reddidit urbi.
traduntur poenis alii, cum proelia soluant;
hic manet ut moueat? quod respuit alter in hostem,
suscipis in fratrem? longi pro dedecus aeui!
cui placet, Australes Gildo condonat habenas

257 en ΓLF_2Pn_1, *Exc. Gyr.* : nunc gP_2R*mr*W_1J_3 | calcas n_1q*pc* : temptat F_{17}*ac* | reddere J_6 || 258 fratrem patrem- FW_1P_{10}*ac* ϑ || 259 tuas sortes $P_2J_3\mu$ || 260 cedet F*pc*, *cett. mei* : cedat F*ac* || 261 seditio P_2R*ul*$J_3\mu$: proditio* J_3*ul*, *cett. mei* : deditio *Heinsius* | fratris g*pc?*$LF_2PRW_1FJ_3$*ul*n_1 : patris ΓP_2R*ul*J_3n_1*ul* || 262 ingenio est J_6*pc* | quam uis *Birt* || 263 suspensa F_2, *cett. mei* : suspensam K_4 : dilata F_2*gloss.* || 264 nusquam $J_6\mu$ | damnatus Γ | reperta R, *cett. mei* : recepta ΓR*ul*$P_{10}W_2$, *Exc. Gyr.* : g *incert.* || 266 emptoris A_2*ac* : empturis *Jeep* | *post* emptori *non post* tali (265) *distinguit Heinsius* | offert ΓLF_2P*pc*RW_1FJ_3*pc*n_1 : effert P*ac* : affert A_2*ac*CF_3K_6 : aufert P_2J_3*ac*A_2*pc*L_3*pc* : g *incert.* || 267 hic P_2O_2Z | populique O_7*pc*$P_{10}W_1\vartheta$ || 270 semper scelerum $P_2J_3F_{17}\mu$ || 271 domino] Pyrrho *Isengriniana mg* || 272 mandata A_3 | fronte A_2 | remittit λ || 273 infausto $P_2O_2W_2$: infestum K_6P_1 || 275 post C_1 || 276 praemia n_1K_6*ac*q | soluant R, *cett. mei* : soluunt $F_{17}P_{14}$: soluent C*ac* : tollunt ΓR*ul* : uoluant *Jeep* || 277 respuit F_2*pc*, *cett. mei* : respuat* L_3, *Heinsius* | hoste P_1 : hostes L_{11} || 278 suscipit $P_2O_2P_{11}\mu$: suspicis $g_1\vartheta$ | fratres L_{11} || 279 condonat ΓF_2PR : cum donat A_2 : contradat F_2*ul* : cum tradat gP_2n_1 : cum tradit LR*ul*W_1FJ_3 : contradit *Sched. Gud.* : num donat *uel* cur donat *uel* num tradit *uel* cur tradit *Heinsius*

280 tantaque mutatos sequitur prouincia mores.
quaslibet ad partes animus nutauerit anceps,
transfundit secum Libyam refluumque malignus
commodat imperium. Mauri fuit Africa munus.
tollite Massylas fraudes, remouete bilingues
285 insidias et uerba soli spirantia uirus.
ne consanguineis certetur comminus armis,
ne, precor. haec trucibus Thebis, haec digna Mycenis;
in Mauros hoc crimen eat.
quid noster iniquum
molitur Stilicho? quando non ille iubenti
290 paruit? an quisquam nobis deuinctior extat?
ut sileam uarios mecum quos gesserit actus,
quae uidi post fata loquar. cum diuus abirem,
res inconpositas (fateor) tumidasque reliqui.
stringebat uetitos etiamnum exercitus enses
295 Alpinis odiis, alternaque iurgia uicti
uictoresque dabant. uix haec amentia nostris
excubiis, nedum puero rectore quiesset.
heu quantum timui uobis, quid libera tanti
militis auderet moles, cum patre remoto
300 ferueret iam laeta nouis. dissensus acerbus
sed grauior consensus erat. tunc ipse paterna

280 '*Hic uersus si deesset, nil deesset*' *Birt* | nudatos $\mathbf{n_1}$ || **281** quascumque $\mathbf{A_3}$ | in **L** | animus $\mathbf{\Gamma LR}$*ul*$\mathbf{J_3}$: animum $\mathbf{RJ_3}$*ul, cett. mei* : animi *Heinsius* | nutauerit $\mathbf{\Gamma LR}$*ul* : mutauerit **R**, *cett. mei* || **282** traducit *Jeep* | libyam secum $\mathbf{gP_2W_1J_3n_1}$ | refugum- $\mathbf{P_1}$, *Heinsius* : reliquum- *Jeep* || **283** commouet *Jeep* | fuit] -que fit *uel* fluit *Heinsius* || **285** soli *omnes mei, Exc. Frising.* : doli **C***pc*$\mathbf{F_{17}}$ | spirantia *cett. mei, Exc. Frising.* : sperantia $\mathbf{n_1}$ | uirus *omnes mei, Exc. Frising.* : fraudes $\mathbf{p_4}$ || **286** nec $\mathbf{gP_2n_1CC_1L_1W_2}$ | hastis ζ*ac* || **287** ne] de- $\mathbf{Ln_1}$: te $\mathbf{p_2}$: haec $\mathbf{P_2}$: hoc **g***pc?* | thebis trucibus uel $\mathbf{F_{17}}$ || **289** molitus *Heinsius* || **290** an] aut $\mathbf{LA_2}\lambda$: haud *Heinsius* | nobis quisquam $\mathbf{L_4z_1}$ | deuotior* **Z***mg* : clementior $\mathbf{A_2}$ || **291** taceam $\mathbf{G_5K_6W_2}$ | quos mecum $\mathbf{gP_2W_1n_1}$ | gesserat $\mathbf{F_2}$ || **292** quae fecit **Z** | loquar $\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei* : loquor **F** : sequar $\mathbf{P_2}$ || **294** uet. etiamnum $\mathbf{\Gamma P_2RFJ_3}$: uet. etiamnunc $\mathbf{Pn_1}$: uet. etiamtum **C***pc*$\mathbf{J_6}$, *Jeep* : uet. etiamtunc $\mathbf{O_3}$*pc***Z***sscr* ϑ : uet. iam nunc $\mathbf{LF_2}$*?pc* : uet. iam tunc $\mathbf{L_1}$, *Camers mg* : uet. etiam non $\mathbf{W_1}$: uet. iam non $\mathbf{F_2}$*?ac* : et tunc **g***?pc* || **297** nedum **g***pc, cett. mei* : necdum **g***ac*$\mathbf{F_2n_1}$ | quiesset $\mathbf{\Gamma LR}$: quiescet $\mathbf{F_2PW_1FJ_3n_1}$: quiescit $\mathbf{P_2}$: quiescat $\mathbf{P_{10}}$*pc* : quieuit **g***pc***R***ul* || **298** quod $\mathbf{P_2F_2n_1}$: quam? **F** : ne $\mathbf{P_{10}}$: cum *Birt* || **299** patre remoto *Koch* : carcere moto $\mathbf{F_2}$*ac***PRZ***ac* : caeca remoto $\mathbf{\Gamma gP_2LF_2}$*pc***R***ul*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$: terra remoto **R***ul* : calce remoto *Birt* : Caesare moto *Olechowska* || **300** iam $\mathbf{F_2PRFn_1P_{10}}$: tam $\mathbf{\Gamma gP_2LW_1J_3q}$: et tam *Heinsius* | nouis $\mathbf{\Gamma F_2}$*ac***P***ac***R** ϑ*pc* : nouus **P***pc* : suis $\mathbf{F_{17}}$: metu $\mathbf{gP_2LF_2}$*pc***R***ul*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$ | acerbus $\mathbf{gP_2LF_2P}$*pc***R***pc*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$: acerbis $\mathbf{\Gamma R}$*mg* : aceruis **P***ac***R** || **301** sed *Yalensis Marston 45, Camers* : et *omnes mei* : at $\mathbf{F_{14}K_8}$ | nunc $\mathbf{F_{19}}$: nonne *Heinsius* | iste **R**

successit pietate mihi tenerumque rudemque
fouit et in ueros eduxit principis annos,
Rufinumque tibi, quem tu tremuisse fateris,
305 depulit. hunc solum memorem solumque fidelem
experior. uolui si quid, dum uita maneret,
aut uisus uoluisse, gerit; uenerabilis illi
ceu praesens numenque uocor.
si tanta recusas,
at soceri reuerere faces, at respice fratris
310 conubium pignusque meae regale Serenae.
debueras etiam fraternis obuius ire
hostibus, ille tuis. quae gens, quis Rhenus et Hister
uos opibus iunctos conspirantesque tulisset?
sed tantum permitte cadat: nil poscimus ultra.
315 ille licet sese praetentis Syrtibus armet
oppositoque Atlante tegat, licet arua referta
anguibus et solis medios obiecerit aestus,
noui consilium, noui Stilichonis in omnes
aequalem casus animum: penetrabit harenas,
320 inueniet uirtute uiam.'
sic diuus et inde
sic natus: 'iussis, genitor, parebitur ultro.
amplector praecepta libens, nec carior alter
cognato Stilichone mihi. commissa profanus
ille luat; redeat iam tutior Africa fratri.'
325 talia dum longo secum sermone retexunt,
Hesperiam peruenit auus castumque cubile
ingreditur, Tyrio quo fusus Honorius ostro

302 succedit **Z** || **303** ueros] certos $\mathbf{W_1}$: uernos *Goodyear* | produxit $\mathbf{P_{13}}$ || **304** quem te $\mathbf{F_{13}}$ | fremuisse $\mathbf{W_1}$: timuisse $\mathbf{F_2 J_3}$ || **305** reppulit $\mathbf{A_3}$ | memorem solum $\mathbf{L_4}$ || **308** numen praesensque uocor $\mathbf{gP_2 W_1 n_1}$: numenque uocor praesens *Pyrrho* | tanta] iussa $\mathbf{O_2}$ | recuses λ || **309** at soceri **g**?*ac*, *cett. mei* : aut soceri **g***pc*$\mathbf{P_2 FF_{17}}$: at socii *Vicetina* | at respice $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{LF_2 PR}$: aut respice $\mathbf{gP_2}$ **R***ul*$\mathbf{W_1 FJ_3 n_1}$ || **310** coniugium $\mathbf{F_2 PF}$ || **313** opibus iunctos conspirantes- $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{LF_2 P}$*pc***RF**, *Isengriniana* : conspirantes opibus iunctos- $\mathbf{g(P_2)W_1 J_3 n_1}$: conspirantes opibus pactos- $\mathbf{L_4}$ || **314** sed] huic *Burmannus* | cadat $\boldsymbol{\Gamma}$**R**, *Vicetina* : cadet *cett. mei* || **314** *post* **317** *reicere uoluit Burmannus* || **317** obiecerit **P***pc* **R***pc*, *cett. mei* : -erat **P***ac* **R***ac* | aestus **R***pc*, *cett. mei* : astus **R***ac* : ictus $\boldsymbol{\Gamma}_1$*ac* || **320** uias $\mathbf{L_3}$ μ | at *Heinsius* || **321** parebitur $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{F_2 PRF}$: parebimus $\mathbf{gP_2 LW_1 J_3 n_1}$ || **325** longo secum $\boldsymbol{\Gamma}$*pc*, *cett. mei* : secum longo $\boldsymbol{\Gamma}$*ac*$\mathbf{n_1 F_{20} q}$ | retexunt $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{F_2 PRP_{10}}$: uolutant **R***ul*, *cett. mei* || **327** quo **R***pc*, *cett. mei* : qua **R***ac* | fusus] fortis $\mathbf{gP_2 W_1 J_3}$: fultus $\mathbf{A_2}$

carpebat teneros Maria cum coniuge somnos.
adsistit capiti; tum sic per somnia fatur:
330 'tantane deuictis tumuit dementia Mauris,
care nepos? iterum post me coniurat in arma
progenies uaesana Iubae bellumque resumit
uictoris cum stirpe sui? Firmumne iacentem
obliti Libyam nostro sudore receptam
335 rursus habent? ausus Latio contendere Gildo
germani nec fata timet? nunc ire profecto,
nunc uellem notosque senex ostendere uultus:
nonne meam fugiet Maurus cum uiderit umbram?
quid dubitas? exurge toris, inuade rebellem,
340 captiuum mihi redde meum. desiste morari.
hoc generi fatale tuo: dum sanguis in orbe
noster erit, semper pallebit regia Bocchi.
iungantur spoliis Firmi Gildonis opima;
exornet geminos Maurusia laurea currus;
345 una domus totiens una de gente triumphet.
di bene, quod tantis interlabentibus annis
seruati Firmusque mihi fraterque nepoti.'
dixit et adflatus uicino sole refugit.
at iuuenem stimulis inmanibus aemula uirtus
350 exacuit; iam puppe uehi, iam stagna secare
feruet et absentes inuadere cuspide Mauros.
tum iubet acciri socerum dextramque uocato
conserit et, quae sit potior sententia, quaerit:
'per somnos mihi, sancte pater, iam saepe futura
355 panduntur multaeque canunt praesagia noctes.

329 astitit et **P_2** : astitit ut *Camers mg* | tunc illi talia *Camers mg* || **330** deuictis . . . mauris **$gP_2W_1CC_1L_4O_2$**, *Exc. Gyr.* : deuictos . . . mauros *cett. mei* | tumuit **$gP_2W_1CC_1L_4O_2$**, *Exc. Gyr.* : tenuit *cett. mei* : timuit **F_{20}***pc***O_3***pc* | dementia **P_2** : fiducia* *cett. mei, Exc. Gyr.* || **332** resumpsit **P_1** || **333** firmum- **F_2***pc***J_3***ul, cett. mei* : fratrem- **F_2***ac***J_3** || **335** habent] auent *Barthius* : arent *Gronouius* | Gildo] bello **O_2***ul* || **336** non **P_{10}** *μ* | fata **n_1***ul, cett. mei* : facta **$FW_1n_1F_{17}$** || **338** fugiat *Heinsius* || **339** consurge **z_1** : exire **Z** *λ* | inuade rebellem *Isengriniana* : inuadere bellum **F_2PR***ac* : inuade rebelles **F_2***ul***R***pc, cett. mei* || **341** urbe **P_2O_3***ul* : orbem **F** || **342** pallebit **J_3**, *cett. mei* : parebit **J_3***ul***$B_1g_1L_4$** : bellabit *Birt* || **343** firmi spoliis **z_1** || **347** seruatus **$G_5L_{11}W_2$** : deuicti *Birt* || **348** refugit **n_1***pc, cett. mei* : resurgit **n_1***ac* : recessit **p_4** || **351** ardet **p_4** || **353** melior **$A_2F_{17}L_3L_4P_{14}$** || **354** sancte parens *Γ* : care pater *μ* | tam **W_2** : per- **A_3** || **355** multae- **P***pc***R***pc, cett. mei* : multas- **R***ac* : mutae- *Buecheler*

namque procul Libycos uenatu stringere saltus
et iuga rimari canibus Gaetula uidebar.
maerebat regio saeui uastata leonis
incursu; pecudum strages passimque iuuenci
360 semineces et adhuc infecta mapalia tabo
sparsaque sanguineis pastorum funera campis.
adgredior latebras monstri mirumque relatu
conspicio: dilapsus honos, ceruice minaces
defluxere iubae; fractos inglorius armos
365 supposuit seruile gemens; iniectaque uincla
unguibus et subitae collo sonuere catenae.
nunc etiam paribus secum certare tropaeis
hortator me cogit auus. quonam usque remoti
cunctamur? decuit pridem conplere biremes
370 et pelagi superare minas. transmittere primus
ipse paro; quaecumque meo gens barbara nutu
stringitur, adueniat: Germania cuncta feratur
nauibus et socia comitentur classe Sygambri.
pallida translatum iam sentiat Africa Rhenum.
375 an patiar tot probra sedens iuuenisque relinquam
quae tenui rexique puer? bis noster ad Alpes
alterius genitor defensum regna cucurrit:
nos praedae faciles insultandique iacemus?'
  finierat. Stilicho contra cui talia reddit:
380 'aduersine tubam princeps dignabere Mauri?

356 iamque $\mathbf{A_2}$ | Libyco *Burmanni ed.* | uenatu stringere *Heinsius* : uenatu cingere* $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{R}$*pc*, *cett. mei* : uisus destringere **PR**, *Isengriniana mg* : uisus distingere $\mathbf{LF_2}$: uisu destringere *Heinsius* : uenatu uincere *Jeep* | montes $\mathbf{K_4}$ || **359** sparsimque $\mathbf{L_{11}}$ || **360** sed $\mathbf{J_6}$ | infesta $\mathbf{J_6}$ || **361** funera] corpora $\mathbf{F_{17}}$ || **363** aspicio $\mathbf{K_6}$ | delapsus $\mathbf{P_2}\,\lambda\,\mu$ | minantes $\mathbf{P_{14}}$ || **364** fractosque $\mathbf{F_2}\boldsymbol{\Gamma_1}$*ac* || **365** ingesta- $\mathbf{gC_1F_{20}L_1O_7}$ || **366** sonuere $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{LF_2PRF}$: subiere $\mathbf{gP_2R}$*ul*$\mathbf{W_1J_3n_1}$ || **367** triumphis $\mathbf{n_1}$ || **368** hortator $\mathbf{F_2PR}$: hortatu **R***ul*, *cett. mei*, $\mathbf{J_6}$ | tangit $\mathbf{J_6}$ | remissi $\mathbf{W_1}$, *Heinsius olim* : morati $\mathbf{A_2}$*ul* || **369** conamur $\mathbf{F_{17}}$ || **370** minas **g***ul*$\mathbf{P_2LF_2}$*ul*$\mathbf{W_1FJ_3}$: moras* $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{gF_2PRn_1}$ | primus $\mathbf{F_2FJ_3}$, *cett. mei* : pinus $\mathbf{F_2}$*ul***F***ul*$\mathbf{J_3}$*ul*$\mathbf{K_6}$: pontum *Exc. Laeti* : pinu *Heinsius* || **371** qua- $\boldsymbol{\Gamma_1}$, *Exc. Laeti* : quo- *Vicetina* | uultu $\mathbf{n_1q}$ || **372** adueniat *omnes mei*, *Exc. Frising.* : adueniens $\boldsymbol{\Gamma_1}$: adueniet *Exc. Laeti* | cuncta $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{F_2PRZ}$, *Exc. Frising.*, *Exc. Gyr.* : tota $\mathbf{gP_2LF_2}$*ul***R***ul*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$ || **373** socia *cett. mei*, *Exc. Frising.* : socii $\mathbf{P_2P_1}$ || **375** en $\mathbf{A_2}$ | patior $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{gn_1}\boldsymbol{\Gamma_1}$ | tot $\mathbf{W_1}$*ul*, *cett. mei* : tam $\mathbf{LW_1}\,\vartheta$ || **376** quae] quod $\mathbf{P_2}$ || **377** alterius $\mathbf{RJ_3}$*ul*, *Isengriniana* : ulterius $\mathbf{J_3}$, *cett. mei* | defensum $\mathbf{W_1}$*ul*, *cett. mei* : defendere $\mathbf{W_1}$ || **378** insultandi- $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{F_2}$*ac?*$\mathbf{PRJ_3}$*pc*$\mathbf{n_1}$: insultanti- $\mathbf{gP_2LF_2}$*pc?*$\mathbf{W_1FJ_3}$*ac* : deridendi- **R***sscr* || **379** contra stil. $\mathbf{O_7}$ | cui contra $\mathbf{FB_1g_1L_{11}W_2}$ | fatur $\mathbf{F_2FF_{20}}$*ac*$\mathbf{P_{11}}$ || **380** auersique $\mathbf{A_2}$: auersine $\mathbf{F_{20}}$ | tubas $\mathbf{O_2}$

auferet ignauus clari solacia leti,
te bellante mori? decernet Honorius inde,
hinc Gildo? prius astra chaos miscebit Auerno.
uindictam mandasse sat est; plus nominis horror
385 quam tuus ensis aget. minuit praesentia famam.
qui stetit aequatur campo, conlataque nescit
maiestatem acies. sed quod magis utile factu
atque hosti grauius (sensus aduerte) docebo.
est illi patribus, sed non et moribus isdem
390 Mascezel, fugiens qui dira piacula fratris
spesque suas uitamque tuo commisit asylo.
hunc ubi temptatis frustra mactare nequiuit
insidiis, patrias in pignora contulit iras
et quos ipse sinu paruos gestauerat una
395 obtruncat iuuenes inhumataque corpora uulgo
dispulit et tumulo cognatas arcuit umbras
naturamque simul fratremque hominemque cruentus
exuit et tenuem caesis inuidit harenam.
hoc facinus refugo damnauit sole Mycenas
400 auertitque diem; sceleri sed reddidit Atreus
crimen et infandas excusat coniuge mensas:
hic odium, non poena fuit. te prodita iura,
te pater ultorem, te nudi puluere manes,

381 auferet $\Gamma\mathbf{F}_2$*ac***PR**, *Isengriniana mg* : afferet **g***pc*$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*?pc***R***ul*(*teste Birt*) $\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$: afferat $\mathbf{g}_1$: ac feret **R***ul*(*teste Birt*), *Scaliger* : an feret **L***pc*, *Heinsius* : et feret *Barthius* : ut ferat *Heinsius* | leti] fati $\mathbf{A}_2$ || **382** decernet $\mathbf{F}_2$, *cett. mei* : decernit $\mathbf{R}_4$: decertet $\mathbf{A}_2$*mg* : pugnabit $\mathbf{F}_2$*gloss.* || **384** mandare $\mathbf{P}_{13}$ || **385** aget **F***sscr* $\mathbf{J}_3$*pc*, *cett. mei* : agit **R***mr*$\mathbf{FJ}_3$*ac* : agat $\mathbf{B}_1\mathbf{g}_1$ | minuit $\mathbf{gP}_2$*pc*$\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Gyr.* : minuunt $\Gamma\mathbf{P}_2$*ac***LPR***mr*$\mathbf{W}_1$: minuet **Z***pc* : minuent $\mathbf{F}_2$ || **387** quod **R***mr*$\mathbf{W}_1$*?ac*$\mathbf{J}_3$*ac*, *cett. mei* : qua $\mathbf{W}_1$*?pc* : quid $\mathbf{J}_3$*pc*, *Heinsius* | factu $\mathbf{P}_2\mathbf{LFJ}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Gyr.* : factum **P** : facto $\Gamma\mathbf{gF}_2$*pc***R***mr*$\mathbf{W}_1$: cerno $\mathbf{K}_6$ || **388** sensus] paucis $\mathbf{F}_{20}$ || **389** patribus **P***pc***R***ul*, *cett. mei* : patruus **P***ac*$\mathbf{RW}_1\mathbf{C}_1$: patria *Burmannus* | isdem (Γ)**g** $\mathbf{F}_2$*pc*(**R***ul*)$\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1\,\vartheta$: idem $\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_2$*ac***PR***mr*$\mathbf{FJ}_3$ || **390** dira $\Gamma\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{PRW}_1\mathbf{J}_3$*pc* : dura $\mathbf{gP}_2\mathbf{LF}_2\mathbf{F}$: dum $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$ | pericula $\mathbf{Ln}_1\mathbf{O}_7$ | patris $\mathbf{F}_3$ || **391** spemque suam *Aldina* | suo $\mathbf{F}_3$ || **392** ubi] ut $\mathbf{F}_3$ | iactatis $\mathbf{P}_1$ | mactare] tem(p)tare $\mathbf{PG}_5$: temerare *Heinsius* || **393** patruas *Schraderus* || **394** et quos ipse sinu $\mathbf{F}_2\mathbf{PRF}$, *Exc. Gyr.* : et quos ipse manu Γ : quosque sinu pueros $\mathbf{W}_1$: quosque manu pueros $\mathbf{gP}_2\mathbf{LJ}_3\mathbf{n}_1$ | paruos *omnes mei, Exc. Gyr.* : patruos *Schraderus* || **395** obtruncat $\Gamma\mathbf{LF}_2\mathbf{PRF}$, *Exc. Gyr.* : occidit $\mathbf{gP}_2\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || **396** dispulit **L***pc*, *cett. mei* : depulit $\mathbf{F}_{17}$: distulit $\mathbf{P}_1$, *Gesnerus* | tumulo **R***pc*, *cett. mei* : cumulo **R***ac* | arguit $\mathbf{LRK}_6\mathbf{L}_1$ || **400** auertit- **g***pc*, *cett. mei* : aduertit- **g***ac*$\mathbf{L}_1$ | sceleri **L***pc*$\mathbf{F}_2\mathbf{PRFJ}_3\mathbf{n}_1$: sceleris $\Gamma\mathbf{gP}_2\mathbf{W}_1$ || **401** infandas $\mathbf{P}_2$*ul*, *cett. mei* : inmanes $\mathbf{P}_2$ || **402** hic Γ**g***pc***R***ul*$\mathbf{J}_3$*pc* : hinc $\mathbf{LF}_2\mathbf{PRJ}_3$*ac* : hoc $\mathbf{P}_2\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$: **F** *incert.* : huic *Barthius* | prodita $\mathbf{A}_3$: perdita* *omnes mei*

te pietas polluta rogat. si flentibus aram
405 et proprium miseris numen statuistis, Athenae,
si Pandionias planctu traxere phalangas
Inachides belloque rogos meruere maritis,
si maesto squalore comae lacrimisque senatum
in Numidas pulsus solio commouit Adherbal:
410 hunc quoque nunc Gildo, tanto quem funere mersit,
hunc doleat uenisse ducem, seseque minorem
supplicibus sciat esse tuis. quem sede fugauit,
hunc praeceps fugiat, fregit quem clade, tremescat,
agnoscatque suum, trahitur dum uictima, fratrem.'
415 haec ubi sederunt genero, notissima Marti
robora, praecipuos electa pube maniplos
disponit portuque rates instaurat Etrusco.
Herculeam suus Alcides Iouiamque cohortem
rex ducit superum, premitur nec signifer ullo
420 pondere: festinant adeo uexilla moueri.
Neruius insequitur meritusque uocabula Felix
dictaque ab Augusto legio nomenque probantes
Inuicti clipeoque animosi teste Leones.
dictis ante tamen princeps confirmat ituros
425 aggere conspicuus; stat circumfusa iuuentus
nixa hastis pronasque ferox accommodat aures:
'Gildonem domitura manus, promissa minasque
tempus agi. si quid pro me doluistis, in armis
ostentate mihi; iusto magnoque triumpho

404 pietas uiolata rogat $\mathbf{z}_1$: polluta rogat pietas $\mathbf{A}_3$ | flentibus **R***ac, cett. mei* : fletibus **R***pc*$\mathbf{P}_{11}$ || **405** si $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3\mathbf{R}_4\mu$ | statuistis numen $\mathbf{A}_3$ || **406** si $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : et $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{P}_1$ || **407** mariti $\Gamma\mathbf{A}_2\mathbf{O}_3$*pc* : maritos *Heinsius* || **408** maesto ... comae **L***ac, cett. mei* : mestus ... come **L***pc* : mesto ... gene $\mathbf{F}_{17}$: sparse ... come $\mathbf{P}_4$: moestas ... comas *Vicetina* : moesta ... coma *Clauerius* : moestae ... comae *Exc. Rubenii* : passae ... comae *Heinsius* || **409** Numidam *Gesnerus* | pulsus solio $\mathbf{F}_2$*pc***P***mg, cett. mei* : solio pulsus $\mathbf{L}_1\mathbf{Z}$*pc* : pulsus socius **P***ul* : pulsus socios $\mathbf{F}_2$*ac***P**$\mathbf{J}_6$*ac* || **410** nunc quoque **gR**$\mathbf{n}_1$ | quem tanto $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3$: tanto *om.* $\mathbf{n}_1$ || **411** hunc *omnes mei, Exc. Gyr.* (*uel Liuineius*) : nunc $\mathbf{O}_7$, *Vicetina* | fleuisse *Birt* || **413** nunc *Vicetina* | praeceps $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : princeps $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$ | quem fregit $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **414** cum $\mathbf{F}_2$**PRZ** || **415** *om. add. mg* **R** | martis $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **416** pube Γ**gL**$\mathbf{F}_2$*ul***PR**$\mathbf{W}_1$(**F**)$\mathbf{J}_3$*pc* : plebe $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$ || **417** disposuit $\mathbf{P}_2\mu$*ac* || **418** Herculiam *Cuiacii uetus* || **420–445** *suo loco om. in primo fol. suppl.* **R** || **423** leones **P***pc, cett. mei* : leonis **P***ac*$\mathbf{J}_6$*ac*$\mathbf{L}_1\mathbf{L}_3$, *Heinsius* || **424** informat $\mathbf{O}_2$ | ituros **P***sscr, cett. mei* : iturus Γ**PR** : euntes $\mathbf{g}_1$ || **428** agi $\mathbf{A}_2$*ul* : agit *cett. codd. quos noui omnes* : age *Vicetina* : adest *Exc. Gyr.* | pro me] Romae *Isengriniana mg* | meruistis $\mathbf{p}_2$, *Vicetina, Exc. Gyr.*

430 ciuiles abolete notas; sciat orbis Eous
sitque palam Gallos causa, non robore uinci.
nec uos, barbariem quamuis collegerit omnem,
terreat. an Mauri fremitum raucosque repulsus
umbonum et uestros passuri comminus enses?
435 non contra clipeis tectos gladiisque micantes
ibitis: in solis longe fiducia telis.
exarmatus erit, cum missile torserit, hostis.
dextra mouet iaculum, praetentat pallia laeua;
cetera nudus eques. sonipes ignarus habenae:
440 uirga regit. non ulla fides, non agminis ordo:
arma oneri, fuga praesidio. conubia mille;
non illis generis nexus, non pignora curae;
sed numero languet pietas. haec copia uulgi.
umbratus dux ipse rosis et marcidus ibit
445 unguentis crudusque cibo titubansque Lyaeo,
confectus senio, morbis stuprisque solutus.
excitet incestos turmalis bucina somnos,
inploret citharas cantatricesque choreas
offensus stridore tubae, discatque coactus,
450 quas uigilat Veneri, castris inpendere noctes.
  nonne mori satius, uitae quam ferre pudorem?
nam quae iam regio restat, si dedita Mauris
regibus Illyricis accesserit Africa damnis?
ius Latium, quod non Meroe rubroque solebat
455 Oceano cingi, Tyrrhena clauditur unda?
et cui non Nilus, non intulit India metas,

430 imbelles $\mathbf{p_2}$ | notas] necés $\mathbf{F_{17}L_3}$ ϑ, *Isengriniana mg* : minas $\mathbf{g_1}$*ac* | orbis $\mathbf{W_1}$*ul, cett. mei* : omnis $\mathbf{W_1J_7}$ || **432** nos **gF** | barbaries $\mathbf{W_1}$ || **433** an *cett. mei, Exc. Gyr.* : en λ : aut $\mathbf{W_1}$: haud **g***pc*(-t *ac*) | fremitum **ΓRC***?ac* : fremitus *cett. mei* | tantos- $\mathbf{W_2}$ || **434** uestros *omnes mei, Exc. Gyr.* : nostros $\mathbf{A_2G_5J_6L_{11}}$ || **435** *om. add. mg* $\mathbf{J_3}$*ma* | nec $\mathbf{F_2}$ | clipeo $\mathbf{F_{20}}$ | gladiis- **ΓRZ** : radiis- **P** : galeis- *cett. mei* : galea- $\mathbf{F_3F_{20}}$ | -ue $\mathbf{P_2R_4}$ | minantes $\mathbf{L_4P_{11}}$ || **436** solitis $\mathbf{PF_{17}}$ || **437** miserit **F**(ζ) || **438** praetentat $\mathbf{P_2}$*pc***P***pc***R***?, cett. mei* : praetentant **ΓP***ac, Exc. Gyr.* | laeuis **Γ** || **439** ignauus $\mathbf{F_{17}}$ || **440** gerit **P** | fides] acies *Halbertsma* || **441** turma (*cum* oneri) *Birt* | oneri **R***pc, cett. mei* : ouium **R***ac* : hominum $\mathbf{F_{20}}$: odio *Buecheler* || **442** illis **ΓgP**$_2$**L***ac*$\mathbf{F_2RW_1J_3}$*pc* : ullis $\mathbf{J_3}$*ac* : illi $\mathbf{n_1}$: ulli **L***pc***F** : nulli **P** | nexus generis $\mathbf{K_8}$ || **443** languet numero μ || **444** rex $\mathbf{W_1O_2}$ ϑ : *uerb. om.* **F** || **445** unguento $\mathbf{P_4}$ || **446** confractus $\mathbf{A_3}$ || **447** incestos **R***pc, cett. mei* : ingestos **R***ac, ut uid.*, **P** : infestos $\mathbf{F_3}$ || **448** cantatrices- choreas] cant. puellas $\mathbf{F_3}$: cant. cateruas $\mathbf{A_3}$: cant. sorores $\mathbf{O_3}$*ac* : ioculatricem- cohortem $\mathbf{F_{13}}$ || **449** offensas $\mathbf{O_3}$ || **450** uigilet **FZ** || **451** quam uitae $\mathbf{F_2W_1}$*pc*$\mathbf{L_{11}}$ || **452** quaenam iam **L** λ | restat regio $\mathbf{n_1q}$ | dedita *cett. mei, Exc. Frising.* : debita $\mathbf{F_2FL_3W_2}$: subdita $\mathbf{g_1}$*ac*$\mathbf{L_3}$ *gloss.* || **454** non *Heinsius* : nunc $\mathbf{F_{17}}$*ac* : tunc *cett. mei* : *uerb. om.* $\mathbf{n_1}$ || **455** iungi $\mathbf{K_6}$

Romani iam finis erit Trinacria regni?
ite recepturi, praedo quem sustulit, axem
ereptumque Notum; caput insuperabile rerum
460 aut ruet in uestris aut stabit Roma lacertis.
tot mihi debetis populos, tot rura, tot urbes
amissas: uno Libyam dependite bello.
uestros imperium remos et uestra sequatur
carbasa; despectas trans aequora ducite leges.
465 tertia iam solito ceruix mucrone rotetur
tandem funereis finem positura tyrannis.'
omina conueniunt dicto, fuluusque Tonantis
armiger a liquida cunctis spectantibus aethra
correptum pedibus curuis innexuit hydrum,
470 dumque reluctantem morsu partitur obunco,
haesit in ungue caput; truncatus decidit anguis.
ilicet auguriis alacres per saxa citati
torrentesque ruunt; nec mons aut silua retardat:
pendula ceu paruis moturae bella colonis
475 ingenti clangore grues aestiua relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo:
ordinibus uariis per nubila texitur ales
littera pinnarumque notis inscribitur aer.
ut fluctus tetigere maris, tunc acrior arsit
480 impetus; arripiunt naues ipsique rudentes
expediunt et uela ligant et cornua summis
adsociant malis; quatitur Tyrrhena tumultu
ora nec Alpheae capiunt naualia Pisae:
sic Agamemnoniam uindex cum Graecia classem

458 possidet **g**$_1$ || **459** ereptum- **P**$_2$*pc***R***mr*, *cett. mei* : erectum- **gP**$_2$*ac***n**$_1$ || **460** nostris **F**$_2$**K**$_6$**Z** || **461** rura **ΓP**$_2$**LPRFJ**$_3$**n**$_1$: iura **gF**$_2$**R***ul***W**$_1$**J**$_6$**J**$_7$: regna **G**$_5$ || **462** unam *Birt* | dependite *Goodyear* : defendite *codd.* || **463** sequetur **J**$_7$*ac***L**$_{11}$ || **465** solito ceruix **ΓL***pc***PRF** : ceruix solito **gP**$_2$**F**$_2$**W**$_1$**J**$_3$**n**$_1$: ceruix subito **O**$_3$*ul* || **466** *om. add. mg* **g** | ruinis **P**$_2$**P**$_1$ **σ** || **467** omina **R***?pc?***F***pc*, *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : omnia **Γn**$_1$ | dictu **Γ** : dictis **F**$_2$ || **468** a liquida **ΓP**$_2$: ab liquida **g***?ac* : ad liquida **L**$_1$: ad liquidam **LF**$_2$*sscr***PRFJ**$_3$**n**$_1$: ad liquidum **g***pc* : obliquam **F**$_2$(**W**$_1$) | cuneis *Heinsius* | aethra **Γg**(*ut uid.*)**P**$_2$**W**$_1$: aethram **LF**$_2$(**P**)**RFJ**$_3$**n**$_1$ || **469** collectum **gP**$_2$**W**$_1$**J**$_3$: arrectam **K**$_6$ | pedibus curuis **R***ul*, *cett. mei* : ped. saeuis **LP***pc***R** : curuis ped. **F**$_3$ | hydram **K**$_6$: anguem **F**$_{17}$ || **470** abunco **W**$_1$: adunco* **gG**$_5$**K**$_6$: acerbo **Lλ** || **472** citati **W**$_1$*ul*, *cett. mei* : rotati **W**$_1$ || **473** nec . . . aut **ΓLPRFλ** : non . . . non* **gP**$_2$**F**$_2$**W**$_1$**J**$_3$**n**$_1$: non . . . aut **Z** || **474** sic *Exc. Gyr.* || **475** clangore **ΓPR** : clamore *cett. mei* || **476** pro **F**$_2$ || **477** ales **R***ac* : alis **R***pc*, *cett. mei* || **478** pennatis- **G**$_5$ | notas **L**$_1$ | conscribitur* **PRZ** || **479** ardet **F**$_3$ || **481** exsoluunt **Γ**$_1$*mg* | ligant **F**$_2$*ul***R***ul***FJ**$_3$: legunt **F**$_2$**R**, *cett. mei* || **484** agamemnonias . . . classes **Z**

485 solueret, innumeris feruebat uocibus Aulis.
non illos strepitus inpendentisque procellae
signa nec aduentus dubii deterruit Austri.
'uellite iam, socii' clamant, 'iam uellite funem.
per uada Gildonem quamuis aduersa petamus,
490 ad bellum nos trudat hiemps per deuia ponti:
quassatis cupio tellurem figere rostris.
heu nimium segnes, cauta qui mente notatis
si reuolant mergi, graditur si litore cornix!
ora licet maculis asperserit occiduus Sol
495 Lunaque conceptis liuescat turbida Coris
et contusa uagos iaculentur sidera crines,
imbribus umescant Haedi nimbosaque Taurum
ducat Hyas totusque fretis descendat Orion:
certa fides caeli, sed maior Honorius auctor.
500 illius auspiciis inmensa per aequora miles,
non Plaustris Arctoue regor. contemne Booten,
nauita, turbinibus mediis permitte carinas.
si mihi tempestas Libyam uentique negabunt,
Augusti Fortuna dabit.'
iam classis in altum
505 prouehitur; dextra Ligures, Etruria laeua
linquitur et caecis uitatur Corsica saxis.
humanae specie plantae se magna figurat
insula (Sardiniam ueteres dixere coloni),
diues ager frugum, Poenos Italosue petenti

487 neque $\mathbf{F}_3$ | perterruit $\mathbf{F}_{17}\mathbf{K}_6$ || 488 uellite iam socii clamant iam uellite *e lectionibus codicum* $\mathbf{P}_{10}$**PR** *restitui* : uellite iam socii clamant aut rumpite $\mathbf{P}_{10}$: uellite proclamant socii iam uellite $\mathbf{PRL}_3\mathbf{P}_{12}\mathbf{Z}$: uellite proclamant socii dissoluite $\mathbf{F}_{17}$: soluite proclamant socii iam uellite **R***ul* : soluite iam clamant socii iam uellite **L** *λ* : soluite iam socii clamant aut rumpite *Γ*$\mathbf{gP}_2$*pc*$\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: soluite iam clamant socii aut rumpite $\mathbf{P}_2$*ac* : soluite proclamant socii aut rumpite **F**. *alias uersiones aliosque testes in Prolegom. rettuli* || 489 sequamur *ζac* || 490 trudat *Γ*(**L**)$\mathbf{F}_2$ *sscr***PRF***pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: trudit $\mathbf{gP}_2\mathbf{F}_2$**P***sscr*$\mathbf{W}_1$**F***ac* | deuia] -que auia **RF** : cerula $\mathbf{p}_4$ || 492 capta $\mathbf{F}_2\mathbf{O}_3$*mg* : timida $\mathbf{P}_{10}$, *Camers* || 493 reuolent $\mathbf{z}_1$*pc* : uolitant $\mathbf{J}_7$*pc* || 494 asperserit *Γ*$\mathbf{P}_2$*pc***LPRW**$_1$*ul***F**$\mathbf{J}_3$: aspexerit $\mathbf{gP}_2$*ac*$\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{W}_1$: asperxerit $\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{n}_1$: consperserit $\mathbf{K}_8$: conspexerit $\mathbf{J}_6$ | assiduus $\mathbf{F}_3$ || 495 turbida **P***pc***RFZ** : turgida **R***ul, cett. mei* | c(h)oris] auris **R** : uentis $\mathbf{L}_4\mathbf{Z}$: Cauris *Jeep* || 496 contusa $\mathbf{gP}_2\mathbf{F}_2\mathbf{J}_3$, *Exc. Gyr.* : confusa $\mathbf{n}_1$: concussa *Γ***LP***pc***RW**$_1$**F** || 497 imbrique *Birt* || 498 totis- $\mathbf{P}_2$ || 501 arctoue $\mathbf{gP}_2\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$: arctoque* *cett. mei, Exc. Gyr.* | regor **R***ac, cett. mei* : regar **R***pc*$\mathbf{J}_3$ || 502 conmitte **F** : inmitte *'unus Heins.' ap. Burmannum* || 506 caecis $\mathbf{F}_2$ *pc*$\mathbf{J}_3$ *ul, cett. mei* : cesis $\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{J}_3\mathbf{G}_5$*ac* : celsis *Heinsius* || 507 specie $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : speciem $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1\mathbf{F}_{17}$*ac* : in speciem $\mathbf{F}_{17}$*pc, Cuiacii uetus* || 508 sardoniam **L** *λ* : Sardoam *Heinsius* || 509 italosque $\mathbf{FF}_{20}$*ζ*

510 opportuna situ: quae pars uicinior Afris,
plana solo, ratibus clemens; quae respicit Arcton,
inmitis, scopulosa, procax, subitisque sonora
flatibus: Insanos infamat nauita montes.
hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aer
515 saeuit et exclusis regnant Aquilonibus Austri.
quos ubi luctatis procul effugere carinis,
per diuersa ruunt sinuosae litora terrae.
pars adit antiqua ductos Karthagine Sulcos;
partem litoreo conplectitur Olbia muro.
520 urbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
tenditur in longum Caralis tenuemque per undas
obuia dimittit fracturum flamina collem;
efficitur portus medium mare, tutaque uentis
omnibus ingenti mansuescunt stagna recessu.
525 hanc omni petiere manu prorisque reductis
suspensa Zephyros expectant classe fauentes.

510 Afris] astris $\mathbf{FP}_{11}$: austris $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$, *Exc. Gyr.* || **513** flatibus $\mathbf{F}_2$*ul* **R**, *cett. mei* : fluctibus $\mathbf{F}_2\mathbf{R}$*ul* **F** || **514** *om. add. mg* **R** | hinc . . . hinc $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{LF}_2\mathbf{PR}$*mg* $\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$: hic . . . hinc **g** : hic . . . hic $\mathbf{G}_5$: hic . . . si $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$: hic . . . sic *Platnauer* : hic . . . tam *Ker* : inde . . . hinc *Olechowska* | pestis et *ul ed. Antuerp. ap. Burmannum* || **515** *om. add. mg* **R** || **516** quos ut $\mathbf{W}_1\,\vartheta$ | iactatis *Exc. Gyr.* | simul $\mathbf{K}_6$ || **517** *om. add. mg* $\mathbf{F}_2$ || **518** sulcos $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{PRZ}$*ac* λ, *Exc. Gyr.*, *Isengriniana*, *Cuiacii uetus* : muros *cett. mei* || **519** *om. add. mg* $\mathbf{J}_3$ | olbia **R***ac* $\mathbf{K}_4$, *Exc. Gyr.*, *Cuiácii uetus* : oliuia $\mathbf{C}_1$: obuia **R***pc*, *cett. mei* || **520** parenti $\boldsymbol{\Gamma}$ || **521** geminumque *uel* laeuumque *Birt* | undam **g** || **522** fracturum **R***pc* $\mathbf{W}_1$*pc*, *cett. mei* : facturum **PR***ac* $\mathbf{W}_1$*ac* | flumina $\mathbf{K}_6\mathbf{L}_1\mathbf{P}_1$, *Exc. Gyr.* || **523** raptaque $\mathbf{A}_2$

codicum subscriptiones: claudiani de bello gildonico explicit $\boldsymbol{\Gamma}$: claudiani de bello gildonis explicit **P** : explicit de bello gildonis **R** : explicit liber in gildonem $\mathbf{V}_4$: deest sequens liber de gildone et desideratur finis temporum iniuria *Exc. Laeti* : desiderantur reliqua *Aldina*

16

PANEGYRICI DICTI MALLIO THEODORO CONSVLI

PRAEFATIO

Audebisne, precor, doctae subiecta cateruae,
  inter tot proceres, nostra Thalia, loqui?
nec te fama uetat, uero quam celsius auctam
  uel seruasse labor uel minuisse pudor?
5 an tibi continuis creuit fiducia castris
  totaque iam uatis pectora miles habet?
culmina Romani maiestatemque senatus
  et, quibus exultat Gallia, cerne uiros.
omnibus audimur terris mundique per aures
10 ibimus. ah nimius consulis urget amor!
Iuppiter, ut perhibent, spatium cum discere uellet
  naturae, regni nescius ipse sui,
armigeros utrimque duos aequalibus alis
  misit ab Eois Occiduisque plagis.

16 1–20 $\mathbf{gP_2}$, **L**, $\mathbf{F_2P}$, **R**, $\mathbf{W_1}$, $\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$

codicum inscriptiones: prologus libri octaui **g** : liber tertius decimus. de secundo consulatu theodosii $\mathbf{F_2}$*mr* : incipit penagericus dictus thodoro prefatio $\mathbf{PL_1}$ (*nisi quod* pangericus *legitur*) : incipit de consulatu manlii teodori **R** : prefacio in librum duodecimum $\mathbf{W_1}$: prologus ad librum sequentem de secundo consulatu teodori $\mathbf{J_3}$*ma* : incipit panagericus dictus theodoro consuli prefatio $\mathbf{CO_7}$: prefatio panagerici dicti theodoro consuli $\mathbf{L_3}$: incipit paneguricus dictus theodoro consuli praefatio *Exc. Flor.*

16 1 doctae **R***ul, cett. mei* : tantae **R** || 3 non $\mathbf{P_{10}}$ | uero quam $\mathbf{P_2LF_2PRW_1F_{17}J_3}$: quam uero $\mathbf{Fn_1}$: poterit quam $\mathbf{P_2}$*ul* : **g** *incert.* : merito quam *Birt* | auctam $\mathbf{RW_1}$*ac***F**, *Exc. Flor.* : actam $\mathbf{gP_2}$*pc*$\mathbf{LF_2PW_1}$*pc*$\mathbf{F_{17}J_3n_1}$: auctor $\mathbf{P_2}$*ac* : altam $\mathbf{W_2}$: aptam ϑ || 4 seruare $\mathbf{p_2}$, *Par. 15155* || 5 an **P***ac, cett. mei* : en $\mathbf{P_{11}}$: at **P***pc*$\mathbf{O_3}$: dum $\mathbf{P_2}$: non $\mathbf{O_2}$: num $\mathbf{p_4}$ || 7 lumina *Cuiacii uetus* || 9 auditi *Heinsius* || 10 nimium *Heinsii Iunianus* | urget $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : urit $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul* || 11 dum $\mathbf{F_{17}}$ || 12 conscius $\mathbf{PW_1L_3}$

15 Parnasus geminos fertur iunxisse uolatus;
contulit alternas Pythius axis aues.
princeps non aquilis terram cognoscere curat;
certius in uobis aestimat imperium.
hoc ego concilio collectum metior orbem;
20 hoc uideo coetu quidquid ubique micat.

17

PANEGYRICVS DICTVS MALLIO THEODORO CONSVLI

Ipsa quidem Virtus pretium sibi, solaque late
Fortunae secura nitet nec fascibus ullis
erigitur plausuue petit clarescere uulgi.
nil opis externae cupiens, nil indiga laudis,
5 diuitiis animosa suis inmotaque cunctis
casibus ex alta mortalia despicit arce.
hanc tamen inuitam blande uestigat et ultro
ambit Honos. docuit totiens ad rura profectus
lictor et in mediis consul quaesitus aratris.
10 te quoque naturae sacris mundique uacantem,
emeritum pridem desudatisque remotum

17 1–340 **gP$_2$, L, F$_2$P, R, W$_1$, FF$_{17}$J$_3$n$_1$**

16 17 terras **A$_2$**, *Exc. Flor.* : mundum **P$_4$** || 18 uobis **R***ac, Exc. Flor.* : nobis **R***pc, cett. mei* : notis *Birt* || 19 concilio **P***pc, cett. mei* : consilio **P$_2$P***ac* || 20 ubique **gLF$_2$PRW$_1$FF$_{17}$** : in orbe **P$_2$R***ul***J$_3$n$_1$P$_{11}$q** | micat **W$_1$***sscr, cett. mei* : meat **W$_1$** : iacet **Z**

codicum inscriptiones: incipit liber octauus **g** : incipit liber duodecimus. panagericus dictus theodoro consuli **W$_1$** : liber de secundo consulatu theodori **J$_3$***ma* : panagericus dictus theodoro consuli **L$_3$** : de consulatu mallii theodori **A$_2$**

17 2 nitet **F**?**n$_1$***pc, cett. mei* : uiret **F$_2$** : uiget *Abrinc. 135* | fascibus **g**?**F$_2$***ul***R W$_1$F**?**n$_1$** : fastibus **P$_2$LF$_2$PF$_{17}$J$_3$** || 3 -ue **g***pc***LF$_2$PW$_1$FF$_{17}$J$_3$n$_1$** (*in ras.*) : -que **g***ac***P$_2$RO$_2$** | petit **F$_{17}$***ul, cett. mei* : tumet **F$_{17}$** || 4 nil[2] **F$_{17}$***ul, cett. mei* : nihil **P$_2$ F$_{20}$**, *Flor. Gall.* : non **F$_{17}$** || 7 hanc tamen **g***pc***LF$_{17}$***sscr***n$_1$** : et tamen **R** : attamen **P$_2$F$_2$PW$_1$FF$_{17}$J$_3$** : ast tamen **μ** || 8 decuit *Heinsius* | ad rura *Cuiacius* : a rure *omnes mei* : a iure **P$_{11}$** : a rupe **F$_{20}$***ac***W$_2$***ac, Clauerius* : in rura *Goodyear* || 9 ductor *uel* uictor *Burmannus* | quaesitus consul* **gP$_2$R**, *Exc. Flor.* || 11 *om. add. mg* **J$_3$***ma*

iudiciis, eadem rursus conplexa potestas
euehit et reducem notis inponit habenis.
accedunt trabeae: nil iam, Theodore, relictum,
15 quo uirtus animo crescat uel splendor honori:
culmen utrumque tenes.
                                        talem te protinus anni
formauere rudes, et dignum uita curuli
traxit iter primaeque senes cessere iuuentae.
iam tum canities animi, iam dulce loquendi
20 pondus et attonitas sermo qui duceret aures.
mox undare foro uictrix opulentia linguae
tutarique reos. ipsa haec amplissima sedes
orantem stupuit, bis laudatura regentem.
hinc te pars Libyae moderantem iura probauit,
25 quae nunc tota probat; longi sed pignus amoris
exiguae peperere morae populumque clientem
publica mansuris testantur uocibus aera.
inde tibi Macetum tellus et credita Pellae
moenia, quae famulus quondam ditauit Hydaspes;
30 tantaque commissae reuocasti gaudia genti
mitibus arbitriis, quantum bellante Philippo
floruit aut nigri cecidit cum regia Pori.
    sed non ulterius te praebuit urbibus aula:
maluit esse suum. terris edicta daturus,
35 supplicibus responsa, uenis. oracula regis
eloquio creuere tuo, nec dignius umquam
maiestas meminit sese Romana locutam.
hinc sacrae mandantur opes orbisque tributa
possessi, quidquid fluuiis euoluitur auri,

12 rursum $\mathbf{gP_2n_1O_3P_{11}q}$, *Exc. Flor.* || 14 accrescunt $\boldsymbol{\mu}$ | iam nil $\boldsymbol{\mu}$ | relictum est $\boldsymbol{\mu}$ || 15 animo] campo *Paul* | honori $\boldsymbol{\mu}$*ul*, *Wakefield*, *Birt* : honore *omnes mei* || 17 formauere $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : firmauere $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul* || 18 traxit] strauit *Heinsius* : rexit *Burmannus* : carpsit *Schraderus* : triuit *Birt* : struxit *Koch* || 20 redderet $\mathbf{P_2}$ || 23 post *Birt* || 25 quem nunc* $\mathbf{F_2PW_1F_{17}q}$ | tenet $\mathbf{K_4}$*mg* || 27 mansuris $\mathbf{gP_2F_2}$*ul*$\mathbf{RFF_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3n_1}$: mansuetis $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{LF_2PR}$*ul*$\mathbf{W_1F_{17}}$*pc* | aera $\mathbf{F_2R}$*pc*$\mathbf{n_1}$*ul*, *cett. mei* : aere **R***ac* : ora $\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{n_1}$ || 28 credita $\mathbf{P_2}$*ul*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : condita $\mathbf{P_2n_1F_{20}q}$ || 29 *om. add. mg* **P** | quondam famulus **L** || 30 reuocasti **R**, *cett. mei* : renouasti **R***ul***F***pc* : ditasti **F***ac* | gentis $\boldsymbol{\Gamma_1\sigma}$ || 31 quantum] quam tum **g** : quam cum *Hall* || 32 gloria $\mathbf{C_1K_6L_4}$ | regis $\mathbf{L_4}$ || 35 uenis] uiris $\mathbf{n_1}$: reis *Heinsius* | regum $\mathbf{F_3}$ || 36 colloquio $\mathbf{F_3}$ || 38 mandantur $\mathbf{P_2}$*ul***P**, *cett. mei* : moderantur $\mathbf{P_2P}$*mg*$\mathbf{O_2O_3}$*ac*

40 quidquid luce procul uenas rimata sequaces
abdita pallentis fodit sollertia Bessi.
ac uelut expertus lentandis nauita tonsis
praeficitur lateri custos; hinc ardua prorae
temperat et fluctus tempestatesque futuras
45 edocet; adsiduo cum Dorida uicerit usu,
iam clauum totamque subit torquere carinam:
sic cum clara diu mentis documenta dedisses,
non te parte sui, sed in omni corpore sumpsit
imperium cunctaque dedit tellure regendos
50 rectores. Hispana tibi Germanaque Tethys
paruit et nostro diducta Britannia mundo,
diuersoque tuas coluerunt gurgite uoces
lentus Arar Rhodanusque ferox et diues Hiberus.
o quotiens doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
55 quod te non geminis frueretur iudice ripis!
unius fit cura uiri, quodcumque rubescit
occasu, quodcumque dies deuexior ambit.
tam celer adsiduos expleuit cursus honores:
una potestatum spatiis interfuit aetas
60 totque gradus fati iuuenilibus intulit annis.
postquam parta quies et summum nacta cacumen
iam secura petit priuatum gloria portum,
ingenii redeunt fructus aliique labores
et uitae pars nulla perit: quodcumque recedit

40 uenas . . . sequaces $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : uenas . . . sequacis $\mathbf{P}_{2}\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{P}_{10}$*ac*$\mathbf{P}_{11}$: **g** *incert.* : uenae . . . sequacis *Schraderus* || **41** fallacis $\mathbf{F}_{17}$ || **42** expertus **g***gloss.*, *Barthius, Heinsius* : exertus **RF***ul, cett. mei, Exc. Flor.* : ereptus **R***ul* : erectus **R***ul***F** : excitus $\mathbf{A}_{2}$, *Vicetina* : electus *Heinsius* || **44** futuras $\mathbf{gP}_{2}$**P***ul*$\mathbf{RW}_{1}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_{3}\mathbf{n}_{1}$: sonoras $\mathbf{LF}_{2}$**P***pc***R***ul***F** || **45** praedocet *Heinsius* || **47** mentis $\mathbf{RF}_{20}$, *Exc. Flor. mg* : rerum* *cett. mei* | dedisses $\mathbf{gLF}_{2}$*mg***P***sscr*$\mathbf{RFF}_{17}$*sscr*$\mathbf{J}_{3}\mathbf{n}_{1}$: dedisset $\mathbf{P}_{2}\mathbf{F}_{2}\mathbf{PW}_{1}\mathbf{F}_{17}$ || **48** sui **g***?pc?***LP***sscr*$\mathbf{n}_{1}$: sua **P**, *cett. mei, Exc. Flor.* | sumpsit $\mathbf{gF}_{2}\mathbf{RW}_{1}\mathbf{FF}_{17}\mathbf{J}_{3}\mathbf{n}_{1}$, *Exc. Flor.* : sensit $\mathbf{LP}_{2}\mathbf{K}_{6}\lambda$: subdit ζ : fudit $\mathbf{F}_{2}$*ul* **P** | *uers. ita refecit* $\mathbf{P}_{2}$: non sensit te parte sua sed corpore in omni (*sscr* toto) || **50** ductores $\mathbf{gF}_{20}$ || **52** *om.* $\mathbf{W}_{1}$ || **53** -que ferox $\mathbf{gP}_{2}$*ul*$\mathbf{RF}_{20}\mathbf{O}_{2}$, *Exc. Flor.* : -que celer $\mathbf{P}_{2}$**R***ul, cett. mei* : uelox *Wakefield* || **54** rhenus doluit **L** || **55** uindice $\mathbf{P}_{1}$, *Scriuerius* || **56** sit $\mathbf{W}_{1}\mathbf{J}_{3}$ | tepescit *Schraderus* || **57** occasu $\mathbf{gP}_{2}$*ul***P***pc***RF**, *Iuntina* : occasus $\mathbf{P}_{2}\mathbf{LF}_{2}$**P***ac*$\mathbf{W}_{1}\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_{1}$: occasum *Exc. Flor.* : oceanus $\mathbf{J}_{3}\mathbf{Z}$ || **58** *post* **59** *transponere uoluit Seeck* : **59** *del. Hertel, in parenthesi posuit Buecheler* || **59** interfuit **R**, *cett. mei* : interfluit $\mathbf{P}_{14}$: interuenit **R***ul* | aestas *Exc. Flor., Exc. Gyr.* || **60** fati $\mathbf{P}_{2}$, *cett. mei* : fatum $\mathbf{P}_{2}$*ul* : fastis *Mommsen* | iuuenalibus *Exc. Flor.* || **62** tenet $\mathbf{W}_{2}$ || **63** fructus **g***ac*$\mathbf{P}_{2}$*ul*$\mathbf{F}_{2}\mathbf{RF}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_{3}$*ac* : fluctus **g***pc*$\mathbf{P}_{2}\mathbf{LF}_{2}$*ul***PR***ul*$\mathbf{W}_{1}\mathbf{FF}_{17}$*pc*$\mathbf{J}_{3}$*pc*$\mathbf{n}_{1}$ | alii- $\mathbf{P}_{2}\mathbf{F}_{2}$*pc, cett. mei* : animi- $\mathbf{P}_{2}$*ul* : studii- *Camers* (*appendix*) || **64** quocumque $\mathbf{n}_{1}\mathbf{P}_{11}$*ac* : quaecumque *Birt* | recidit *Heinsius*

65 litibus, incumbit studiis, animusque uicissim
aut curam inponit populis aut otia Musis.
omnia Cecropiae relegis secreta senectae
discutiens, quid quisque nouum mandauerit aeuo
quantaque diuersae producant agmina sectae.
70 namque aliis princeps rerum disponitur aer;
hic confidit aquis; hic procreat omnia flammis.
alter in Aetnaeas casurus sponte fauillas
dispergit reuocatque deum rursusque receptis
nectit amicitiis quidquid discordia soluit.
75 corporis hic damnat sensus uerumque uideri
pernegat. hic semper lapsurae pondera terrae
conatur rapido caeli fulcire rotatu
accenditque diem praerupti turbine saxi.
ille ferox unoque tegi non passus Olympo
80 inmensum per inane uolat finemque perosus
parturit innumeros angusto pectore mundos.
hi uaga collidunt caecis primordia plagis;
numina constituunt alii casusque relegant.
Graiorum obscuras Romanis floribus artes
85 inradias, uicibus gratis formare loquentes
suetus et alterno uerum contexere nodo.
quidquid Socratico manauit ab ordine, quidquid
docta Cleantheae sonuerunt atria turbae,
inuentum quodcumque tuo, Chrysippe, recessu,
90 quidquid Democritus risit dixitque tacendo
Pythagoras, uno se pectore cuncta uetustas
condidit et maior collectis uiribus exit.
ornantur ueteres, et nobiliore magistro

membra negant; aurum, uestes, arcana tueri
mens infida uetat; quis enim committere uellet
130 lenoni thalamum?), tandem ceu funus acerbum
infaustamque suis trusere penatibus umbram.
contemptu iam liber erat: sic pastor obesum
lacte canem ferroque ligat pascitque reuinctum,
dum ualidus seruare gregem uigilique rapaces
135 latratu terrere lupos; cum tardior idem
iam scabie laceras deiecit sordidus aures,
soluit et exuto lucratur uincula collo.
  est ubi despectus nimius iuuat. undique pulso
per cunctas licuit fraudes inpune uagari
140 et fatis aperire uiam. pro quisquis Olympi
summa tenes, tantone libet mortalia risu
uertere? qui serui non est admissus in usum,
suscipitur regnis, et quem priuata ministrum
dedignata domus, moderantem sustinet aula.
145   ut primum uetulam texere palatia uulpem,

120 abdidit $\mathbf{n}_1$*pc*$\mathbf{q}$ | ori *Heinsius* || **121** luxuriae . . . suae] ludibrio . . . suo *Schraderus* : luxurie . . . sua *Mommsen* | tum $\mathbf{F}_{20}$ || **122** domini $\mathbf{C}_1$: domino $\mathbf{P}_{13}$ || **123** discolor $\mathbf{FP}_{10}$*pc* μ*ul, Escor. Q. I. 14* | decursu $\mathbf{g}_1\mathbf{L}_1$*ac*$\mathbf{P}_{11}\mathbf{S}_3$ || **126** et] ut $\mathbf{F}_{20}$: cum **F** : qui *Heinsii Iunianus* | in stipite $\mathbf{J}_3$*ul, cett. mei, Exc. Flor.* : in caespite $\mathbf{gJ}_3\mathbf{A}_2\mathbf{CS}_3$: e stipite *Heinsius* || **127** uel] aut $\mathbf{n}_1\mathbf{C}_1\mathbf{P}_{10}$*ul* : et $\mathbf{g}_1$*ul, Escor. Q. I. 14* : bene $\mathbf{F}_2\mathbf{P}_{10}\zeta$ | scindere $\mathbf{g}_1$*ul* || **128** arcana *omnes mei, Exc. Frising.* : arcamque *Burmannus* || **129** uetat *cett. mei, Exc. Frising.* : negat $\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_2\mathbf{W}_1$ || **131** infestam- μ | trusere $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : misere $\mathbf{gP}_2$*ul*$\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{F}_3\mathbf{J}_7$: struxere **Z** || **133** lacte *omnes mei, Exc. Flor.* : fune $\mathbf{W}_2$*ma* : uecte *Heinsius* | religat *Jeep* | poscit- Γ || **134** ualidoque **Z** || **136** deiecit *omnes mei, Exc. Flor.* : demisit $\mathbf{p}_2$, *Exc. Laeti, Vicetina* | sordidus $\mathbf{P}_2\mathbf{PRP}_{10}$*ul* : sordibus *cett. mei* || **137** soluitur *Wakefield, Birt* | exusto ϑ, *Wakefield* | lucratus *Birt* || **138** ubi] ut *Heinsii Iunianus* | iuuet *Heinsius* || **139** licuit $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : -que licet $\mathbf{J}_3$*ac* : liceat $\mathbf{A}_3$ || **140** fastis **RZ***ac* | uias $\mathbf{P}_{13}$ || **141** tantone libet $\Gamma\mathbf{gFJ}_3\mathbf{n}_1$: tantone licet $\mathbf{W}_1$: tanto libuit* $\mathbf{LF}_2\mathbf{PR}$: tanto licuit $\mathbf{P}_2$ | risu **R***pc, cett. mei* : nisu **R***ac, Heinsius* || **142** uertere] uoluere $\mathbf{P}_1$: soluere *Heinsius* | commissus **F** | in **g***pc?*$\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : ad $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{FJ}_3$ || **143** ministrum est *Flor. Gall.* || **144** sustinet] sustulit **Z** : suscipit $\mathbf{L}_{11}$ || **145** cum μ | texere **R***ac, cett. mei* : traxere* **LR***pc*$\mathbf{FP}_{10}\lambda$

quis non ingemuit? quis non inrepere sacris
obsequiis doluit totiens uenale cadauer?
ipsi quin etiam tali consorte fremebant
regales famuli, quibus est inlustrior ordo
150 seruitii, sociumque diu spreuere superbi.
 cernite, quem Latiis poscant adnectere fastis:
cuius et eunuchos puduit! sed uilior ante
obscurae latuit pars ignotissima turbae,
donec Abundanti furiis – qui rebus Eois
155 exitium primoque sibi produxit – ab imis
euectus thalamis summos inuasit honores.
quam bene dispositum terris, ut dignus iniqui
fructus consilii primis auctoribus instet!
sic multos fluuio uates arente per annos
160 hospite qui caeso monuit placare Tonantem
inuentas primus Busiridis imbuit aras
et cecidit saeui, quod dixerat, hostia sacri;
sic opifex tauri tormentorumque repertor,
qui funesta nouo fabricauerat aera dolori,
165 primus inexpertum Siculo cogente tyranno
sensit opus docuitque suum mugire iuuencum.
nullius Eutropius, quam qui se protulit, ante
direptas possedit opes nullumque priorem
perculit exilio solumque hoc rite peregit,

146 inrepere $\mathbf{P}_2$*ul***F***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : irrumpere $\mathbf{P}_2\mathbf{n}_1$: obrepere $\mathbf{F}_3\,\mu$ || **148** tremebant $\mathbf{n}_1$*pc* || **150** seruitii $\mathbf{P}_2$*pc***P***pc, mg,* **R***pc, cett. mei* : seruitiis $\mathbf{P}_2$*ac* **R***ac*$\mathbf{O}_2$: seruitus **P***ac* : seruitium $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{O}_2$*ul* | diu $\mathbf{F}_2$, *cett. mei, Exc. Flor.* : sibi* $\mathbf{F}_2$*ul* $\mathbf{n}_1$**q** || **151** latiis poscant **P***pc, cett. mei* : poscant latiis $\mathbf{F}_2$: poscunt latiis $\mathbf{P}_{10}$: latiis certent $\mathbf{A}_2$ | fastis **R**, *cett. mei* : fata **R***ul* || **152** cuius *omnes mei, Exc. Flor.* : huius *Birt* || **154** anhelanti *Exc. Gyr.* || **155** exitio *Jeep* | primo- **gR***ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$: primum-* $\mathit{\Gamma}\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{J}_3$*pc* | produxit *cett. mei, Exc. Flor.* : perduxit $\mathbf{n}_1\mathbf{O}_7$*?* | imo *Paul* || **156** euectus $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : eiectus **L***?ac*$\mathbf{G}_5\mathbf{z}_1$ | thalamis] stabulis $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3$ **Z***ac* : tabulis $\mathbf{L}_{11}$, *Heinsius* : thalami *Wakefield, Paul* | summorum *Birt* | euasit **Z** || **157** est *post* dispositum *add.* $\mathbf{J}_3$*mr* | Parcis *Wakefield* | ut dignus iniqui $\mathit{\Gamma}$**g** *pc*$\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$*pc***P***pc***R***pc*$\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: ut dignus iniquis **g***ac*$\mathbf{F}_2$*ac***P***ac***R***ac*$\mathbf{W}_1$: latioque potenti $\mathbf{L}_1$ || **158** auxilii fructus $\mathbf{K}_4$ | instet $\mathbf{J}_3$, *cett. mei* : instat $\mathbf{K}_6$: obsit $\mathbf{J}_3$*ul* || **159** multos fluuio uates] fluuio multos uates **L** : uates fluuio multos $\mathbf{F}_{19}$ || **160** mouit *Heinsii Iunianus* : docuit *Flor. Gall.* || **161** primus $\mathit{\Gamma}$**gP***pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Gyr.* : primum $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$**P***ac***R** || **162** saeui cecidit $\mathbf{J}_3\,\mu$ | quod] qui* $\mathbf{F}_{17}\mathbf{L}_3$*pc, Isengriniana mg* : quo *Vgoletus* | dixerat] struxerat *Burmannus* : finxerat *Hall* || **167** se pretulit *Exc. Flor.* : sibi protulit $\mathbf{K}_6$: sibi profuit *Delrius* || **168** directas $\mathbf{n}_1\mathbf{O}_7$*ac* : deceptas $\mathbf{P}_1$: ereptas $\mathbf{O}_2$: dereptas *Burmannus* || **169** pertulit $\mathbf{P}_2\mathbf{n}_1$ | exitio **g** | rite **R***pc, cett. mei* : ire **R***ac* : iure $\mathbf{F}_3$*ul*

170 auctorem damnare suum.
postquam obsitus aeuo
semiuir excelsam rerum sublatus in arcem,
quod nec uota pati nec fingere somnia possent,
uidit sub pedibus leges subiectaque colla
nobilium tantumque sibi permittere fata,
175 qui nihil optasset plus libertate mereri,
iam iam dissimulat dominos alteque tumescunt
seruiles animi. procerum squalore repletus
carcer et exulibus Meroe campique gemiscunt
Aethiopum; poenis hominum plaga personat ardens;
180 Marmaricus claris uiolatur caedibus Hammon.
asperius nihil est humili cum surgit in altum:
cuncta ferit dum cuncta timet, desaeuit in omnes
ut se posse putent, nec belua taetrior ulla
quam serui rabies in libera terga furentis;
185 agnoscit gemitus et poenae parcere nescit,
quam subiit, dominique memor quem uerberat odit.
adde quod eunuchus nulla pietate mouetur
nec generi natisue cauet. clementia cunctis
in similes, animosque ligant consortia damni;
190 iste nec eunuchis placidus.
sed peius in aurum
aestuat; hoc uno fruitur succisa libido.
quid neruos secuisse iuuat? uis nulla cruentam
castrat auaritiam. paruis exercita furtis
quae uastare penum neclectaque sueuerat arcae

170 oblitus $\mathbf{F}_2$*pc* || **172** nec[1] *cett. mei, Exc. Frising.* : non $\mathbf{J}_3$ | pati *omnes mei, Exc. Frising.* : satis *Isengriniana mg* : alii *Birt* | fingere somnia *cett. mei, Exc. Frising.* : somnia fingere* $\mathbf{\Gamma F}_2$ | possent $\mathbf{F}_{17}$*?ac* μ, *Heinsius* : possint $\mathbf{F}_2$*sscr, Heinsius* : possunt $\mathbf{F}_2$, *cett. mei, Exc. Frising.* || **173** reges *Heinsius* | calcata- *Flor. Gall.* || **174** promittere $\mathbf{g\Gamma}_1$ μ || **175** nil $\mathbf{FL}_{11}\mathbf{W}_2$ || **176** alto- *Exc. Laeti* || **177** repletus $\mathbf{\Gamma P}_2$*ac*$\mathbf{LF}_2\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{Rn}_1$: repletur $\mathbf{gP}_2$*pc*$\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3$ || **179** hominum] nimium *Mommsen* | arens *Heinsius* || **180** marmoricus $\mathbf{W}_1\mathbf{Fn}_1\mathbf{P}_1\mathbf{W}_2\mathbf{Z}$*ul* || **181** cum surgit ($\mathbf{W}_1$), *cett. mei* : cum surgat $\mathbf{\Gamma}$, *Exc. Flor.* : dum surgit $\mathbf{P}_1$: dum tendit **F** || **183** ut] dum *Exc. Geuart.* | taetrior] tristior $\mathbf{J}_3$: saeuior $\mathbf{Fz}_1$ μ*pc* | ulla **g***?ac, cett. mei, Exc. Flor.* : ulla est **g***pc?*$\mathbf{n}_1\mathbf{F}_3\mathbf{L}_4\mathbf{L}_{11}\mathbf{O}_2$ || **184** colla $\mathbf{F}_2\mathbf{FF}_3\mathbf{F}_{17}\mathbf{K}_6$*ul* | ruentis *Wakefield* || **185** sed $\mathbf{O}_2$ || **186** quem] quos $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$, *Par. 13582* || **188** nec] non $\mathbf{G}_5\mathbf{J}_6$: nam **g** | generi **P***pc***R***pc, cett. mei* : generis **gP***ac***R***ac* | natisue *cett. mei, Exc. Flor.* : -que $\mathbf{W}_1$ $\mathbf{n}_1\mathbf{Z}$, *Par. 13582* | cauet] caret **g** : timet *Flor. Gall.* : calet *Wakefield* || **188–190** *uerba* clementia – placidus *suspecta Königio* || **189** commercia *Heinsii Iunianus* | damnis ϑ : regni $\mathbf{P}_{11}$ || **190** ille $\mathbf{F}_2\mathbf{FP}_{10}\zeta$ | peius] pronus *Heinsius* : pectus *Jeep* : apertus *Birt* || **191** succensa $\mathbf{K}_6$ || **192** ulla $\mathbf{b}_1$ | furentem *Schraderus*

195 claustra remoliri, nunc uberiore rapina
peccat in orbe manus. quidquid se Tigris ab Haemo
diuidit, hoc certa proponit merce locandum,
institor imperii, caupo famosus honorum.
hic Asiam uilla pactus regit; ille redemit
200 coniugis ornatu Syriam; dolet ille paterna
Bithynos mutasse domo. subfixa patenti
uestibulo pretiis distinguit regula gentes.
tot Galatae, tot Pontus eat, tot Lydia nummis;
si Lyciam tenuisse uelis, tot milia ponas,
205 si Phrygas, adde parum. propriae solacia sorti
communes uult esse notas et uenditus ipse
uendere cuncta cupit. certantum saepe duorum
diuersum suspendit onus; cum pondere iudex
uergit, et in geminas nutat prouincia lances.
210 non pudet heu, superi, populos uenire sub hasta?
uendentis certe pudeat. quid iure sepulto
mancipium tot regna tenet, tot distrahit urbes?
pollentem solio Croesum uictoria Cyri
fregit ut eunucho flueret Pactolus et Hermus?
215 Attalus heredem uoluit te, Roma, relinqui,
restitit Antiochus praescripto margine Tauri,
indomitos curru Seruilius egit Isauros
et Pharos Augusto iacuit uel Creta Metello,

196 Haemo] hermo $\mathbf{O}_3$*ul* : Hebro *Buecheler* || **197** hic $\mathbf{F}_{13}$ || **198** institor **R**, *cett. mei* : uenditor **R***ul* || **199** uilla **R***ac*, *cett. mei* : uillam **R***pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$ || **200** syriam *cett. mei, Exc. Gyr.* : tyriam $\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{P}_1\,\mu$ | tulit *L. Mueller* | paterna] -am $\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}$: -as $\mathbf{L}_{11}$ || **201** *om. add. mg* $\mathbf{P}_2$ | bithynos $\mathbf{J}_3$*pc*, *cett. mei* : -as $\mathbf{J}_3$*ac* : -is $\mathbf{F}_{17}\mathbf{L}_{11}$ | domo $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{R}\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : domos $\mathbf{P}\mathbf{J}_3$*ac* : domu $\mathbf{C}\mathbf{G}_5\mathbf{S}_3$: domus $\mathbf{L}_{11}$: domum **F** : domi *Vicetina* | patenti $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3$: potenti $\mathbf{g}\mathbf{n}_1\mathbf{W}_2$, *Exc. Gyr.* : petenti $\mathbf{P}_2$*?ac*$\mathbf{F}_{20}$: **L** *incert.* || **202** tegula *Rubenius* || **203** eat $\mathbf{J}_3$*ac*, *cett. mei* : erat **P***pc*$\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$: erit $\mathbf{F}_{20}\mathbf{G}_5\mathbf{J}_6$: eant *Heinsius* || **204** ponas **g***pc?*$\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$, *cett. mei* : pones $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{F}_3\mathbf{L}_4$: pendas $\mathbf{n}_1$*ul* || **205** parum **R***pc*, *cett. mei* : parum est **R***ac* | propriae $\mathbf{n}_1$*ul*, *cett. mei, Exc. Flor.* : durae $\mathbf{n}_1$ | sorti $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{J}_3\mathbf{C}\mathbf{J}_6\mathbf{J}_7\mathbf{P}_{12}$, *Exc. Flor.* : sortis *cett. mei* || **207** cupit] petit $\mathbf{F}_2$: parat $\mathbf{A}_3$: iubet $\mathbf{K}_4$ || **208** diuisum *Flor. Gall.* | suspendit] subsedit **g***pc?* : supponit *Exc. Laeti* || **209** nutat *omnes mei, Exc. Flor.* : mutat $\mathbf{P}_{11}$*ac* : uertit *Vicetina* | prouincia $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : sententia $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}\mathbf{O}_2$*ul* || **210–239** *bis scripti in* **F**, *et suo loco et inter 5, 373–374* || **210** num $\mathbf{P}\mathbf{P}_{10}\,\lambda$ | pudet $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei* : pudor $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{O}_2$ | uenire $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{P}_{10}$, *Exc. Flor.* : uenisse $\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ | hasta] -am *Flor. Gall.* : -as $\mathbf{L}_4$ || **211** quid $\mathbf{K}_4\,\lambda$: quod **R***pc*, *cett. mei* : quo $\boldsymbol{\Gamma}$**R***ac* | sepulto *Burmannus* : sepultum *omnes mei* : potentum $\mathbf{O}_3$: repulsum *Burmannus* : sepulcrum *König* || **212** regna] iura $\mathbf{F}_3$: rura *Heinsius* | distrahit **R**, *cett. mei* : distrahat $\mathbf{P}_2$: destruit **R***ul* : detrahit $\mathbf{A}_3$: possidet $\mathbf{F}_{14}$ || **213** pallentem $\mathbf{O}_3$ || **214** flueret $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{R}\mathbf{Z}$: fluerent *cett. mei* : fuerant **F** || **216** praescripti *Heinsius* || **217** indomitus **P** | cursu $\mathbf{G}_5$

ne non Eutropio quaestus numerosior esset?
220 in mercem ueniunt Cilices, Iudaea, Sophene,
Romanusque labor Pompeianique triumphi.
quo struis hos auri cumulos? quae pignora tantis
succedent opibus? nubas ducasue licebit:
numquam mater eris, numquam pater; hoc tibi ferrum,
225 hoc natura negat. te grandibus India gemmis,
te foliis Arabes ditent, te uellere Seres:
nullus inops adeo, nullum sic urget egestas
ut uelit Eutropii fortunam et membra pacisci.
iamque oblita sui nec sobria diuitiis mens
230 inuersas leges hominumque negotia ludit.
iudicat eunuchus; quid iam de consule miror?
prodigium, quodcumque gerit. quae pagina lites
sic actas meminit? quibus umquam saecula terris
eunuchi uidere forum? sed ne qua uacaret
235 pars ignominia neu quid restaret inausum,
arma etiam uiolare parat portentaque monstris
aggerat et secum petulans amentia certat.
erubuit Mauors auersaque risit Enyo
dedecus Eoum, quotiens intenta sagittis
240 et pharetra fulgens anus exercetur Amazon,
arbiter aut quotiens belli pacisque recurrit

219 ne non *cett. mei, Exc. Flor.* : nec non $\mathbf{P_2 W_1}$: et non **L** : ut nunc $\boldsymbol{\Gamma}$ || **220** mercem $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : merces *Exc. Laeti* : lapidem $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$ σ, *argute* || **223** succedent **F***pc* (*suo loco*), *cett. mei* : -ant $\mathbf{P_2F}$*ac* (*suo loco*) : -unt **F** (*alieno loco*) $\mathbf{n_1}$ | nubas ducasue *cett. mei, Exc. Flor.* : nubas ducasque $\mathbf{gn_1}$: ducas nubasue $\mathbf{K_6}$ || **226** ditent arabes *Flor. Gall.* | et uellere $\mathbf{P_2R}$ || **227** adeo **F** (*alieno loco*), *cett. mei* : adeo est **F** (*suo loco*) | urget $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{P_2F_2PRF}$ (*alieno loco*), *Exc. Flor.* : coget $\mathbf{gn_1}$: cogit **LF** (*suo loco*) $\mathbf{W_1J_3}$ || **228** eunuchi *Flor. Gall.. Exc. Gyr.?* || **229** non **Z** | deliciis *Heinsius olim* || **230** inuersas *Hall* : in miseras *codd.* : en miseras *Heinsius* : inuisas *Buecheler* : sinceras *Birt* | ludit *omnes mei, Exc. Flor.* : uenit λ : saeuit *Heinsius* || **231** quid iam $\boldsymbol{\Gamma}$*pc***F** (*suo loco*), *cett. mei* : quid tam $\boldsymbol{\Gamma}$*ac*$\mathbf{W_1}$: quidnam **L** : qui iam **F** (*alieno loco*) | mirer* *Flor. Gall., Heinsius* || **232** prodigium $\mathbf{P_2J_3n_1}$: prodigium est $\mathbf{P_2}$*sscr* $\mathbf{J_3}$*sscr, cett. mei* | quocumque $\mathbf{n_1}$ || **233** sic actas $\boldsymbol{\Gamma}$*pc***R***pc, Isengriniana mg* : sic aetas **R***ac* : femineas (-os $\mathbf{P_2}$) **P***pc***R***ul, cett. mei* : sic femineas etas **P***ac* : castrati *Barthius* | nouit $\mathbf{A_3}$*pc* | foedera $\mathbf{F_{20}}$ || **235** ignominia **gR***ul*$\mathbf{W_1F}$ (*suo loco*) $\mathbf{n_1}$: ignominiae **RF** (*alieno loco*), *cett. mei, Exc. Flor.* | neu **F** (*alieno loco*), *cett. mei, Exc. Flor.* : ne $\mathbf{gW_1F}$ (*suo loco*) $\mathbf{J_3n_1}$: nec $\mathbf{F_{17}}$ σ || **236** monstri $\mathbf{n_1}$: monstrum **R** || **237** aggerat *cett. mei, Exc. Flor.* : aggregat $\mathbf{Ln_1}$: aggrauat *Flor. Gall.* || **238** auersa- $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{gP_2F_2RF}$*pc* (*suo loco*) $\mathbf{J_3}$*pc, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : aduersa- $\mathbf{LPW_1F}$*ac* (*suo loco : alieno non corr.*) $\mathbf{n_1}$ || **239** intenta **F** (*alieno loco*), *cett. mei* : crinita **F** (*suo loco*) : uiolenta *uel* metuenda *Birt* || **240** pharetris $\mathbf{K_6}$ | surgens $\mathbf{n_1}$ | exercetur *omnes mei, Exc. Flor.* : ostentatur σ || **241** cucurrit $\mathbf{gF_{20}g_1}$*ul* : requirit $\mathbf{L_1}$

adloquiturque Getas. gaudet cum uiderit hostis
et sentit iam desse uiros. incendia fumant,
muris nulla fides, squalent populatibus agri
245 et medio spes sola mari. trans Phasin aguntur
Cappadocum matres, stabulisque abducta paternis
Caucaseas captiua bibunt armenta pruinas
et Scythicis mutant Argaei pabula siluis.
extra Cimmerias, Taurorum claustra, paludes
250 flos Syriae seruit. spoliis nec sufficit atrox
barbarus; in caedem uertunt fastidia praedae.
ille tamen (quid enim seruum mollemque pudebit?
aut quid in hoc poterit uultu flagrare ruboris?)
pro uictore redit; truncum uexilla secuntur
255 et turmae similes eunuchorumque manipli,
Hellespontiacis legio dignissima signis.
obuius ire cliens defensoremque reuersum
conplecti. placet ipse sibi laxasque laborat
distendisse genas fictumque inflatus anhelat,
260 puluere respersus tineas et sordibus ora
squalidior, uerbisque sonat plorabile quiddam
ultra nequitiam fractis et proelia narrat
perque suam tremula testatur uoce sororem

242 adloquiturque *cett. mei, Exc. Flor.* : -ue **PRF** | duces *Flor. Gall.* || **243** sensit $\mathbf{LFL_4z_1}$ || **244** muris **R***pc, cett. mei* : mauris **g** : euris $\mathbf{F_2}$ | populatibus **R***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : populantibus $\mathbf{P_2PR}$*ac* || **245** in $\mathbf{K_6}$ $\boldsymbol{\mu}$ | sola] nulla $\mathbf{K_6}$: una *Heinsius* || **246** stabulis (-que *om.*) $\mathbf{gn_1}$ | adducta $\mathbf{n_1O_7P_4}$ || **247** armenta . . . captiua $\mathbf{P_2}$ || **248** argeia $\boldsymbol{\mu}$, *Heinsius* || **249** ultra $\boldsymbol{\Gamma}_1$*ul* | *uers. delere uoluit Barthius* || **250** flos syriae **g** (syrie *post* seruit) $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{F_2}$*ul***P***pc*$\mathbf{W_1}$*pc*$\mathbf{FJ_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$: flos asiae **P***pc*[2] **R***ul, Schraderus* : assyriis $\mathbf{\Gamma P_2LF_2P}$*ac*$\mathbf{RJ_3}$*pc, Isengriniana mg* | seruit $\mathbf{gP_2}$*ul*$\mathbf{F_2}$*ul***P***pc***R***ul* $\mathbf{W_1FJ_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* : feruet $\mathbf{\Gamma LF_2P}$*ac*$\mathbf{RJ_3}$*pc, Vicetina* : feruent $\mathbf{P_2J_6}$*mg* | non $\mathbf{P_1}$ || **251** uertunt $\mathbf{\Gamma P_2R}$, *Exc. Flor.* : uertit **R***ul, cett. mei* || **252** mollem seruum- $\boldsymbol{\mu}$ || **253** poterit uultu $\mathbf{\Gamma P_2LPRW_1}$: uultu poterit $\mathbf{F_2}$: potuit uultu $\mathbf{gFn_1}$: uultu potuit $\mathbf{J_3}$: poterit cultu **R***sscr* : potuit cultu $\boldsymbol{\vartheta}$ *ac* | superare *Isengriniana mg* | ruboris **R***pc* ($\mathbf{J_3}$*ul*), *cett. mei* : pudoris **LR***ac*$\mathbf{J_3L_4L_{11}Z}\boldsymbol{\zeta\sigma}$ || **254** truncum *Heinsius* : tum cum $\mathbf{J_6}$*ac* : tunc cum $\mathbf{gP_2}$ **R***ul***F** : tunc tum $\boldsymbol{\sigma}$: peditum **R**, *cett. mei* : unum *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : centum *uel* comitum *Heinsius olim* : tumidum *König* : uanum *Paul* : Hunum *Mommsen* : pathicum *Hall* || **258** laxas- (-ans- $\mathbf{W_1}$: -at- $\mathbf{n_1}$) *omnes mei* : lassas- **Z** : lapsas- $\mathbf{R_3}$ || **259** distendisse $\mathbf{\Gamma gF_2P}$*ul***R***pc*$\mathbf{W_1J_3n_1}$: extendisse $\mathbf{P_2}$*pc* : contendisse $\mathbf{P_2}$*ac***LPR***ac* : diffundisse **F** || **260** tunicas *Isengriniana mg* | sordibus $\boldsymbol{\sigma}$, *Flor. Gall.* : solibus *omnes mei* || **261** squalidior *Heinsius* : pallidior *codd.* : aridior *uel* paedidior *Goodyear* || **262** ultra nequitiam *omnes mei, Exc. Flor.* : citra nequitiam $\mathbf{F_{17}}$*ul* : multa nequitia *Jeep* : ultra nutricem *Birt* | fractis *omnes mei, Exc. Flor.* : fictis *Exc. Gyr.* || **263** suum . . . dolorem **F**

defecisse uagas ad publica commoda uires;
265 cedere liuori nec sustentare procellas
inuidiae; mergique fretis spumantibus orat.
exoretque utinam! dum talia fatur, ineptas
detergit lacrimas atque inter singula dicta
flebile suspirat: qualis uenit arida socrus
270 longinquam uisura nurum; uix lassa resedit
et iam uina petit.
quid te, turpissima, bellis
inseris aut saeui pertemptas Pallada campi?
tu potes alterius studiis haerere Mineruae,
tu telas, non tela, pati, tu stamina nosse,
275 tu segnes operum sollers urgere puellas
et niueam dominae pensis inuoluere lanam.
uel, si sacra placent, habeas pro Marte Cybelen;
rauca Celaenaeos ad tympana disce furores.
cymbala ferre licet pectusque inlidere pinu
280 inguinis et reliquum Phrygiis abscidere cultris.
arma relinque uiris. geminam quid diuidis aulam
conarisque pios odiis committere fratres?
te magis, ah demens, ueterem si respicis artem,
conciliare decet.
gestis pro talibus annum
285 flagitet Eutropius, ne quid non polluat unus,
dux acies, iudex praetoria, tempora consul!
nil adeo foedum, quod non exacta uetustas
ediderit longique labor commiserit aeui.
Oedipodes matrem, natam duxisse Thyestes
290 cantatur, peperit fratres Iocasta marito

264 datas *uel* auidas *Birt* | commoda publica $\mathbf{K_6}$ || **265** procellam $\mathbf{G_5}$ || **267** ineptus $\mathbf{\Gamma RZ}$ || **269** suspirans *Flor. Gall.* || **270** resedit $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : residit $\mathbf{P_2}$*ac* || **271** turpissima $\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{n_1B_1}$*ac*$\mathbf{F_3S_3}$: turpissime* $\mathbf{F_2}$, *cett. mei* || **272** et $\mathbf{FJ_3}$ | saeui . . . campi $\mathbf{\Gamma gP_2F_2FJ_3}$, *Exc. Flor.* : saeuis . . . campis $\mathbf{LPRW_1n_1}$, *Vicetina, Isengriniana* : mediis . . . campis *Isengriniana mg* || **273** potis *Goodyear* | alterius $\mathbf{P_2}$*ul* ($\mathbf{J_3}$), *cett. mei* : alternis $\mathbf{P_2P_1}$ || **274** tu[1] $\mathbf{P_2F_2J_3n_1F_{17}Z}$: et *cett. mei, Exc. Flor.* | sequi $\mathbf{F_3}$ | nesse $\mathbf{A_2}$*?, Heinsius* || **275** puellas $\mathbf{R}$, *cett. mei* : ministras $\mathbf{R}$*ul* || **276** et niueam $\mathbf{\Gamma P_2LF_2PRJ_3}$*pc*$\mathbf{n_1}$: et uinctam $\mathbf{gR}$*ul*$\mathbf{W_1FJ_3}$*ac* : et iunctam $\mathbf{F_3J_6K_6}$: et tinctam $\mathbf{F_{17}O_3}$*sscr* $\boldsymbol{\mu\sigma}$: atque unctam *Heinsius olim* || **277** adeas *Heinsius* || **279** allidere *Exc. Gyr.* || **280** abscidere $\mathbf{\Gamma gPF}$: abscindere *cett. mei, Exc. Flor.* || **281** uiro $\mathbf{W_1}$ | quin *Koch* || **282** odio $\mathbf{P_{13}}$ || **283** o demens $\mathbf{FJ_3G_5}\boldsymbol{\sigma}$ | conspicis $\mathbf{P_2}$ || **285** flagitet $\mathbf{g}$*pc?*$\mathbf{R}$*ac, cett. mei, Exc. Flor.* : flagitat $\mathbf{\Gamma R}$*pc*$\mathbf{\Gamma_1}$ || **287** foedum $\mathbf{LR}$*ac?* : foedum est $\mathbf{R}$*pc?, cett. mei* | exhausta $\mathbf{F_{13}}$ | uoluntas $\mathbf{F_{20}}$ || **288** anni $\mathbf{O_2}\boldsymbol{\zeta}$*ac* || **290** cantatur $\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{P_2LF_2RW_1Fn_1}$: cantantur* $\mathbf{\Gamma g}$*ac*$\mathbf{PJ_3}$, *Exc. Flor.*

et Pelopea sibi. Thebas ac funera Troiae
tristis Erecthei deplorat scaena theatri.
in uolucrem Tereus, Cadmus se uertit in anguem;
Scylla nouos mirata canes. hunc arbore figit,
295 eleuat hunc pluma, squamis hunc fabula uestit,
hunc soluit fluuio. numquam spado consul in orbe
nec iudex ductorue fuit. quodcumque uirorum
est decus, eunuchi scelus est. exempla creantur
quae socci superent risus luctusque cothurni.
300 quam pulcher conspectus erat, cum tenderet artus
exangues onerare toga cinctuque grauatus
indutoque senex obscaenior iret in auro:
humani qualis simulator simius oris,
quem puer adridens pretioso stamine Serum
305 uelauit nudasque nates ac terga reliquit,
ludibrium mensis; erecto pectore diues
ambulat et claro sese deformat amictu.
candida pollutos comitatur curia fasces,
forsitan et domini. praebet miracula lictor
310 consule nobilior, libertatemque daturus,
quam necdum meruit, scandit sublime tribunal
atque inter proprias laudes Aegyptia iactat
somnia prostratosque canit se uate tyrannos.
scilicet in dubio uindex Bellona pependit,
315 dum spado Tiresias eneruatusque Melampus
reptat ab extremo referens oracula Nilo.
obstrepuere auium uoces, exhorruit annus

291 thebas $\mathbf{\Gamma L F_2 R P_4 Z} \vartheta \lambda$: labes $\mathbf{g P_2 P R}$*ul*$\mathbf{W_1 F J_3 n_1}$: tabes $\mathbf{F_2}$*ul* : Thebes *Heinsius* : bis lapsae *idem olim*, ac *deleto* | et $\mathbf{L W_1}$ || **292** fama ζ*ac* || **294** mirata $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{R}$*ul*, *cett. mei* : mutata $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{P R}$: imitata $\mathbf{R}$*sscr* | figit $\mathbf{P_2}$*pc*, *cett. mei* : fingit $\mathbf{g P_2}$*ac*$\mathbf{L}$: figunt $\mathbf{W_1}$: cingit *Heinsius* || **294–296** hunc *quater* $\mathbf{\Gamma g P_2}$*ac*$\mathbf{L R W_1 F J_3 n_1}$: hanc *bis*, *tum* hunc *bis* $\mathbf{F_2}$: hunc . . . hanc . . . hunc . . . hunc $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{P}$*pc* || **295** pluma $\mathbf{g}$*?pc*[2]$\mathbf{P}$*pc*, *cett. mei* : -is $\mathbf{g}$*?pc*[1]$\mathbf{L}$ || **296** nusquam $\mathbf{P_2 O_2}$ || **297** ductorque $\mathbf{F_3 L_{11}}$ || **298** eunuchis $\mathbf{L P} \lambda$ | parantur *Flor. Gall.* || **300** pulcher $\mathbf{g}$*?ac*$\mathbf{R}$*mg*$\mathbf{F J_3 n_1}$: pulchre $\mathbf{g}$*?pc?*$\mathbf{R}$, *cett. mei* || **301** onerare $\mathbf{\Gamma L F_2}$*pc*$\mathbf{P R}$*ac*$\mathbf{C_1 Z}$: ornare $\mathbf{g P_2 W_1 F J_3}$: onerante $\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{R}$*pc*$\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* : ornante $\mathbf{F_{20}}$ | cinctum- $\mathbf{K_4}$ | grauatur $\mathbf{O_2} \sigma$ || **302** induto- $\mathbf{\Gamma R J_3 O_3}$*pc*, *Isengriniana mg* : inducto- *cett. mei* || **304** irridens *Heinsius* || **305** et $\mathbf{O_7}$ | relinquit $\mathbf{P G_5 J_6} \zeta$ || **307** sese claro μ || **309** domini *Exc. Gyr.* (*teste Birt*), *Heinsius* : dominus *omnes quotquot uidi codd.* (*uno excepto*) : dominis $\mathbf{P_{13}}$, *Exc. Gyr.* (*testibus Heinsio et Jeep*), *Gronouius* || **311** quam *codd.*, *Exc. Flor.* : qui *Gronouius* | necdum *cett. mei*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : nondum $\mathbf{J_3 n_1}$ || **316** reptat $\mathbf{P_2 R}$, *cett. mei* : raptat $\mathbf{R}$*sscr*$\mathbf{C_1 W_2}$: raptus $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul* || **317** obstrepuere $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{R}$, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : obstupuere $\mathbf{g P_2}$*pc*$\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{P_{10}}$

nomen, et insanum gemino proclamat ab ore
eunuchumque uetat fastis accedere Ianus.
320 sumeret inlicitos etenim si femina fasces,
esset turpe minus. Medis leuibusque Sabaeis
imperat hic sexus, reginarumque sub armis
barbariae pars magna iacet: gens nulla probatur,
eunuchi quae sceptra ferat. Tritonia, Phoebe,
325 Terra, Ceres, Cybele, Iuno, Latona coluntur:
eunuchi quae templa dei, quas uidimus aras?
inde sacerdotes; haec intrat pectora Phoebus;
inde canunt Delphi; Troianam sola Mineruam
uirginitas Vestalis adit flammasque tuetur:
330 hi nullas meriti uittas semperque profani.
nascitur ad fructum mulier prolemque futuram:
hoc genus inuentum est ut seruiat. Herculis arcu
concidit Hippolyte; Danai fugere bipennem,
Penthesilea, tuam; claras Karthaginis arces
335 creditur et centum portis Babylona superbam
femineus struxisse labor: quid nobile gessit
eunuchus? quae bella tulit? quas condidit urbes?
illas praeterea rerum natura creauit,
hos fecere manus: seu prima Semiramis astu
340 Assyriis mentita uirum, ne uocis acutae
mollities leuesue genae se prodere possent,
hos sibi coniunxit similes; seu Parthica ferro
luxuries uetuit nasci lanuginis umbram
seruatoque diu puerili flore coegit
345 arte retardatam Veneri seruire iuuentam.
  fama prius falso similis uanoque uideri
ficta ioco; leuior uolitare per oppida rumor
riderique nefas: ueluti nigrantibus alis

318 ore $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{P}_2$*ul***LR***pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$: orbe $\mathbf{gP}_2\mathbf{F}_2\mathbf{PR}$*ac* || **319** fastis] fatis $\mathbf{F}_{20}$: tantis $\mathbf{P}_2$: tristis $\mathbf{n}_1$ | ianus $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : fastis $\mathbf{P}_2$*pc* : tantis $\mathbf{gC}_1\mathbf{F}_{20}$ || **323** probatur] reperta est *Flor. Gall.* : notatur *Schraderus* || **325** terra $\boldsymbol{\Gamma}$**g**?*ac*$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{PRW}_1\mathbf{F}$: uesta **g***pc***L**(**P***ul*)**R***ul*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\,\lambda$ || **326** eunuchi . . . dei $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : eunuchis . . . deis $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{R}_4$, *Jeep* || **332** arcum **PZ***ac* || **333** concidit $\mathbf{F}_2$*pc***R***pc, cett. mei* : condidit $\mathbf{F}_2$*ac***PR***ac* : occidit $\mathbf{n}_1$ | pauere $\mathbf{K}_4$ || **337** eutropius $\mathbf{g}_1$ | urbes $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_2\mathbf{PRF}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr., Isengriniana mg* : arces $\mathbf{gP}_2$*ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || **339** hos **R***pc, cett. mei* : hoc **PR***ac* || **341** leuesque $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{W}_2\,\vartheta$ || **342** has *Heinsius* | Persica *Delrius* || **345** retardandam $\boldsymbol{\Gamma}_1$*ac* | Veneri] sibi de- *Flor. Gall.* || **346** falsae *Heinsius* || **348** ueluti *cett. mei, Exc. Flor.* : sicut $\mathbf{gW}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: ac si *Flor. Gall.* : ut si* *Heinsius*

audiretur olor, coruo certante ligustris.
350 atque aliquis grauior morum 'si talibus' inquit
'creditur et nimiis turgent mendacia monstris,
iam testudo uolat, profert iam cornua uultur;
prona petunt retro fluuii iuga; Gadibus ortum
Carmani texere diem; iam frugibus aptum
355 aequor et adsuetum siluis delphina uidebo,
iam cocleis homines iunctos et quidquid inane
nutrit Iudaicis quae pingitur India uelis.'
subicit et mixtis salibus lasciuior alter:
'miraris? nihil est, quod non in pectore magnum
360 concipit Eutropius. semper noua, grandia semper
diligit et celeri degustat singula sensu.
nil timet a tergo; uigilantibus undique curis
nocte dieque patet; lenis facilisque moueri
supplicibus mediaque tamen mollissimus ira
365 nil negat et sese uel non poscentibus offert.
quidlibet ingenio subigit traditque fruendum;
quidquid amas, dabit illa manus; communiter omni
fungitur officio gaudetque potentia flecti.
hoc quoque conciliis peperit meritoque laborum,
370 accipit et trabeas argutae praemia dextrae.'
postquam uera fides facinus uulgauit Eoum

349 coruo certante ligustris **P***sscr* **R***pc, cett. mei* : coruo testante ligustris **P** : coruo estante ligustris **R***ac* (*'latet ni fallor* praestante' *Birt*) : coruus certare ligustris *Wakefield* : coruus candore ligustri *Jeep* || **352** profert iam *omnes mei, Exc. Frising.* : iam profert $\mathbf{O}_7\mathbf{z}_1$, *Flor. Gall.* | uultur *omnes mei, Exc. Frising.* : miluus $\mathbf{F}_{20}$ || **353** retro fluuii *cett. mei, Exc. Frising.* : fluuii retro $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{J}_3$ | iuga *Γ***gPR**$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*ac, Exc. Frising., Exc. Flor., Exc. Gyr.* : uada $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$**R***ul***F**$\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$ || **354** Carmani *Heinsius* : carmenii *Γ*$\mathbf{P}_2$*pc* : carminii **C**$\mathbf{F}_{20}$: armenii **g**$\mathbf{P}_2$*ac***L**$\mathbf{F}_2$**PR***pc***F**$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: arminii $\mathbf{W}_1$: germani *Exc. Flor., Exc. Gyr.* | traxere $\mathbf{n}_1$ λ || **355** adsuetum *Γ*$\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$**PR**, *Exc. Frising., Exc. Gyr.* (*teste Jeep*) : aduectum **g**$\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Gyr.* (*teste Birt*) : adductum $\mathbf{P}_2\mathbf{G}_5$: adiunctum $\mathbf{A}_2$ || **356–357** *delere uoluit König* || **356** iunctos $\mathbf{P}_2$*ac, cett. mei, Exc. Frising.* : uinctos $\mathbf{P}_2$*pc***L**$\mathbf{F}_2\mathbf{O}_3$ || **357** Iudaicis] Niliacis *Exc. Gyr., Heinsius* : Lydiacis *Grotius* : in Attalicis *Heinsius* | quod *Jeep* | telis *Heinsius* || **359** mirari nihil est *Heinsius* || **360** grandia *Γ***g**$\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{F}_2$*?pc***R***ul*$\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: gaudia $\mathbf{P}_2$*ac***L**$\mathbf{F}_2$*ac***PR** || **361** diligit *Γ*$\mathbf{P}_2$*ac***L**$\mathbf{F}_2$**PRF**$\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$: dirigit $\mathbf{P}_2$*pc***gR***ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*ac* || **362** uigilacibus *Burmannus* || **363** lenis $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* : leuis $\mathbf{W}_1$: letus $\mathbf{P}_2$**F** || **366** quidlibet **R***pc***F**$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: quodlibet *Γ***g**$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$**PR***ac*$\mathbf{W}_1$: quemlibet $\mathbf{L}_4\mathbf{L}_{11}$: **L** *incert.* | ingenio **R**, *cett. mei* : ingenuo **R***ul* : ingenuos *Paul* | subigit *Γ***g**$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: subicit $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$**PRF** | tradit- $\mathbf{F}_2$*pc*(**P**)($\mathbf{W}_1$)$\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : trudit- $\mathbf{F}_2$*ul* $\mathbf{J}_3$*ac* | fruendum **g***pc*$\mathbf{P}_2$**L** (*in ras.*) $\mathbf{J}_3$*mg, cett. mei, Exc. Flor.* : nocendum $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{J}_3$: ferendum **F** || **367** ille *Gronouius* || **369** conciliis $\mathbf{K}_6$, *Rubenius* : consiliis *cett. mei* : consciliis $\mathbf{n}_1$ | meritum- *Heinsius* || **371** uulgarat *Heinsii Iunianus*

gentibus et Romae iam certius inpulit aures,
'Eutropiumne etiam nostra dignabimur ira?
hic quoque Romani meruit pars esse doloris?'
375 sic effata rapit caeli per inania cursum
diua potens unoque Padum translapsa uolatu
castra sui rectoris adit. tum forte decorus
cum Stilichone gener pacem inplorantibus ultro
Germanis responsa dabat, legesque Chaucis
380 arduus et flauis signabat iura Suebis.
his tribuit reges, his obside foedera sancit
indicto; bellorum alios transcribit in usus,
militet ut nostris detonsa Sygambria signis.
laeta subit Romam pietas et gaudia paene
385 mouerunt lacrimas tantoque exultat alumno:
sic armenta suo iam defensante iuuenco
celsius adsurgunt erectae cornua matri,
sic iam terribilem stabulis dominumque ferarum
crescere miratur genetrix Massyla leonem.
390 dimouit nebulam iuuenique apparuit ingens.
tum sic orsa loqui:
'quantum te principe possim,
non longinqua docent, domito quod Saxone Tethys
mitior aut fracto secura Britannia Picto:
ante pedes humili Franco tristique Suebo
395 perfruor et nostrum uideo, Germanice, Rhenum.
sed quid agam? discors Oriens felicibus actis
inuidet atque alio Phoebi de cardine surgunt
crimina, ne toto conspiret corpore regnum.
Gildonis taceo magna cum laude receptam
400 perfidiam et fretos Eoo robore Mauros.

372 certius] conscius $\mathbf{P}_2$: nuntius *Heinsius* || **374** hoc $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{O}_2$ | laboris $\mathbf{F}_{20}\mathbf{G}_5\mathbf{K}_6$ || **375** sic fata arripuit $\mathbf{G}_5$ | caeli **R**, *cett. mei* : celerem **R***ul*$\mathbf{F}_{20}$ | cursus $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **376** translata $\mathbf{F}\mathbf{G}_5\mathbf{K}_6\mathbf{z}_1$: transgressa $\mathbf{P}\mathbf{F}_{20}\mathbf{g}_1\mathbf{O}_2$ || **379** legem- $\mathbf{J}_3\,\sigma$ | Cheruscis *Scaliger* || **381** reges $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{g}\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}$*ac*$\mathbf{W}_1$, *Exc. Flor.* : leges $\mathbf{P}_2$*pc***LP***sscr***R***pc*$\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ | sancit **g***pc?***P***pc***F***pc*, *cett. mei* : sanxit $\mathbf{P}_2$: sansit **F***?ac* || **382** transmittit ϑ | usum *Wakefield* || **386** defensante $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : defendente $\mathbf{n}_1\mathbf{A}_2\mathbf{Z}$: defensata $\mathbf{A}_2$*ul*, *Isengriniana mg* || **387** arrecte $\mathbf{p}_2$ || **390** amouit $\mathbf{P}_{14}$ || **391** possim $\boldsymbol{\Gamma}$**gL** **R***pc*$\mathbf{F}\mathbf{W}_2$, *Exc. Flor.* : possum $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: possem $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}$*ac* || **392** non] nec **L** : nos *Exc. Gyr.?* : num *Heinsius* | probent *Birt* || **393** et* $\mathbf{K}_4$ | fracto] strato ($\mathbf{K}_6$) || **394** tristique *cett. mei*, *Exc. Frising.* : -ue **F** || **396** actis] armis $\mathbf{O}_3$*ul* || **399** magna taceo $\mathbf{L}_1$ | laude] clade $\mathbf{L}_3\mathbf{P}_{10}$*ul* : fraude *Heinsius* | receptam] repertam $\mathbf{O}_2$: repressam *uel* retectam *Heinsius* : redemptam *Birt* || **400** fractos $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{L}$

quae suscepta fames, quantum discriminis urbi,
ni tua uel soceri numquam non prouida uirtus
Australem Arctois pensasset frugibus annum!
inuectae Rhodani Tiberina per ostia classes
405 Cinyphiisque ferax Araris successit aristis.
Teutonicus uomer Pyrenaeique iuuenci
sudauere mihi; segetes mirantur Hiberas
horrea; nec Libyae senserunt damna rebellis
iam transalpina contenti messe Quirites.
410 ille quidem soluit meritas (scit Thabraca) poenas,
ut pereat quicumque tuis conflixerit armis.
ecce repens isdem clades a partibus exit
terrorisque minus, sed plus habitura pudoris,
Eutropius consul. pridem tolerare fatemur
415 hoc genus, Arsacio postquam se regia fastu
sustulit et nostros corrupit Parthia mores.
praefecti sed adhuc gemmis uestique dabantur
custodes sacroque adhibere silentia somno.
militia eunuchi numquam progressa cubili,
420 non uita spondente fidem, sed inertia tutum
mentis pignus erat. secreta monilia seruent,
ornatus curent Tyrios: a fronte recedant
imperii. tenero tractari pectore nescit
publica maiestas. numquam uel in aequore puppim
425 uidimus eunuchi clauo parere magistri.
nos adeo sperni faciles, orbisque carina
uilior? Auroram sane, quae talia ferre
gaudet, et adsuetas sceptris muliebribus urbes
possideant: quid belligeram communibus urunt
430 Italiam maculis nocituraque probra seueris

401 quae *cett. mei, Exc. Gyr.* : quam $\mathbf{P_2FJ_3}$: nam *uel* quin *Birt* | suscepta $\mathbf{LF_2}$ $\mathbf{RO_3W_2Z}$: suspecta $\mathbf{F_2}$*sscr* **R***ul*, *cett. mei, Exc. Gyr.* : funesta *Schraderus* | urbis $\mathbf{\Gamma P_2W_1}$ || **404** rhodani $\mathbf{\Gamma g}$*ac*$\mathbf{P_2F_2}$*pc*$\mathbf{W_1J_3}$, *Exc. Flor.* : rhodano **g***pc*$\mathbf{LF_2}$*ac***P** $\mathbf{RFn_1}$ || **406** Lingonicus *Schraderus* || **411** et *Heinsius* || **412** repens $\mathbf{\Gamma R}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : recens* *cett. mei* | de $\mathbf{P_1}$ || **414** eunuchus $\mathbf{g_1}$ | tolerare **R***ac*, *cett. mei* : tolerasse **LR***pc* || **416** corrumpit $\mathbf{C_1Z}$ || **419** transgressa* $\mathbf{B_1F_3L_{10}}$*ul* : praegressa *Scaliger* | cubili **P***pc*$\mathbf{O_2O_7}$: cubile* **P***ac*, *cett. mei* || **420** nec $\mathbf{\Gamma_1}$, *Flor. Gall.* | spondente fidem *codd.*, *Exc. Flor.* : splendente fides *Barthius* | tutum $\mathbf{\Gamma F_2R}$, *Isengriniana mg* : tantum $\mathbf{F_2}$*ul*, *cett. mei* : rarum $\mathbf{p_2}$ || **422** a sorte $\mathbf{p_2}$ || **423–424** publica ... / pectore $\mathbf{g_1}$ || **424** classem $\mathbf{O_3}$*ul* || **427** auroram *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : aurora est $\mathbf{n_1}$ | sane **R**, *cett. mei, Exc. Flor.* : saltem **R***ul* : certe $\mathbf{n_1q}$ || **429** quid $\mathbf{P_2}$*pc*, *cett. mei* : qui $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{W_1}$ | belligeram $\mathbf{F_{20}}$: belliferam *omnes mei* | urgent $\mathbf{L_{11}}$ || **430** nocturna-ζ, *Isengriniana mg* : natiua- *Birt*

admiscent populis? peregrina piacula forti
pellantur longe Latio nec transeat Alpes
dedecus; in solis, quibus extitit, haereat aruis.
scribat Halys, scribat famae contemptor Orontes:
435 per te perque tuos obtestor Roma triumphos,
nesciat hoc Thybris, numquam poscentibus olim
qui dare Dentatis annos Fabiisque solebat.
Martius eunuchi repetet suffragia campus?
Aemilios inter seruatoresque Camillos
440 Eutropius? iam Chrysogonis tua, Brute, potestas
Narcissisque datur? natos hoc dedere poenae
profuit et misero ciuem praeponere patri?
hoc mihi Ianiculo positis Etruria castris
quaesiit et tantum fluuio Porsenna remotus?
445 hoc meruit uel ponte Cocles uel Mucius igne?
uisceribus frustra castum Lucretia ferrum
mersit et attonitum tranauit Cloelia Thybrim?
Eutropio fasces adseruabantur adempti
Tarquiniis? quemcumque meae uexere curules,
450 laxato ueniat socium auersatus Auerno.
inpensi sacris, Decii, prorumpite bustis
Torquatique truces animosaque pauperis umbra
Fabricii tuque o, qui forte inferna piorum
iugera et Elysias scindis, Serrane, nouales.
455 Poeno Scipiadae, Poeno praeclare Lutati,
Sicania Marcelle ferox, gens Claudia, surgas
et Curii series; et, qui sub iure negasti

431 piacula $\mathbf{RJ}_3$*ul*, *cett. mei* : pericula $\mathbf{LR}$*ul*$\mathbf{J}_3$ || **432** nec $\mathbf{\Gamma}$, *Exc. Flor.* : ne *cett. mei* || **433** exiit *Heinsius olim* | horreat $\mathbf{G}_5$ || **434** scribat . . . scribat famae] scribat . . . famae scribat $\mathbf{g(W}_1\mathbf{)J}_3$: scibat . . . scibat famae *Birt* || **435** *om.* $\mathbf{L}\lambda$ | me . . . meos *uel* testatur *Goodyear* | *ordo uersuum* **436 – 445** *in multis codd. turbatus est, inter quos* $\mathbf{gW}_1$. *de hac re uide Prolegom.* || **437** *post* **438** *in* $\mathbf{P}_2$ | quid *Exc. Flor.* || **438** repetet $\mathbf{g}$?$\mathbf{Fn}_1\mathbf{\Gamma}_1$*pc* : repetat* $\mathbf{F}_2\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{RJ}_3$*pc* : repetit $\mathbf{\Gamma P}_2\mathbf{LP}$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*ac* : referet *Schraderus* || **439** seruatores-] saluatores- $\mathbf{W}_2$: bellatores- *Heinsius* || **441** natos $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3$, *cett. mei* : natis $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{PW}_1\mathbf{J}_3$*ul*$\mathbf{n}_1$ | hoc $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}$?, *cett. mei* : hic $\mathbf{P}_2\mathbf{n}_1$: haec $\mathbf{P}_2$*ul* : an $\mathbf{g}_1\mathbf{L}_{11}\mathbf{q}$: $\mathbf{g}$ *incert.* : quo *Heinsius* | quid natos $\mathbf{A}_2$ || **442** impulit *Wakefield* || **443** num $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2\,\sigma$ || **446** castum frustra μ || **447** merserit . . . tranarit *Heinsius* || **448** adseruabantur $\mathbf{RW}_1\mathbf{O}_3$*ac* ϑ *ac*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : adseruabuntur $\mathbf{\Gamma gR}$*ul* : obseruabantur $\mathbf{P}_2\mathbf{LPn}_1$: obseruabuntur $\mathbf{F}_2$: conseruabantur $\mathbf{J}_3$: conseruabuntur $\mathbf{F}$ || **450** socium auersatus $\mathbf{(P)R}$: socii spectator $\mathbf{P}$*mg*$\mathbf{R}$*ul*, *cett. mei* : socii speculator λ : socci spectator *Scaliger* : socium uisurus *Wakefield* : socium auersurus *Ker* || **451** inpensi patriae *Burmannus* || **453** qui *Hall* : si *codd.* | inferna] infanda $\mathbf{W}_1$: nefanda ϑ || **454** niualis *Exc. Flor.* || **456** surgas *Birt* : surgat *codd.* || **457** series $\mathbf{\Gamma gFJ}_3\mathbf{n}_1\mathbf{P}_{11}\mathbf{W}_2$, *Exc. Gyr.* : ueteres *cett. mei*

uiuere Caesareo, paruo procede sepulchro,
Eutropium passure Cato; remeate tenebris,
460 agmina Brutorum Coruinorumque cateruae.
eunuchi uestros habitus, insignia sumunt
ambigui Romana mares; rapuere tremendas
Hannibali Pyrrhoque togas; flabella perosi
adspirant trabeis; iam non umbracula gestant
465 uirginibus, Latias ausi uibrare secures.
  linquite femineas, infelix turba, latebras,
alter quos pepulit sexus nec suscipit alter,
execti Veneris stimulos et uulnere casti,
mixta duplex aetas inter puerumque senemque
470 nil medium; falsi, conplete sedilia, patres,
ite, noui proceres, infecundoque senatu
Eutropium stipate ducem; celebrate tribunal
pro thalamis, uerso iam discite more curules,
non matrum pilenta sequi.
                                        ne prisca reuoluam
475 neu numerem quantis iniuria mille per annos
fit retro ducibus, quanti foedabitur aeui
canities, unam subeant quot saecula culpam,
inter Arinthaei fastos et nomen erile
seruus erit dominoque suos aequalis honores
480 inseret. heu semper Ptolemaei noxia mundo
mancipia! en alio laedor grauiore Pothino
et patior maius Phario scelus. ille cruorem
consulis unius Pellaeis ensibus hausit:

462 tremendas] timendas *Flor. Gall.* : uerendas *Isengriniana mg* || **464** gestant $\mathbf{J_3}$*ul, cett. mei* : tollunt $\mathbf{gJ_3B_1CS_3}$ || **467** neque ϑ || **468** excepti $\mathbf{n_1}$: erepti $\mathbf{P_4}$ (*in ras.*) : experti *Burmannus* | stimulos $\mathbf{gP_2LF_2}$*sscr*$\mathbf{PFJ_3n_1}$*ac* : stimulis $\mathbf{\Gamma F_2RW_1n_1}$*pc* | sed *Burmannus* || **469** puerum- $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : iuuenem- $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{C_1}$ || **469–470** *locus difficillimus de quo nuper disceptauit Gnilka, cui uerba* mixta ... aetas *uidentur interpolata* : *equidem interpretor* : mixta duplex aetas nilque medium inter puerum senemque. falsi *sunt* patres *eunuchi, quippe quibus aetas puerilis senili cum aetate concurrat e medioque excludatur aetas uirilis* || **472** *om. add. mg* **g** || **474** non] nec $\mathbf{F_2}$ | ne $\mathbf{\Gamma P_2}$*ac*$\mathbf{LPRW_1}$: nec $\mathbf{gP_2}$*pc*$\mathbf{F_2F}$ $\mathbf{J_3n_1}$: neu $\mathbf{G_5L_4L_{11}}$ || **475** neu $\mathbf{\Gamma P_2}$*ac*$\mathbf{RW_1}$?$\mathbf{J_7}$*pc, Exc. Flor.* : heu $\mathbf{F_2P}$: ne **F***ac* : nec $\mathbf{gP_2}$*pc*$\mathbf{LP}$*sscr*$\mathbf{F}$*pc*$\mathbf{J_3n_1}$ || **476** fit *Heinsius* : sit *cett. mei* : sic $\mathbf{W_1}$ | retro] uitio *Birt* || **477** subeunt $\mathbf{P_2n_1P_1q}$ | quot **R**?$\mathbf{LF_2W_1FJ_3n_1}$: tot $\mathbf{gP_2}$: quod $\mathbf{\Gamma g_1}$, *Exc. Flor.* || **478** subter *Birt* | fastos *omnes mei, Exc. Flor.* : fastus ϑ σ, *Vicetina, Exc. Gyr.* || **480** inferet $\mathbf{K_6}$ || **482** et $\mathbf{J_3}$, *cett. mei* : en $\mathbf{J_3}$*mg*$\mathbf{B_1F_3}$ || **483** lageis *Exc. Laeti*

inquinat hic omnes.
si nil priuata mouebunt,
485 at tu principibus, uestrae tu prospice causae
regalesque auerte notas. hunc accipit unum
aula magistratum; uobis patribusque recurrit
hic alternus honos. in crimen euntibus annis
parce, quater consul! contagia fascibus, oro,
490 defendas ignaua tuis neu tradita libris
nomina uestitusque meos, quibus omne quod ambit
Oceanus domui, tanta caligine mergi
calcarique sinas. nam quae iam bella geramus
mollibus auspiciis? quae iam conubia prolem
495 uel frugem latura seges? quid fertile terris,
quid plenum sterili possit sub consule nasci?
eunuchi si iura dabunt legesque tenebunt,
ducant pensa uiri mutatoque ordine rerum
uiuat Amazonio confusa licentia ritu.
500 quid trahor ulterius? Stilicho, quid uincere differs,
dum certare pudet? nescis quod turpior hostis
laetitia maiore cadit? piratica Magnum
erigit, inlustrat seruilis laurea Crassum.
adnuis. agnosco fremitum, quo palluit Hebrus,
505 quo Mauri Gildoque ruit. quid Martia signa
sollicitas? non est iaculis hastisue petendus:

484 mouebunt (*fort.* mon- $\mathbf{Fn}_1$) *omnes mei, Exc. Flor.* : mouebant *laudat Heinsius, non tamen repperi* || **485** uestrae $\mathit{\Gamma}$, *Exc. Flor.* : nostrae *cett. mei* | prospice] conspice $\mathbf{gW}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: consule σ || **486** auerte $\mathit{\Gamma}\mathbf{LF}_2\mathbf{J}_3\mathbf{W}_2$*pc*, *Isengriniana mg* : aduerte *cett. mei* | aspicit $\mathbf{gRW}_1$ || **487** nobis $\mathbf{P}_2\mathbf{FO}_2\mathbf{Z}$ || **489** fastibus $\mathbf{P}_1$ || **491** nomina $\mathbf{J}_3$*ul*$\mathbf{F}_{20}$*ac*$\mathbf{J}_6$*pc* σ : omina **R***ul*$\mathbf{J}_3$, *cett. mei, Exc. Flor.* : omnia $\mathbf{RO}_3\lambda$: **g** *incert.* || **493** quae tam *Heinsius* | geramus $\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{n}_1$*pc*, *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : geremus $\mathbf{n}_1$*ac*$\mathbf{G}_5$: gerantur *Escor. Q. I. 14, Heinsius* : feramus $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{W}_1$: feremus **L** : sequamur $\mathbf{A}_2$ || **494** quae iam **LPR** : aut quae **g***pc*, *cett. mei* : cui iam *Escor. Q. I. 14* || **495** uel **g***pc?*, *cett. mei, Exc. Flor.* : aut $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{n}_1$ | fruges $\mathbf{n}_1\mathbf{L}_{11}$ | latura seges $\mathbf{PRW}_1$, *Isengriniana mg* : laturus ager **R***ul*, *cett. mei* || **496** plenum sterili possit] sterili plenum possit **L** : plenum possit sterili $\mathbf{F}_{17}$: plenum sterili poterit σ : pulchrum sterili possit $\mathbf{G}_5\mathbf{K}_6$ | cum $\mathbf{S}_3$ || **498** mutando- $\mathbf{L}_1$ || **499** uincat *Birt* | confusa . . . ritu *codd.* : confusa . . . sistro *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : confisa . . . sistro *Burmannus* || **500** differs **g***ac*$\mathbf{P}_2$, *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : differt **g***pc*$\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{n}_1$ || **501** dum **R**, *cett. mei* : num **R***ul* | pudet **L** (*in ras.*) **R***ul*, *cett. mei* : fugis $\mathbf{PR}\lambda$: fugas $\mathbf{W}_1$ | quo *Flor. Gall., Gesnerus* || **502** cadit $\mathit{\Gamma}\mathbf{P}_2\mathbf{L}$ (*in ras.*) $\mathbf{F}_2\mathbf{PRW}_1\mathbf{F}$*?*$\mathbf{J}_3$*pc*, *Exc. Flor.* : cadet $\mathbf{gJ}_3$*ac*$\mathbf{n}_1\mathbf{C}_1\mathit{\Gamma}_1\vartheta$ || **504** quem *Heinsius* | hebrus ($\mathbf{P}_2$*pc*)$\mathbf{P}_2$*gloss.* (**F***ac*)$\mathbf{F}_{17}\mathbf{W}_2$*pc* σ : eurus **F***pc*, *cett. mei* : haemus $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{O}_2$*ac*, *Koch* : Eunus *Burmannus* || **505** maurus σ*ac* || **506** iac. hastisque $\mathbf{n}_1$: hast. iaculisue **R***pc*$\mathbf{J}_3$: hast. iaculisque $\mathbf{P}_1$: *nugas* $\mathbf{W}_1$

conscia succumbent audito uerbere terga,
ut Scytha post multos rediens exercitus annos,
cum sibi seruilis pro finibus obuia pubes
510 iret et arceret dominos tellure reuersos,
armatam ostensis aciem fudere flagellis:
notus ab inceptis ignobile reppulit horror
uulgus et adductus sub uerbere torpuit ensis.'

19

IN EVTROPIVM

LIBRI ALTERIVS PRAEFATIO

Qui modo sublimes rerum flectebat habenas
patricius, rursum uerbera nota timet
et solitos tardae passurus compedis orbes
in dominos uanas luget abisse minas.
5 culmine deiectum uitae Fortuna priori
reddidit insano iam satiata ioco.
scindere nunc alia meditatur ligna securi
fascibus et tandem uapulat ipse suis.
inlatas consul poenas se consule soluit:
10 annus qui trabeas hic dedit exilium.

19 1–76 **Γ, gP_2, L, F_2P, R, W_1, F$J_3$$n_1$**

18 509 prae *Heinsius* || 511 attonitam **F_3** | trudere **λ***ul* || 513 adductus **$\Gamma$$P_2$$F_2$** *pc* **R** *ul* **F$J_3$$n_1$ λ** : addictus* **gL** (*in ras.*) **F_2** *ac* **(R)J_6** *ac* **$O_3$$W_2$** : abductus **($W_1$)$C_1$$F_3$$K_6$** : a(d)strictus **$J_7$** *pc* **$P_{13}$** : abiectus **$F_{17}$** : eductus *Delrius* : afflictus *Jeep* | uerbere **P_2** *pc*, *cett. mei* : uerbera *Exc. Gyr.* : puluere **P_2** *ac* **$W_1$$L_3$** *ac* **$O_2$Z** *ac* | corruit **(P)$F_{20}$$P_{14}$**
claudiani in eutropium liber primus **Γ**, explicit *post addito* : cl. claudiani in eutropium liber I explicit **P**
codicum inscriptiones: incipit liber secundus feliciter praefatio **Γ** : incipit prologus quinti libri **g** : liber decimus de mutatione fortune et statu gildonis **F_2** *mr* : eiusdem II **P** : in eundem eutropium liber secundus **R** : prefacio in librum nonum **W_1** : insultatio in eutropium **J_3**
19 2 rursum *cett. mei, Exc. Flor.* : rursus **gn_1** || 8 ipse *cett. mei, Exc. Flor.* : ille **$F_2$$W_1$** || 9 inlatas (*sc. aliis*) **P_2** *ul* **$F_{20}$$J_6$** *ac* **$O_2$ ϑ** *pc* : inlicitas **P_2**, *cett. mei* : illicitus *Barthius* : sancitas *Heinsius* : incestus *Jeep* : elicitas *Buecheler* : ille citas *Birt*

infaustum populis in se quoque uertitur omen;
saeuit in auctorem prodigiosus honos.
abluto penitus respirant nomine fasti
maturamque luem sanior aula uomit.
15 dissimulant socii coniuratique recedunt;
procumbunt pariter cum duce tota cohors,
non acie uicti, non obsidione subacti,
ne pereant ritu quo periere uiri.
concidit exiguae dementia uulnere chartae;
20 confecit saeuum littera Martis opus.
mollis feminea detruditur arce tyrannus
et thalamo pulsus perdidit imperium:
sic iuuenis nutante fide ueterique reducta
paelice defletam linquit amica domum.
25 canitiem largo raram de puluere turpat
et lacrimis rugas inplet anile gemens,
suppliciterque pias humilis prostratus ad aras
mitigat iratas uoce tremente nurus.
innumeri glomerantur eri sibi quisque petentes
30 mancipium solis utile suppliciis.
quamuis foedus enim mentemque obscaenior ore,
ira dabit pretium; poena meretur emi.
quas, spado, nunc terras aut quem transibis in axem?
cingeris hinc odiis, inde recessit amor.
35 utraque te gemino sub sidere regia damnat;
Hesperius numquam, iam nec Eous eris.

11 conuertitur **F** || 13 abluto Γ**g**? g_1, *Exc. Flor.* : ablato *cett. mei* : oblito L_1 || 14 aula Γ**L** (*in ras.*) F_2**PR**, *Iuntina* : aura *cett. mei*, *Exc. Gyr.* || 16 procumbunt $K_4P_4\Gamma_1$ *sscr* : procumbit* *omnes mei* : procubuit O_3 *ma* || 17 non[2]] nec **g**J_3 | obsidione p_4R_4 : seditione P_2, *cett. mei* : dedicione P_2 *ul* A_2J_7 | subacti A_3 : coacti *omnes mei* || 18 ne pereant Γ**g**P_2 *ul* F_2W_1**F**J_3C_1**q** : non pereant O_2 *ac* : non pereunt P_2O_2 *pc* **Z** *pc* : nec pereunt **LPR**n_1 || 20 confecit P_2 *ac*, *cett. mei* : cum fecit P_2 *pc* n_1P_{11} : perfecit J_3G_5 || 21 arce **g**P_2**PR**J_3 *pc* n_1 ϑ *sscr* : arte ΓP_2 *ul* **L** F_2**R** *ul* W_1**F**? || 22 et] e Γ : ut *Barthius* || 23 nutante P_2, *cett. mei* : mutante P_2 *ul* O_7P_{11} : mutata P_2 *gloss.* : fluitante **L** λ || 24 liquit J_7 *pc* O_7P_{11} μ || 25 largo raram **g**J_3B_1 *pc* F_3W_2**Z** : raram largo* ΓP_2**L** (raram *in ras.*) F_2**P** *ac* **R** *pc* W_1**F**n_1 : largam raro **P** *pc*[2] B_1 *ac* **C** : raro largam P_2 *ul* **P** *pc*[1] O_2 *ul* : largam cano ζ | de **g**P_2 *ul* **L**F_2 *pc* **R** *ul* W_1**F**J_3n_1 : iam Γ, *Exc. Gyr.* : tam P_2**R**O_2 : tum P_{14}, *Heinsius olim* : *uerb. om.* **P** | turpat Γ *pc*, *cett. mei* : turbat Γ *ac* n_1 || 26 lauit F_{19} || 27 substratus Γ**g**(n_1)$F_{20}O_3W_2$ || 28 manus (g_1 *ac*), *Jeep* || 29 in numerum F_{17} || 32 dabit **g**? *ac* P_2**L**F_2 *ac* **P**W_1J_3, *Exc. Flor.* : dabat Γ**g**? *pc* F_2 *pc* **RF**n_1 ϑ λ : addit *Heinsius* : facit *Koch* || 35 *ita refecerunt* F_{17} *ac* p_2 μ σ : utraque te regio gemino sub sidere damnat

miror cur, aliis qui pandere fata solebas,
  ad propriam cladem, caeca Sibylla, taces.
iam tibi nulla uidet fallax insomnia Nilus,
40   peruigilant uates nec, miserande, tui.
quid soror? audebit tecum conscendere puppim
  et ueniet longum per mare fida comes?
an fortasse toros eunuchi pauperis odit
  et te nunc inopem diues amare negat?
45 eunuchi iugulum primus secuisse fateris;
  sed tamen exemplo non feriere tuo.
uiue pudor fatis. en quem tremuere tot urbes!
  en cuius populi sustinuere iugum!
direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
50   non aliter poteras principis esse pater.
inprobe, quid pulsas muliebribus astra querellis,
  quod tibi sub Cypri litore parta quies?
omnia barbarico per te concussa tumultu;
  crede mihi, terra tutius aequor erit.
55 iam non Armenios iaculis terrebis et arcu,
  per campos uolucrem non agitabis equum.
dilecto caruit Byzantius ore senatus;
  curia consiliis aestuat orba tuis.
emeritam suspende togam, suspende pharetram;
60   ad Veneris partes ingeniumque redi.
non bene Gradiuo lenonia dextera seruit;
  suscipiet famulum te Cytherea libens.
insula laeta choris, blandorum mater Amorum,
  nulla pudicitiae cura placere potest.

37 fata] iura **Z** : **g** *incert.* || **40** peruigilant $\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei* : nec uigilant $\mathbf{P_2 O_2}$ | nec miserande $\mathbf{gP_2R}$*pc*$\mathbf{F}\,\vartheta$: non miserande $\mathbf{J_3 n_1 q}$, *Exc. Gyr.* : iam miserande $\boldsymbol{\Gamma}$**L** $\mathbf{F_2PR}$*ac*$\mathbf{W_1Z}$: non miseranda $\mathbf{g_1}$*ul* | tui **g***?pc*$\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : tuis **g***?ac*$\mathbf{J_3}$*?ac* : tibi *Exc. Flor.?* || **41** puppes $\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{O_2}\,\mu\,\sigma$: nauem $\mathbf{G_5}$ || **44** fugit $\mathbf{A_3}$ || **45** eunuchi primus iugulum *Aldina* : eunuchus iugulos primus *Jeep* : eunuchi iugulum primum *Goodyear* || **47** fastis *Scipio Gentilis* | tremuere $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : timuere $\mathbf{P_2}$*ac* || **48** en cuius *omnes mei, Exc. Flor.* : et cuius **Z** : cuius tot *Isengriniana mg* || **49** quid] cur $\mathbf{G_5K_6}$ || **53** concussa] confusa $\mathbf{Ln_1}$: percussa $\mathbf{F_3g_1}$ || **54** terra $\mathbf{P_2RO_2O_7}$: terris *cett. mei* | erit $\mathbf{Fn_1g_1O_3}$*pc*$\mathbf{O_7}$: erat *cett. mei* || **56** campum $\mathbf{FF_{17}}\,\mu$ || **57–58** *interpolatos putat Jeep* || **57** dilecto caruit *omnes mei*, $\boldsymbol{\Gamma_1}$ (= *Louaniensis, cui perperam in Sylloga Burmanniana attributum est* dilectoque caret) : dilecto caret en *Heinsius* : dilecto careat *Birt* || **58** aestuet *Birt* || **59** emeritam ... togam] et uetitam ... togam $\mathbf{A_2}$: emeritum ... sagum *Jeep* | pharetras ϑ *ac* || **62** suscipiat $\mathbf{J_3L_4}\boldsymbol{\Gamma_1}$ || **63** laeta] blanda **F** : foeta *Heinsius olim*

65 prospectant Paphiae celsa de rupe puellae
sollicitae, saluam dum ferat unda ratem.
sed uereor, teneant ne te Tritones in alto
lasciuas doctum fallere Nereidas,
aut idem cupiant pelago te mergere uenti,
70 Gildonis nuper qui tenuere fugam.
incluta captiuo memoratur Thabraca Mauro;
naufragio Cypros sit memoranda tuo.
uecturum moriens frustra delphina uocabis;
ad terram solos deuehit ille uiros.
75 quisquis adhuc similes eunuchus tendit in actus,
respiciens Cypron desinat esse ferox.

20

IN EVTROPIVM

LIBER ALTER

Mygdonii cineres et si quid restat Eoi,
quod pereat, regni, certae non augure falso
prodigii patuere minae, frustraque peracto
uulnere monstriferi praesagia discitis anni.

20 1–451 **Γ, gP_2, L, F_2P, R, W_1, F$J_3$$n_1$** : 452–517 **g$P_2$, L, F_2P, R, W_1, F$J_3$$n_1$** : 518–602 **Γ, g$P_2$, L, F_2P, R, W_1, F$J_3$$n_1$**

19 65 de sede **F**ζ, *Isengriniana mg* || 67 ne te teneant **$G_5$$L_3$$z_1$***pc* : te ne teneaht **z_1***ac* | altum ϑ*ac* || 68 doctum **R***pc, cett. mei* : docti **R***ac* || 69 pelago cupiant **g_1** || 70 gildoni **W_1** ϑ | renuere (*cum* Gildoni) *Heinsius* | fidem **p_4** || 72 sit **P_2***ac, cett. mei* : fit **g**? **P_2***pc* || 73 uecturum **P_2** (**W_1**), *cett. mei, Exc. Flor.* : uenturum **gP_2***ul* **J_3** **$Γ_1$** μ σ : uectorem *Bolt* | frustra moriens *Bolt* || 74 terras **$F_3$$F_{17}$** μ | deuehet **$W_1$** ϑ | mares **$G_5$$K_6$** || 75 eunuchus **Γ***pc* **PRZ**, *Exc. Flor.* : eunuchi **Γ***ac* **F_2***pc* **R***ul, cett. mei* | ad **n_1**, *Vicetina* | ortus **C_1** || 76 desinet **O_7**

codicum inscriptiones: incipit liber secundus **Γ** : incipit quintus liber **g** : in eutropium liber I · I · explicit. incipit in eundem liber · I · I · **P** : incipit liber III in eutropium **R** : incipit liber nonus. in eutropium liber secundus **W_1** : liber de depositione eutropii **J_3** *ma*

20 2 certae *pro adiect.* (*non* certe, *ut priores*) *primus accepit Heinsius* : serae *Marklandus* || 4 mortiferi **n_1q** | discitis **P_2***pc* **PF***pc, cett. mei* : ducitis **P***ul* **n_1q**, *Exc. Flor.*, (*Exc. Gyr.*) : dicitis **P_2***ac* **F***ac*

5 cautior ante tamen uiolentum nauita Corum
prospicit et tumidae subducit uela procellae.
quid iuuat errorem mersa iam puppe fateri?
quid lacrimae delicta leuant? stant omina uestri
consulis; inmotis haesere piacula fatis.
10 tum decuit sentire nefas, tunc ire recentes
detersum maculas. ueteri post obruta morbo
corpora Paeonias nequiquam admoueris herbas.
ulcera possessis alte suffusa medullis
non leuiore manu, ferro sanantur et igni,
15 ne coeat frustra mox eruptura cicatrix.
ad uiuum penetrant flammae, quo funditus umor
defluat et uacuis corrupto sanguine uenis
arescat fons ipse mali; truncantur et artus,
ut liceat reliquis securum degere membris.
20 at uos egregie purgatam creditis aulam,
Eutropium si Cypros habet? uindictaque mundi
semiuir exul erit? quis uos lustrare ualebit
Oceanus? tantum facinus quae diluet aetas?
induerat necdum trabeas: mugitus ab axe
25 redditur inferno, rabies arcana cauernas

5 doctior $\mathbf{A_2}$ | Caurum *Jeep* || **6** consulit $\mathbf{F_3}$ | tumidae $\mathbf{P_2F}$*pc*$\mathbf{J_3}$*pc*, *cett. mei* : timidae $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{F}$*ac*$\mathbf{J_3}$*ac* | subduxit $\mathbf{L_{11}W_2}$: subiecit ϑ *ac* || **7** errorem $\mathbf{P_2LF_2PR}$: errores $\mathbf{\Gamma W_1FJ_3n_1}$: errorẽs **g** || **8** quid **R**, *cett. mei* : cum **R***ul* : num *König* | leuant **R**, *cett. mei* : luant **R***ul*$\mathbf{g_1}$: iuuant $\mathbf{A_2F_3O_3}$*ul*, *Abrinc. 135* : *de* luunt *uel* lauant *cogitare possis* | omina $\mathbf{\Gamma gP_2}$*pc*$\mathbf{F_2}$*sscr*$\mathbf{P}$*sscr*$\mathbf{R}$*pc*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$, *Exc. Gyr.* : omnia $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{LF_2PR}$*ac* | uestri $\mathbf{F_2}$*sscr*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : nostri $\mathbf{n_1C_1W_2}$: ueri $\mathbf{F_2}$ || **9** haerere $\mathbf{K_6}$ || **10—23** *interpolatos censet Jeep* || **10** cum *König* | nocentes $\mathbf{L_{11}}$ || **11** lacrimas $\mathbf{n_1O_3}$*ul*$\mathbf{qW_2}$ || **12** herbas **F***ul*, *cett. mei* : artes* $\mathbf{FF_{17}}$*mg* ζ, *Isengriniana mg* || **13** ulcera] uiscera $\mathbf{F_2}$: uulnera $\mathbf{L_4}\vartheta$ *ul* | suffossa $\mathbf{n_1}$: subfixa *Heinsius olim* : diffusa *Burmannus, qui et* alto de pure *coniecit* || **14** igne $\mathbf{A_2J_6}$*pc?*$\mathbf{L_4}$ || **15** coeat *Barthius* : noceat *codd.* : moueat *Jeep* : condat *Birt* : foueat *Cameron* | frustra *codd.* : ducta et *König* : crustam *Jeep* : crustans *Birt* : crusta *Cameron* | mox eruptura **R**, *cett. mei* : mox eructura $\mathbf{W_1P_{11}}\vartheta$: deinde erumpenda **R***ul* : mox irruptura *Barthius* : mox se ruptura *Burmannus* || **16** flammae penetrant *Heinsii Iunianus* : penetrent flammae $\mathbf{O_3}$, *Paul* | quo $\mathbf{\Gamma P_2PRJ_3}$*mg*$\mathbf{O_2}$: quis $\mathbf{gP_2}$*ul*$\mathbf{L}$*pc*$\mathbf{F_2W_1FJ_3n_1}$, *Exc. Flor.?* : ut **P***ul* || **18** arescat $\mathbf{\Gamma gP_2}$*ul*$\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$: exaret $\mathbf{F_2}$*pc* : exundet $\mathbf{P_2LPRF_2}$*ac* : ex(s)udet $\mathbf{L_3O_2}$*pc*, *Heinsius* | ipse $\mathbf{\Gamma}$: ille *cett. mei* | truncantur **R***pc*, *cett. mei* : truncatur **R***ac*$\mathbf{P_{11}}\vartheta\mu$: truncentur *Paul* || **19** reliquis liqueat *Par. 15155* | securum $\mathbf{P_2F_2}$, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : secure $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{F_2}$*sscr* : securo *Heinsius* | degere $\mathbf{P_2LPR}\lambda$: uiuere *cett. mei* || **21** si uictima mundi *Burmannus* || **22** quis $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{gLF_2R}$*ul*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$: qui $\mathbf{\Gamma P_2}$*ac*$\mathbf{PRZ}$*ac*, *Exc. Flor.* || **23** destruet $\mathbf{n_1q}$ || **24** nondum trabeas $\mathbf{W_1J_3L_{11}}$: trabeas necdum $\mathbf{F_3}\mu\sigma$ | axe *omnes mei*, *Exc. Flor.* : alto* $\mathbf{p_2}$, *Exc. Gyr.* || **25** redditur $\mathbf{L_{11}}$, *Heinsius* : redditus* *omnes mei* | infernas* $\mathbf{PRK_6O_3}$*ac*$\mathbf{P_{14}}$

uibrat et alterno confligunt culmina lapsu.
bacchatus per operta tremor Calchedona mouit,
pronus et in geminas nutauit Bosporos urbes.
concurrere freti fauces, radice reuulsa
30 uitant instabilem rursum Symplegada nautae.
scilicet haec Stygiae praemittunt signa sorores
et sibi iam tradi populos hoc consule gaudent.
mox oritur diuersa lues: hinc Mulciber ignes
sparserat, hinc uicta proruperat obice Nereus.
35 haec flagrant, haec tecta natant. quam, numina, poenam
seruatis sceleri, cuius tot cladibus omen
constitit? incumbas utinam, Neptune, tridenti
pollutumque solum toto cum crimine mergas!
unam pro mundo Furiis concedimus urbem.
40 utque semel patuit monstris iter, omnia tempus
nacta suum properant nasci: tum decolor imber
infantumque noui uultus et dissona partu
semina, tum lapidum fletus armentaque uulgo
ausa loqui mediisque ferae se credere muris,
45 tum uates sine more rapi lymphataque passim
pectora terrifici stimulis ignescere Phoebi.
fac nullos cecinisse deos: adeone retusi
quisquam cordis erit, dubitet qui partibus illis
adfore fatalem castrati consulis annum?
50 sed quam caecus inest uitiis amor! omne futurum
despicitur suadentque breuem praesentia fructum
et ruit in uetitum damni secura libido,

26 *om.* $\mathbf{W}_1$ (*add. mg*) $\mathbf{J}_3$ (*add. mg*) : *ante* 25 *ac in* **g** || 27 bachatur $\mathbf{P}_2$ | opaca $\mathbf{W}_1$ $\mathbf{g}_1\mathbf{L}_{11}\mathbf{P}_1$ ϑ *ac* || 28 nutauit $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*?pc***R***pc***F**$\mathbf{J}_3$*pc* : mutauit $\mathbf{L}\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$ ϑ : nutabit **R***ac* : mutabit **P** : undauit *Ker* | urbes $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : undas $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{O}_2$*ul* || 29 radice $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : tellure $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{O}_2$*ul*$\mathbf{O}_3$*ul* || 30 rursum $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}$: -us $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* || 31 haec $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}$: et $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{g}\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || 33 hic $\mathbf{F}_{20}$ || 34 hic $\mathbf{F}_{20}$ | uicta ($\boldsymbol{\Gamma}$)$\mathbf{P}_2$*ac***L***ac***P***ac***R** : uincta *Exc. Flor.* : uicto $\mathbf{g}\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{F}_2$ **P***pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3$*ul*$\mathbf{n}_1$: rapta *Exc. Gyr.* : rupto $\mathbf{J}_3\mathbf{K}_6$ μ *ul* : fracta *Birt* || 36 seruatis **P***ac, cett. mei* : seruastis **P***pc* μ : $\mathbf{W}_1$ *incert.* | sceleri (**g**)**R***pc, cett. mei* : sceleris **R***ac* || 38 cum toto $\mathbf{O}_3$*ac* : totum cum $\mathbf{g}_1\mathbf{O}_2$ μ : tanto cum λ || 40 omnia *cett. mei, Exc. Frising.* : omina $\mathbf{P}\mathbf{W}_1\mathbf{F}$*?* $\mathbf{n}_1\mathbf{F}_3$ || 41 discolor *Heinsius* || 43 fluctus $\mathbf{J}_6$ || 44 uisa *Burmannus* | condere $\mathbf{L}_4$ || 45 more $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei, Exc. Flor.* : lege $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_{20}$ || 46 terrifici *omnes mei, Exc. Flor.* : terrificis $\mathbf{L}_{11}\mathbf{W}_2$: fatidici $\mathbf{p}_2$, *Iuntina* || 47 retusi] retrusi $\mathbf{F}_2\mathbf{F}$: remissi $\mathbf{A}_2\mathbf{L}_4$ || 48 erit $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : erat $\mathbf{P}_2$*ul***Z** | dubitet $\mathbf{P}_2$*pc***F***pc, cett. mei* : -at $\mathbf{P}_2$*ac***F***ac* | qui] quis $\mathbf{W}_1\mathbf{Z}$ ϑ : quin $\mathbf{L}_{11}$, *Heinsius* || 49 castrati fatalem **L** λ || 50 sed] heu *Flor. Gall.* : ha *Par. 15155* : o $\mathbf{P}_{10}$, *Par. 1977* | quam **P***ac*$\mathbf{W}_1$*?sscr, cett. mei* : quia **P***pc*$\mathbf{n}_1$ | caecus **P***ac, cett. mei* : certus **P***pc* || 51 praesentia **R***ul, cett. mei* : praesagia **R** : suffragia **Z**

dum mora supplicii lucro, serumque, quod instat,
creditur. haud equidem contra tot signa Camillo
55 detulerim fasces, nedum (pro sexus!) inerti
mancipio, cui, cuncta licet responsa iuberent
hortantesque licet sponderent prospera diui,
turpe fuit cessisse uiros.
                                        exquirite retro
crimina continui lectis annalibus aeui,
60 prisca recensitis euoluite saecula fastis:
quid senis infandi Capreae, quid scaena Neronis
tale ferunt? spado Romuleo succinctus amictu
sedit in Augustis laribus. uulgata patebat
aula salutantum studiis; huc plebe senatus
65 permixta trepidique duces omnisque potestas
confluit. aduolui genibus, contingere dextram
ambitus, et uotum deformibus oscula rugis
figere. praesidium legum genitorque uocatur
principis et famulum dignatur regia patrem.
70 posteritas, admitte fidem: monumenta petuntur
dedecoris multisque gemunt incudibus aera
formatura nefas. haec iudicis, illa togati,
haec nitet armati species; numerosus ubique
fulget eques; praefert eunuchi curia uultus.
75 ac ueluti caueant ne quo consistere uirtus
possit pura loco, cunctas hoc ore laborant
incestare uias. maneant inmota precamur
certaque perpetui sint argumenta pudoris.

53 lucro $\mathbf{Rn_1}$*?, cett. mei* : lucro est **R***sscr*$\mathbf{K_6L_3}$: leto $\mathbf{W_1}$ ϑ *ac* : lucrum *Jeep* || **54** haud umquam $\mathbf{A_2}$ || **56–57** *uerba inter* licet *et* sponderent *om.* $\mathbf{W_1}$ || **56** cuncta] quanta **L** : certa *Heinsius* | fauerent *Burmannus* || **57** *mg tantum exhibet* ϑ, *spurium censuit Barthius* | simul *Heinsius* || **58** *om.* $\mathbf{W_1}$ || **59** anni $\mathbf{P_2F_2}$ ζ ϑ *ul* || **60** recensitis **R***pc, cett. mei* : recensetis Γ **R***ac* || **62** ferant $\mathbf{P_{10}}$*ac?* : ferat Γ : refert *Pulmanni cod.* : fremit **F** : fremunt *Heinsius* || **64** huc $\mathbf{gLF_2W_1FJ_3}$: hunc **P** : huic Γ : hinc $\mathbf{n_1K_6q}$: ac $\mathbf{P_2PR}$: et *Flor. Gall.* || **66** aduolui **g***pc, cett. mei* : aduoluit **g***ac*$\mathbf{W_1}$ $\mathbf{P_1P_{11}}$ | contingere] coniungere $\mathbf{A_2}$: contexere $\mathbf{W_1}$ ϑ || **68** iungere $\mathbf{K_8}$ | legis *Iunianus* || **70** ad monumenta parantur *Heinsius* || **72** haec . . . illa] hic . . . inde $\mathbf{A_2}$*ac* : his . . . ora *Heinsius* | sagati *Jeep* || **73** haec *omnes mei, Exc. Flor.* : hinc $\mathbf{A_2}$: his *Heinsius* || **74** profert $\mathbf{J_6}$: perfert *Heinsius* || **75** considere $\mathbf{W_1}$ ϑ || **75–76** uirtus / possit pura (plura $\mathbf{PW_1F}$*ac*$\mathbf{n_1}$*ac*) loco] possit / uirtus pura loco $\mathbf{F_3K_6}$: possit / pura loco uirtus *Flor. Gall.* || **76–77** cunctis . . . / . . . uiis *Heinsius* | hoc ore (ere $\mathbf{J_3}$*ac*) *omnes mei, Exc. Flor.* : haec ora *Vgoletus* | incestare **R***ul, cett. mei, Exc. Frising.* : infestare ϑ : instaurare **LPRZ** | cunctis haec ora laborant / instaurare uiis *Heinsius* || **78** pudoris $\mathbf{F_2}$*ul, cett. mei* : doloris $\mathbf{F_2}$: furoris $\mathbf{W_1}$ ϑ *ac*

subter adulantes tituli nimiaeque leguntur
80 uel maribus laudes: claro quod nobilis ortu
(cum uiuant domini?), quod maxima proelia solus
inpleat (et patitur miles?), quod tertius urbis
conditor (hoc Byzas Constantinusque uidebunt?).
inter quae tumidus leno producere cenas
85 in lucem, fetere mero, dispergere plausum
empturas in uulgus opes, totosque theatris
indulgere dies alieni prodigus auri.
at soror et, si quid portentis creditur, uxor
mulcebat matres epulis et more pudicae
90 coniugis eunuchi celebrabat uota mariti.
hanc amat, hanc summa de re uel pace uel armis
consulit, huic curas et clausa palatia mandat
ceu stabulum uacuamque domum. sic magna tueri
regna nihil, patiensque iugi deluditur orbis?
95 mitior alternum Zephyri iam bruma teporem
senserat et primi laxabant germina flores,
iamque iter in gremio pacis sollemne parabant
ad muros, Ancyra, tuos, auctore repertum
Eutropio, pelagi ne taedia longa subirent,
100 sed uaga lasciuis flueret discursibus aestas;
unde tamen tanta sublimes mole redibant
ceu uinctos traherent Medos Indumque bibissent.
ecce autem flauis Gradiuus ab usque Gelonis
arua cruentato repetebat Thracia curru:
105 subsidunt Pangaea rotis altaeque sonoro

79 subtus $\mathbf{A}_2$ | adulantum $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3$ || **80** uel $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : uix $\mathbf{P}_2$*?ul* : ut $\mathbf{O}_2$*ul* || **81** domini uiuant $\mathbf{g}_1$ || **82** haec *Burmannus* || **82–83** conditor . . . / tertius $\mathbf{K}_6$ || **83** haec $\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: hic $\mathbf{W}_1$ | uidebunt **P***pc*, *cett. mei* : uidebant **P***ac* : uidebis $\mathbf{p}_4$ | hoc Byzas, hoc, Constantine, uidebis *Heinsius* || **84** quae $\mathbf{F}_2\mathbf{R}\mathbf{n}_1$*?pc*, *cett. mei* : quos **L**$\mathbf{F}_2$*ul***R***ul*$\mathbf{W}_1$ | leno tumidus $\mathbf{P}_2$: tumidas leno *Heinsius* || **85** plausum **P**, *cett. mei* : plausus $\mathbf{P}_{10}$: plaustrum **P***mg*$\mathbf{W}_1$: plaustro **g** || **89** cenis **F** | amore ϑ || **91** de re summa **F**ζ || **92** curas **RF***?*, *cett. mei* : ceras **R***ul* : arces *uel* arcas *Birt* | celsa $\mathbf{g}_1$ || **93** uacuam- $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*pc*, *cett. mei* : uiduam- $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{J}_3\mathbf{F}_{17}\mathbf{O}_2$*ul* σ || **95** zephyri **g***ac*, *cett. mei* : zephyris **g***pc***L**$\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3$ || **96** germina Γ**g**$\mathbf{F}_2$**PR**$\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor.* : gramina $\mathbf{P}_2$**L** **P***sscr*$\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{n}_1$ || **97** in gremio pacis **P***pc*, *cett. mei* : e gremio pacis **P***ac***R** : ingressi paucis (paucis *iam Exc. Flor., Exc. Gyr.*) *Heinsius* : ut Genio pacis *Burmannus* || **99** subiret (*sc.* aetas **100**) *Burmannus* || **100** decursibus $\mathbf{F}_2\mathbf{n}_1$**q** | aestas Γ**g**$\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}_2$*ac***PR**$\mathbf{J}_3$*ac* : aetas $\mathbf{P}_2$**L**$\mathbf{F}_2$*pc***R***ul*$\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$ || **101** mole $\mathbf{P}_2$*ul*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : laude $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$**F**$\mathbf{n}_1$ μ (*in ras.*) || **102** uinctos $\mathbf{P}_2$*ul*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : uictos $\mathbf{P}_2$**L** **F**$\mathbf{g}_1$**Z** | indum- **R**, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : nilum- **g**$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_6\mathbf{L}_4$: gangem- **R***sscr* : tigrim- $\mathbf{A}_2$ | bibissent **P***pc*$\mathbf{J}_3$*pc*, *cett. mei* : subissent **P***ac* || **104** curru **R***pc*, *cett. mei* : cursu **LPR***ac*$\mathbf{W}_1$

stridunt axe niues. ut uertice constitit Haemi
femineasque togas pressis conspexit habenis,
subrisit crudele pater cristisque micantem
quassauit galeam; tunc inplacabile numen
110 Bellonam adloquitur, quae sanguine sordida uestem
Illyricis pingues pectebat stragibus hydros:
'necdum mollitiae, necdum, germana, mederi
possumus Eoae? numquam corrupta rigescent
saecula? Cappadocum tepidis Argaeus aceruis
115 aestuat; infelix etiamnum pallet Orontes.
dum pereunt, meminere mali; si corda parumper
respirare sinas, nullo tot funera sensu
praetereunt, tantique leuis iactura cruoris.
aspicis obscaenum facinus? quid crinibus ora
120 protegis? en quales sese diffudit in actus
parua quies, quantum nocuerunt otia ferri!
qui caruit bellis, eunucho traditur annus.
actum de trabeis esset, si partibus una
mens foret Hesperiis; rueret derisa uetustas
125 nullaque calcati starent uestigia iuris,
ni memor imperii Stilicho morumque priorum
turpe relegasset defenso Thybride nomen
intactamque nouo seruasset crimine Romam.
ille dedit portum, quo se pulsata referret
130 maiestas Latii deformataeque secures;
ille dedit fastos, ad quos Oriente relicto
confugeret sparsum maculis seruilibus aeuum.
quam similes haec aula uiros! ad moenia uisus

106 strident **L** | ut **RF**?, *cett. mei, Exc. Flor.* (*sed postea del.*) : et **gF**$_2$**R***ul***C**$_1$ || **108** subrisit **P**$_2$*pc, cett. mei* : subsidit **P**$_2$*ac et ul***O**$_2$ | cristis- **P**$_2$, *cett. mei, Exc. Gyr.* : tristis- **P**$_2$*ul***W**$_1$**n**$_1$: tristes- **F** || **109** quassabat **gF**$_2$**W**$_1$**J**$_3$: concussit **A**$_2$ || **110** aggreditur **L** λ | sordida sanguine **p**$_2$ || **111** pectebat **R***pc, cett. mei* : pectebant **n**$_1$**Z***ac* : spectabat **PR***ac* : pascebat **K**$_8$*ul* : pexabat *Heinsius* || **112** necdum[1]] nondum **J**$_3$ || **113** rigescent **P**$_2$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : rigescunt **P**$_2$*ac***O**$_3$*ac* : uirescent *Jeep* || **115** squallet *Heinsius* || **117** sinam **A**$_2$ || **118** tantique **R***ul, cett. mei* : antiqua **R** || **119** aspicis **R**, *cett. mei* : respicis **R***ul* || **120** en **P**$_2$*pc, cett. mei* : an **P**$_2$*ac* : heu **F**$_2$ | diffudit *Γ***Z** : diffundit* **g***pc***LF**$_2$**PRW**$_1$**F**(**n**$_1$) : deffundit **P**$_2$: diffundat **J**$_3$ μ || **121** otia **R**, *cett. mei, Exc. Flor.* : secula **R***ul* | ferro *Heinsius* || **123** patribus **P** || **124** derisa] detrusa **F** : delusa **K**$_6$ || **125** fastigia *Heinsius* || **126** morumue λ || **127** Thybride] a thybride **P**$_2$**LPR** : a tibure λ || **129** lassata **P**$_{11}$ | referrent **O**$_3$*ac* || **131** fastos **F**$_2$, *cett. mei* : fasces **LF**$_2$*ul* λ || **133** haec **PR**, *cett. mei* : habet **P** *gloss.* **R***sscr, Liuineius* | quam similes habet aula uiris *Barthius*

derige: num saltem tacita formidine mussant?
135 num damnant animo? plaudentem cerne senatum
et Byzantinos proceres Graiosque Quirites.
o patribus plebes, o digni consule patres!
quid, quod et armati cessant et nulla uirilem
inter tot gladios sexum reminiscitur ira?
140 hucine nostrorum cinctus abiere nepotum?
sic Bruti despectus honos?
ignosce parenti,
Romule, quod serus temeratis fascibus ultor
aduenio: iamiam largis haec gaudia faxo
conpensent lacrimis. quid dudum inflare moraris
145 Tartaream, Bellona, tubam, quid stringere falcem,
qua populos a stirpe metis? molire tumultus,
excute delicias. Thracum Macetumque ruinae
taedet et in gentes iterum saeuire sepultas:
damna minus consueta mouent. trans aequora saeuas
150 uerte faces; aliis exordia sume rapinis.
non tibi Riphaeis hostis quaerendus ab oris,
non per Caucaseas accito turbine ualles
est opus. Ostrogothis colitur mixtisque Gruthungis
Phryx ager: hos paruae poterunt inpellere causae
155 in scelus; ad mores facilis natura reuerti.
sic eat: in nostro quando iam milite robur
torpuit et molli didicit parere magistro,
uindicet Arctous uiolatas aduena leges;
barbara Romano succurrant arma pudori.'
160 sic fatus clipeo, quantum uix ipse deorum
arbiter infesto cum percutit aegida nimbo,

134 num **ΓR**, *Exc. Flor.* : non **g***pc***F**$_2$**W**$_1$**J**$_3$: nunc **LP**$_2$**Pn**$_1$: nec **F***pc?* || **135** num **ΓRZ***pc*, *Exc. Flor.* : non **gF**$_2$**J**$_3$**n**$_1$: nunc **LP**$_2$**PW**$_1$: nec **F** || **136** grecos- **P**$_2$**O**$_2$ || **138–139** uirilem ... sexum **LJ**$_7$**K**$_6$**λ** : uiriles ... sexum **R** : uirilis ... sexum **R***ul*, *cett. mei* : uirilis ... sexus* **A**$_2$**O**$_3$*pc* || **143** laxis **K**$_6$ || **144** conpensent] conpescent **ΓF***ac***O**$_7$*ac***λ***ac* : conpescant **F***pc* | quam *Paul* || **146** metis **ΓP**$_2$*ul***LF**$_2$*pc***RFJ**$_3$ *ac***n**$_1$: metas **J**$_3$*pc***F**$_{20}$**Z***ul* : meos **gP**$_2$**F**$_2$*ac***P** : *nugas* **W**$_1$ || **148** sepultas **F**$_2$*pc***P***pc* **R***ul*, *cett. mei* : repulsas **P***ac***RO**$_7$: tumultus **F**$_2$*ac* || **149** moue* *Birt* || **150** exordia **R**, *cett. mei* : primordia **R***ul* || **152** ascito **P**$_{11}$: angusto **W**$_1$: excito *Heinsius* || **155** in **F**$_2$**R***pc*, *cett. mei* : ad **F**$_2$*ul* | ad **P**$_2$*ul*, *cett. mei* : et **P**$_2$: in **K**$_6$ || **156** sic **R***pc*, *cett. mei* : hoc **R***ac* | eat] erat **n**$_1$**q** : erit *Clauerius* | quando **P**$_2$*pc*, *cett. mei* : quoniam **J**$_3$ **σ** || **157** didicit molli **K**$_6$ | ministro *Schraderus* || **161** percu-lit **A**$_2$ | aegida **ΓP***ac***Rϑ** *ul*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : aethera **P***pc***R***ul*, *cett. mei* : aera **Z***pc***λ**

intonuit. responsat Athos Haemusque remugit;
ingeminat raucum Rhodope concussa fragorem.
cornua cana gelu mirantibus extulit undis
165 Hebrus et exanguem glacie timor alligat Histrum.
tunc adamante grauem nodisque rigentibus hastam,
telum ingens nullique deo iaculabile, torsit.
fit late ruptis uia nubibus; illa per auras
tot freta, tot montes uno contenta uolatu
170 transilit et Phrygiae mediis affigitur aruis.
sensit humus; gemuit Nysaeo palmite felix
Hermus et aurata Pactolus inhorruit urna
totaque summissis fleuerunt Dindyma siluis.
nec dea praemissae stridorem segnius hastae
175 consequitur, centumque uias meditata nocendi
tandem Tarbigilum (Geticae dux inprobus alae
hic erat) adgreditur. uiso tum forte redibat
Eutropio uacuus donis, feritasque dolore
creuerat et, teneris etiam quae crimina suadet
180 ingeniis, Scythicum pectus flammabat egestas.
huic sese uultu simulatae coniugis offert
mentitoque ferox incedit barbara gressu,
carbaseos induta sinus: post terga reductas
uberibus propior mordebat fibula uestes,
185 inque orbem tereti mitra redeunte capillum

162 responsat (**P**), *cett. mei* : respondit $\mathbf{L}_4$*ac* : respondet $\mathbf{L}_4$*pc* σ | haemus- $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei* : hermus- $\mathbf{P}_2$*ac* || **163** ingemuit $\mathbf{W}_1$: et geminat *Birt* | raucum rhodope *cett. mei, Exc. Flor.* : Rhodope raucum *Camers* : rodope trachum $\mathbf{W}_1$: rauco rodope **L** : Rhodope magnum *Vicetina* | percussa **F** ζ μ | fragore **L** || **164** extulit ($\mathbf{P}_2$), *cett. mei* : excutit **F** ζ σ. *Isengriniana* : exerit $\mathbf{F}_2$ || **165** exanguis *Buecheler* || **166** ingentibus $\mathbf{L}_{11}$ || **167** deo $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : adeo $\mathbf{P}_2$*ul* : deus *Birt* | iaculabile (**L**) ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei, Exc. Flor.* : iactabile $\mathbf{P}_{10}$ || **168** ruptis **g***pc*$\mathbf{P}_2$*ac*($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* : raptis $\mathbf{P}_2$*pc* $\mathbf{F}_2$ ϑ || **170** affligitur $\mathbf{J}_7$*ac*$\mathbf{L}_1\mathbf{L}_4$*ac* ϑ*ac* : infigitur μ | aruis *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : (h)oris $\mathbf{g}\mathbf{F}_2\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || **171** sensit $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : sentit $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{O}_2$ ϑ*pc* || **172** urna $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : unda $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{n}_1\mathbf{O}_2$*ul* || **173** demissis $\mathbf{K}_6\mathbf{P}_{10}$*ac* | fleuerunt $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : fluxerunt $\mathbf{P}_2$*ul* : pauerunt *Wakefield* || **174** non dea $\mathbf{J}_3\mathbf{F}_{17}$*ac* μ σ : hic dea $\mathbf{W}_1$: nondum *Heinsii Iunianus* || **175** prosequitur $\mathbf{F}_{20}$ || **176** Tribigilum *Heinsius* | alae *Rubenius* : aulae *codd.* || **177** adgreditur **R**, *cett. mei* : alloquitur **R***ul* | tum uiso $\mathbf{L}_3$ || **178–179** dolorem / mouerat **L** || **181** huic **g**? **R***pc, cett. mei* : hinc **R***ac* $\mathbf{W}_1$? : huc **L** | simulatae **R**, *cett. mei, Exc. Flor.* : simulato* $\mathbf{g}\mathbf{L}\mathbf{J}_7$*pc*$\mathbf{L}_4\mathbf{O}_2$*pc* : mentite **R***ul* || **182** incedens *Exc. Flor., Exc. Gyr.* | motu ζ || **183** induta $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* : inducta $\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$ | reductas **R***pc, cett. mei* : reuinctas **R***ac* : reductam σ || **184** propior **LRF** : proprior $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* : proprias $\mathbf{P}_2$: **g** *incert.* | uestem σ || **185** redeunte *omnes mei, Exc. Flor.* : redimente *Exc. Gyr.* (*teste Jeep, dubitanter*) : retinente *Exc. Gyr.* (*teste Birt*) : radiante *Burmannus* : redimita *Jeep* | capillum **R**, *cett. mei* : capillos **R***ul***Z** μ

strinxerat et uirides flauescere iusserat angues.
aduolat ac niueis reducem conplectitur ulnis
infunditque animo furiale per oscula uirus.
principe quam largo ueniat, quas inde reportet
190 diuitias, astu rabiem motura requirit.
ille iter ingratum, uanos deflere labores,
quos super eunuchi fastus, quae probra tulisset.
continuo secat ungue genas et tempore pandit
arrepto gemitus:
'i nunc, deuotus aratris
195 scinde solum positoque tuos mucrone sodales
ad rastros sudare doce. bene rura Gruthungus
excolet et certo disponet sidere uites.
felices aliae, quas debellata maritis
oppida, quas magnis quaesitae uiribus ornant
200 exuuiae, quibus Argiuae pulchraeque ministrant
Thessalides, famulas et quae meruere Lacaenas.
me nimium timido, nimium iunxere remisso
fata uiro, totum qui degener exuit Histrum,
qui refugit patriae ritus, quem detinet aequi
205 gloria, concessoque cupit uixisse colonus
quam dominus rapto. quid pulchra uocabula pigris
praetentas uitiis? probitatis inertia nomen,
iustitiae formido subit. tolerabis iniquam
pauperiem cum tela geras? et flebis inultus
210 cum pateant tantae nullis custodibus urbes?
quippe metus poenae. pridem mos ille uigebat,
ut meritos colerent inpacatisque rebelles
urgerent odiis; at nunc, qui foedera rumpit,
ditatur, qui seruat, eget. uastator Achiuae

186 strinxerat **L***pc* ($\mathbf{P}_2$*pc*), *cett. mei* : struxerat $\mathbf{P}_2$*ac* $\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$ || **187** ac *cett. mei, Exc. Flor.* : et **g**? **LF**$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || **188** infudit- **LPR**$\mathbf{W}_1$: diffundit- *Heinsius* | fatale $\mathbf{L}_{11}$ || **191** uacuos $\mathbf{F}_3\mathbf{L}_{11}$ || **193–194** et fenore pandit / erepto *Paul* || **194** accepto $\mathbf{L}_4$ | i **R***ul*, *cett. mei* : iam **LPR**$\mathbf{n}_1$ || **195** finde $\mathbf{C}_1\mathbf{P}_{11}$ || **197** sidere $\mathbf{F}_2$**R**, *cett. mei* : tempore $\mathbf{F}_2$*ul* **R***sscr* ϑ : foedere *Buecheler* || **198** animae *ul ed. Antuerp. ap. Burmannum* || **200** pulchraeue $\mathbf{O}_3$ || **201** sibi quae ϑ || **204** qui $\mathit{\Gamma}$**g**$\mathbf{P}_2$*ul* **LR***pc* **F**$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: hunc $\mathbf{F}_2$**R**?*ac* λ : nunc $\mathbf{P}_2$**P**$\mathbf{W}_1$: quem *Heinsius* | destinet *Heinsius olim* || **205** cupit $\mathbf{F}_2$*sscr*, *cett. mei* : tulit $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\zeta$ || **206** pigris] tetris *Flor. Gall.* || **207** praetentas $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : praetendas $\mathbf{P}_2$*ul* $\mathbf{n}_1$: praetendis **LF**, *Exc. Gyr.* : contemptas $\mathbf{P}_2$*ul* : aptantur *Flor. Gall.* | pietatis $\mathbf{P}_2\mathbf{A}_2\mu$*ac* || **209** et] uel $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3\mathbf{g}_1\mathbf{O}_7$ || **211** metus **P**, *cett. mei* : metu* **P***sscr* $\mathbf{L}_4$*pc*, *Barthius* | pridem *omnes mei, Exc. Frising.* : quondam ϑ || **212** meritos $\mathbf{P}_2$, *cett. mei, Exc. Frising.* : mitis $\mathbf{P}_2$*ul* $\mathbf{O}_2$*ul* | inpacatis- *omnes mei, Exc. Frising.* : implacatis- $\mathbf{K}_6$: inplacandis- *Heinsius olim* || **213** rumpit *cett. mei, Exc. Frising.* : rupit $\mathbf{n}_1\mathbf{g}_1\mathbf{W}_2$

215 gentis et Epirum nuper populatus inultam
praesidet Illyrico; iam, quos obsedit, amicus
ingreditur muros illis responsa daturus,
quorum coniugibus potitur natosque peremit.
sic hostes punire solent, haec praemia soluunt
220 excidiis. cunctaris adhuc numerumque tuorum
respicis exiguamque manum? tu rumpe quietem;
bella dabunt socios. nec te tam prona monerem,
si contra paterere uiros: nunc alter in armis
sexus et eunuchis se defensoribus orbis
225 credidit; hos aquilae Romanaque signa secuntur.
incipe barbaricae tandem te reddere uitae,
te quoque iam timeant admirenturque nocentem,
quem spreuere pium. spoliis praedaque repletus
cum libeat Romanus eris.'
sic fata repente
230 in diram se uertit auem rostroque recuruo
turpis et infernis tenebris obscurior alas
auspicium ueteri sedit ferale sepulchro.
ille, pauor postquam resoluto corde quieuit
et rigidae sedere comae, non distulit atrox
235 iussa deae; sociis, quae uiderit, ordine pandit
inritatque sequi. coniurat barbara pubes
nacta ducem Latiisque palam desciuit ab armis.
pars Phrygiae, Scythicis quaecumque Trionibus alget
proxima, Bithynos, solem quae condit, Ionas,
240 quae leuat, attingit Galatas. utrimque propinqui

215 inultam **L***pc*, *cett. mei* : adultam $\mathbf{W_1L_3O_2}$: inermem $\mathbf{R_{13}}$, *Jeep* : opimam ϑ *mg, mr* : adulter *Burmannus* || **216** praesidet *cett. mei*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : possidet $\mathbf{J_3L_4P_{11}Z}$ | illyrico $\mathbf{\Gamma P_2}$*ac***PR***ac*$\mathbf{W_1}$: illyricos $\mathbf{gP_2}$*pc*$\mathbf{F_2}$*ac***R***pc*$\mathbf{FJ_3}$: illyricis $\mathbf{LF_2}$*pc*$\mathbf{n_1}$ | amicos $\mathit{\Gamma}$, *Isengriniana mg* || **218** natas- ζ || **220** exitiis $\mathbf{J_6}$*pc* || **221** despicis $\mathbf{LP_{11}}\lambda$ || **222** nec te tam $\mathbf{F_2}$*pc?*, *cett. mei* : nec te iam $\mathbf{gn_1}$: neque iam te ϑ | mouerem $\mathbf{F_2}$ || **223** *om.* $\mathbf{W_1}$ | paterere $\mathit{\Gamma}$**g***pc*$\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{LF_2}$*pc*$\mathbf{PRFJ_3}$($\mathbf{n_1}$) : raperere **R***ul*$\mathbf{J_3}$*mg* : peterere *Exc. Flor.* | nonne *Heinsius* | in armis $\mathbf{F_2}$*ul*, *cett. mei* : inermis $\mathbf{F_2n_1}$, *Exc. Gyr.* || **226** reddere] credere $\mathbf{K_6}\lambda$: **g** *incert.* || **228** que **P** : qui **P***sscr* | repletus **g***?***R***ul*, *cett. mei* : repletum **R***ul* : repleri **R** : receptis **Z**λ*ul* : repertus $\mathbf{W_1}$: refertus *Heinsius* || **229** eris **P***pc***R***pc*, *cett. mei* : erit **P***ac***R***ac*$\mathbf{C_1}$: **g** *incert.* || **231** infernis $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{FJ_3F_3K_6W_2}$, *Isengriniana mg* : infernas $\mathbf{F_2}$*ac*, *cett. mei* : informis *Postgate* | obscenior **q***ul* || **232** ferale **g***pc?*$\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : fatale $\mathbf{g_1}$*ac* : mortale $\mathbf{P_2}$ *gloss.* || **233** inde *Heinsius* | pauet $\mathbf{K_4}$ || **235** uiderat $\mathbf{\Gamma LR}$ || **236** irritat- $\mathbf{\Gamma R}$*pc*, *Exc. Flor.* : inuitat- **R***ul*, *cett. mei* || **237** lacii- **g** | dissentit $\mathbf{L_3}$ || **238** Phrygiam *Scaliger* || **240** leuat **g***pc*$\mathbf{P_2}$*pc?***LP***pc***R***pc*$\mathbf{FJ_3}$: leua $\mathit{\Gamma}$ (*seq. ras.*) **g***ac*$\mathbf{P_2}$*?ac*$\mathbf{F_2P}$*ac* **R***ac*$\mathbf{W_1}$: lauat $\mathbf{n_1}$ || **240–241** propinqui / . . . obliquis $\mathbf{\Gamma gP_2F_2RJ_3}$*pc?* : propinquis / . . . obliqui $\mathbf{LFJ_3}$*ac?* : $\mathbf{PW_1n_1}$ *nil moror*

finibus obliquis Lydi, Pisidaeque feroces
continuant Australe latus. gens una fuere
tot quondam populi, priscum cognomen et unum
appellata Phryges (sed quid non longa ualebit
245 permutare dies?), dicti post Maeona regem
Maeones. Aegaeos insedit Graecia portus;
Thyni Thraces arant, quae nunc Bithynia fertur;
nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
illis ante uagus tandem regionibus haesit
250 gaesaque deposuit, Graio iam mitis amictu,
pro Rheno poturus Halyn. dat cuncta uetustas
principium Phrygibus; nec rex Aegyptius ultra
restitit, humani postquam puer uberis expers
in Phrygiam primum laxauit murmura uocem.
255 hic cecidit Lyciis iactata paludibus olim
tibia, foedatam cum reddidit unda Mineruam,
hic et Apollinea uictus testudine pastor
suspensa memores inlustrat pelle Celaenas.
quattuor hic magnis procedunt fontibus amnes
260 auriferi; nec miror aquas radiare metallo,
quae totiens lauere Midan. diuersus ad Austrum
cursus et Arctoum fluuiis mare. Dindyma fundunt
Sangarium, uitrei puro qui gurgite Galli
auctus Amazonii defertur ad ostia Ponti.
265 Icarium pelagus Mycalaeaque litora iuncti
Marsya Maeanderque petunt; sed Marsya uelox,
dum suus est, flexuque carens iam flumine mixtus
mollitur, Maeandre, tuo, contraria passus
quam Rhodano stimulatus Arar: quos inter aprica
270 planities Cererique fauet densisque ligatur

241 Lycii *Jeep* || **243** populi quondam $\mathbf{F}_3\mathbf{g}_1$: pridem populi **L** || **247** arant $\mathbf{RC}_1$ $\mathbf{O}_3$*ac*$\mathbf{O}_7\mathbf{P}_{11}$: erant **R***ul, cett. mei* | qua *Birt* || **248** nuper] hospes *Paul* : serus *Birt* || **250** graio iam $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3\mathbf{O}_2$, *Isengriniana* : iam graio* *cett. mei* || **251** certa **C***pc* || **252** non λ || **253** uberis] isidis *Exc. Flor. ul* || **255** cecidit $\mathbf{F}_2$, *cett. mei* : cecinit $\Gamma\mathbf{F}_2$*ul, Isengriniana mg* | Liciis *e uet. cod. Clauerius* (*Lycus enim est flumen in Phrygia, cf. Ou. Met. 15. 273*) : libycis *omnes mei* : Lydis *Jeep* || **256** unda $\mathbf{FA}_2$: umbra* *cett. mei* || **259** hic **g***?, cett. mei* : hii $\mathbf{W}_1$: hinc* Γ, *Exc. Flor.* : huic *Heinsius* || **261** in $\mathbf{F}_{17}$ || **263** qui puro $\mathbf{A}_2$ || **263–264** *om. add. mg ma* $\mathbf{J}_3$ || **264** auctus $\mathbf{J}_3$*mg, pc, cett. mei* : actus **g***?*$\mathbf{J}_3$*mg, ac,* $\mathbf{C}_1\mathbf{L}_{11}\mathbf{W}_2$ || **266** *fort.* Maeandros- || **267** est flexu- $\mathbf{F}_2$*pc***P***pc***R***pc, cett. mei* : est flexus- **P***ac***R***ac* : est fluxu- $\mathbf{F}_2$*ac* : inflexu- *Birt* || **269** stimulatus $\mathbf{P}_2$*ul, cett. mei* : stimulator $\mathbf{P}_2\mathbf{W}_1\mathbf{W}_2$*ac* | arar **P***pc, cett. mei* : arax **P***ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_6\mathbf{P}_1\mathbf{Z}$: Atax *Heinsius* || **270** fauens σ

uitibus et glaucae fructus attollit oliuae,
diues equis, felix pecoris pretiosaque picto
marmore purpureis caedunt quod Synnada uenis.
  talem tum Phrygiam Geticis populatibus uri
275 permisere dei. securas barbarus urbes
inrupit facilesque capi. spes nulla salutis,
nulla fugae: putribus iam propugnacula saxis
longo corruerant aeuo pacisque senecta.
  interea gelidae secretis rupibus Idae
280 dum sedet et thiasos spectat de more Cybele
Curetumque alacres ad tympana suscitat enses,
aurea sanctarum decus inmortale comarum
defluxit capiti turris summoque uolutus
uertice crinalis uiolatur puluere murus.
285 obstipuere truces omen Corybantes et uno
fixa metu tacitas presserunt orgia buxos.
indoluit genetrix, tum sic commota profatur:
  'hoc mihi iam pridem Lachesis grandaeua canebat
augurium: Phrygiae casus uenisse supremos
290 delapsus testatur apex. heu sanguine qualis
ibit Sangarius quantasque cadauera lenti
Maeandri passura moras! inmobilis haeret
terminus, haec dudum nato placuere Tonanti,
par et finitimis luctus frustraque Lyaei
295 non defensuros inplorat Lydia thyrsos.

271 glaucae $\mathbf{K}_4$: glaucos* *omnes mei* | fluctus $\Gamma\vartheta$ || **272** equi $\mathbf{K}_6$: aquis σ : equum *Heinsius* | pecoris $\Gamma\mathbf{P}_2\mathbf{LF}$*pc*$\mathbf{O}_2$: pecori $\mathbf{gPRW}_1\mathbf{F}$*ac*$\mathbf{n}_1$: pecorum* $\mathbf{F}_2\mathbf{J}_3\mathbf{A}_2\mathbf{O}_7\mathbf{P}_{14}\lambda$, *Isengriniana* || **273** caedunt quod (quod *iam Vicetina*) *Burmannus, Schraderus* : caedit cui *cett. mei, Exc. Flor.?* : cui cedit $\mathbf{J}_3$*pc* : caedit quae $\Gamma\mathbf{O}_2\mathbf{W}_2$: que cedit σ : cedit quoque $\mathbf{g}_1$: cui cedant *Heinsius* || **274** tum] cum $\mathbf{W}_1$, *Exc. Flor.* : nunc $\mathbf{n}_1$ | populatibus $\mathbf{R}$*pc, cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : populantibus $\mathbf{R}$*ac*$\mathbf{n}_1\mathbf{C}_1\mathbf{W}_2$*ac* μ || **275** permisere $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : promisere $\mathbf{PW}_1\mathbf{Z}\lambda$, *Isengriniana mg* || **276** irrumpit ϑ || **278** *om.* $\mathbf{W}_1$ || **279** rupibus $\Gamma\mathbf{P}_2\mathbf{LPR}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr., Isengriniana mg* : partibus $\mathbf{gP}_2$*ul*$\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$ || **280** cum $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$ | cybebe *Exc. Flor.* || **281** concitat $\mathbf{A}_2$ || **285** obstipuere $\Gamma\mathbf{K}_4$, *Exc. Flor.* : obstupuere *cett. mei* : obstrepuere $\mathbf{P}_2\mathbf{g}_1\mathbf{O}_2$ || **286** *om. add. mg* $\mathbf{F}\vartheta$ | tacitas . . . buxos $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : tacita . . . buxo $\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{CO}_7\mathbf{z}_1$ || **287** ingemuit μ | commota *cett. mei, Exc. Gyr.* : irata $\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1\mathbf{P}_1\mathbf{W}_2\Gamma_1$ || **288** grandaeua $\Gamma\mathbf{gF}_2\mathbf{PRW}_1$, *Exc. Gyr.* : longaeua $\mathbf{P}_2\mathbf{LJ}_3\mathbf{n}_1\mathbf{C}_1\mathbf{P}_1\mathbf{W}_2$: sic dura (diua*?*) $\mathbf{F}$ || **290** dilapsus $\mathbf{g}$*?*$\mathbf{LJ}_3$: delatus $\mathbf{Z}$*ac* | quali *Heinsius* || **291–292** cadauera lenti / Maeandri passura moras] cadauere lentus / Maeander passure moras *Heinsius* : cadauera lento / Maeandro factura moras *Jeep* || **293** nato dudum $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3\mathbf{g}_1$: dudum uasto ϑ || **294** par et $\Gamma\mathbf{P}$*?pc*$\mathbf{R}$*pc* : paret $\mathbf{P}$*ac?*$\mathbf{R}$*ac, cett. mei* : par it *Burmannus* | finitimis $\Gamma\mathbf{gP}_2$*ul*$\mathbf{F}_2$*pc?*$\mathbf{PRJ}_3$*ac*, *Exc. Flor. ul* : finitimus $\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_2$*ac?* $\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$

iamque uale, Phrygiae tellus, perituraque flammis
moenia, conspicuas quae nunc attollitis arces,
mox campi nudumque solum! dilecta ualete
flumina! non uestris ultra bacchabor in antris
300 nec iuga sulcabit noster Berecynthia currus.'
dixit et ad tristes conuertit tympana planctus.
labentem patriam sacris ululatibus Attis
personat et lacrimis torui maduere leones.
Eutropius, nequeat quamuis metuenda taceri
305 clades et trepidus uulgauerit omnia rumor,
ignorare tamen fingit regnique ruinas
dissimulat; paruam latronum errare cateruam,
ad sontes tormenta magis quam tela parari,
nec duce frangendas iactat, sed iudice uires:
310 uasta uelut Libyae uenantum uocibus ales
cum premitur, calidas cursu transmittit harenas
inque modum ueli sinuatis flamine pinnis
puluerulenta uolat; si iam uestigia retro
clara sonent, oblita fugae stat lumine clauso
315 ridendum reuoluta caput creditque latere
quem non ipsa uidet. furtim tamen ardua mittit
cum donis promissa nouis, si forte rogatus
desinat. ille semel nota dulcedine praedae
se famulo seruire negat, nec grata timentum
320 munera. militiam nullam nec prima superbus
cingula dignari: nam quis non consule tali
uilis honos?
postquam precibus mitescere nullis,
non auro cessisse uidet creberque recurrit
nuntius incassum nec spes iam foederis extat,

297 *om.* $\mathbf{W}_1$ | urbes *Heinsii Iunianus* || **299** non $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : nec $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1\mathbf{P}_1\mathbf{q}$ | uestris ultra **P***pc, cett. mei* : ultra uestris $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2\,\sigma$ || **300** non $\mathbf{A}_2\mathbf{z}_1$ || **303** lacrimis torui *Γpc, cett. mei* : torui lacrimis* *Γac* : lacrimis saeui $\mathbf{O}_7$ || **304** quamuis nequeat **g***pc* (neq. *add. sscr*) $\mathbf{K}_6\mathbf{O}_7\,\vartheta\,\lambda$ || **306** regi- $\mathbf{n}_1$ || **307** latronum *cett. mei, Exc. Flor.* : ad sontes $\mathbf{g}\mathbf{n}_1\mathbf{C}\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_7\mathbf{P}_4$ || **308** ad sontes *cett. mei, Exc. Flor.* : in sontes $\mathbf{K}_6$*pc* : latronum $\mathbf{g}\mathbf{n}_1\mathbf{C}\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_7\mathbf{P}_4$ || **309** frangendos . . . uiles *Birt* | iudice $\mathbf{P}_2\mathbf{R}$, *cett. mei* : uindice $\mathbf{g}\mathbf{P}_2$*ul***R***ul***F** || **310** uocibus $\mathbf{F}_2$*ul***F***pc, cett. mei* : uallibus $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}$*ac*$\mathbf{n}_1\mathbf{J}_7$ || **314** sonant $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_7$*ac*$\mathbf{P}_{14}\mathbf{S}_3$ | fugae $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : fuge est $\mathbf{B}_1\mathbf{J}_7$*ac*$\mathbf{P}_{11}$: fuga $\mathbf{W}_1$: fuga est $\mathbf{C}\mathbf{g}_1\mathbf{O}_7\mathbf{W}_2$: fugam $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{z}_1$: fugam est Γ_1 : **g** *incert.* || **315** ridendum **P**, *cett. mei* : retrorsum **P***ul* | reuoluta $\mathbf{J}_3$*sscr, cett. mei* : uelata* $\mathbf{J}_3\mathbf{F}_{17}\mathbf{P}_{10}$ *ul* $\mu\,\sigma$ || **316** quae **g***?***F** : quod $\mathbf{n}_1\mathbf{L}_4\mathbf{P}_{14}$ | tamen] tunc **L** | aurea *Burmannus* || **318** tamen $\mathbf{K}_6$ | note $\mathbf{F}_3$: tuta **L** : **g** *incert.* : motus *Burmannus* || **319** non ϑ | timentis $\mathbf{J}_7\mathbf{K}_6$ || **320** neque $\mathbf{W}_1\,\vartheta$ || **324** iam spes $\mathbf{z}_1\,\zeta$

325 tandem consilium belli confessus agendi
ad sua tecta uocat. iuuenes uenere proterui
lasciuique senes, quibus est insignis edendi
gloria corruptasque dapes uariasse decorum,
qui uentrem inuitant pretio traduntque palato
330 sidereas Iunonis aues et si qua loquendi
gnara coloratis uiridis defertur ab Indis,
quaesitos trans regna cibos, quorumque profundam
ingluuiem non Aegaeus, non alta Propontis,
non freta longinquis Maeotia piscibus explent.
335 uestis odoratae studium, laus maxima risum
per uanos mouisse sales, minimeque uiriles
munditiae, compti uultus, onerique uel ipsa
Serica. si Chunus feriat, si Sarmata portas,
solliciti scaenae; Romam contemnere sueti
340 mirarique suas, quas Bosporos adluit, aedes;
saltandi dociles aurigarumque periti.
pars humili de plebe duces; pars compede suras
cruraque signati nigro liuentia ferro
iura regunt, facies quamuis inscripta repugnet
345 seque suo prodat titulo. sed prima potestas
Eutropium praefert, Hosio subnixa secundo.
dulcior hic sane cunctis prudensque mouendi

325 consilium $\mathbf{J}_3$*ac, cett. mei* : concilium* $\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{P}_{10}$*pc*$\mathbf{P}_{14}$: conscilium $\mathbf{n}_1$ | bellis . . . agendis *Birt* : bellum . . . agendum *Fargues* : belli . . . agendum *Goodyear* || **328** correptas- *uel* conditas- *Heinsius* : perpetuas- *uel* ructatas- *Birt* | uariare $\mathbf{P}_2$**L** $\mathbf{g}_1\mathbf{O}_2$ || **329** irritant *Heinsius* | trudunt- **g** || **332** quaesitos . . . cibos ***Γ*R** : quaesitus . . . cibus *cett. mei* : quesitus . . . cibos $\mathbf{P}_3$: quesitos . . . cibus $\mathbf{P}_{13}$ | stagna *Schraderus* || **334** maeotia ***Γ*R***ac*$\mathbf{F}_{20}$: maeotica (moeotica *Exc. Flor.*) *uel* maeotida *cett. mei* | implent $\mathbf{W}_1\mathbf{K}_6\mathbf{O}_7$ || **335** adorate $\mathbf{F}_2$*pc?* : adornatae $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$: adornandae *Paul* || **336** uanos ***Γ*gP***ac***R***ac***F**, *Exc. Gyr.* : uarios $\mathbf{P}_2$*pc?*$\mathbf{L}\mathbf{F}_2$**P***pc***R***pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || **337** compti] culti $\mathbf{g}_1$*ul* *ζ* | uultus *omnes mei, Exc. Flor.* : cultus *Heinsius* || **338** sic hun(n)us feriat ***Γ*PR***?ac* (si hunnus *pc*) : si feriat hunnus **g***pc*, *Flor. Gall.* (chunus) : *de cett. meis uide Prolegom.* : sin hunnus feriat *Exc. Flor. ?* | si[2]] sin $\mathbf{J}_3$: uel *λ* | *post hunc uers. nonnihil excidisse censet Paul* || **340** adluit *Heinsius, Barthius* ($\mathbf{F}_2$, *qui* obruit *legit, notat tamen* .i. tangit uel lauat) : alluit *Liuineii Vaticanus* : abluit $\mathbf{L}\mathbf{L}_{11}\mathbf{P}_1$, *Isengriniana mg* : abluat *Camers* : obruit $\mathbf{P}_2$**R***pc*, *cett. mei* : obstruit $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{O}_2$*ul* : horruit (**P***pc*)**R***ac*$\mathbf{O}_2$: obruat *Birt* | cernit quas bosforus $\mathbf{A}_3$ | urbes $\mathbf{K}_6$ || **341** faciles $\mathbf{P}_{11}$ | aurigarumque] aurigandique *Clauerii uetus* : aurigarique *uel* atque aurigare *Heinsius* || **344** quamuis facies *ϑ*, *Flor. Gall.* || **345** prodat $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : reprobat $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{J}_3$*ac* : reprobet $\mathbf{J}_3$*pc* || **346** profert $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_6\mathbf{W}_2$ *ϑ* || **347** dulcior $\mathbf{P}_2$*ul***P***ac*, *cett. mei* : doctior $\mathbf{P}_2$**LP***pc*$\mathbf{W}_2$*pc* | mouendi *omnes mei, Exc. Flor.* : nouandi *Cuiacii uetus*

iuris et admoto qui temperet omnia fumo,
feruidus, accensam sed qui bene decoquat iram.
350 considunt apices gemini dicionis Eoae,
hic cocus, hic leno, defossi uerbere terga,
seruitio, non arte pares, hic saepius emptus,
alter ad Hispanos nutritus uerna penates.
  ergo ubi collecti proceres, qui rebus in artis
355 consulerent tantisque darent solacia morbis,
obliti subito Phrygiae belloque relicto
ad solitos coepere iocos et iurgia circi
tendere. nequiquam magna confligitur ira,
quis melius uibrata puer uertigine molli
360 membra rotet, uerrat quis marmora crine supino,
quis magis enodes laterum detorqueat arcus,
quis uoci digitos, oculos quis moribus aptet.
hi tragicos meminere modos; his fabula Tereus,
his necdum commissa choro cantatur Agaue.
365   increpat Eutropius: non haec spectacula tempus
poscere; nunc alias armorum incumbere curas;
se satis Armenio fessum pro limite cingi
nec tantis unum subsistere posse periclis;
ignoscant senio, iuuenes ad proelia mittant:
370 qualis pauperibus nutrix inuisa puellis
adsidet et tela communem quaerere uictum
rauca monet; festis illae lusisse diebus
orant et positis aequaeuas uisere pensis,
irataeque operi iam lasso pollice fila
375 turbant et teneros detergunt stamine fletus.
  emicat extemplo cunctis trepidantibus audax

348 admoto $\mathbf{P_2F_2}$*pc, cett. mei* : amoto $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{LF_2}$*ac*$\mathbf{O_2}$*ul* : olfato **P** *gloss.* | temperet *cett. mei, Exc. Flor.* : temperat $\mathbf{F_2n_1q}$ | fumo $\mathbf{F_2}$, *cett. mei* : naso $\mathbf{F_2}$*ul, Iuntina* || **351** hinc . . . hinc *Heinsius* | defossi **R***pc, cett. mei* : defessi **R***?ac*$\mathbf{P_{10}}$, *Scaliger* : descisi $\mathbf{A_2}$*?* : perfossi *Heinsius* : duo fossi *Buccheler* | uulnere $\mathbf{P_2LPZ}\boldsymbol{\lambda}$. *Isengriniana mg* || **354** artis **L***ac?* $\mathbf{n_1}$, *cett. mei* : altis $\mathbf{n_1}$*ul* **L***pc?*$\mathbf{g_1}$ || **356** bello- . . . relicto $\mathbf{gFJ_3n_1C_1F_{20}}$: bellis- . . . relictis* *cett. mei* || **360** soluto $\mathbf{F_3P_1}$ || **361** qui $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{F_2PRW_2}$, *Exc. Flor.* | arcus $\mathbf{J_3P_1}$: artus *cett. mei* : arctus **g** || **362** quis^1] qui $\mathbf{g_1}$ | quis^2] qui $\mathbf{n_1g_1q}$ | moribus] motibus* *Scaliger* : nutibus *Wakefield* || **363** iocos $\mathbf{K_6P_{11}}$ | nereus *Isengriniana mg* || **364** nondum $\mathbf{J_3L_{11}z_1}$ || **365** hoc *Buecheler* || **366** altas $\boldsymbol{\Gamma}_1$, *Heinsius olim* | inpendere $\boldsymbol{\vartheta}$ || **368** nec tamen his *Jeep* | procellis *Heinsius* || **369** iuuenesque $\mathbf{g_1}$ || **370** monitrix *Paul* || **372** mouet $\mathbf{n_1}$ | lusum ire *L. Mueller* || **373** impositis *Heinsii Iunianus* || **374** iratae-] intentae- $\boldsymbol{\vartheta}$ *ac* : infensae- *Heinsius olim* | iam lapso **g** : iam laxo $\mathbf{g_1L_1}$: lasso iam *Birt* | fila] tela $\mathbf{F_{20}}$: telam *Heinsius* || **375** teneros ($\mathbf{W_1}$), *cett. mei* : tenui **Z**

crassa mole Leo, quem uix Cyclopia solum
aequatura fames, quem non ieiuna Celaeno
uinceret (hinc nomen fertur meruisse Leonis),
380 acer in absentes, linguae iactator, abundans
corporis exiguusque animi, doctissimus artis
quondam lanificae, moderator pectinis unci.
non alius lanam purgatis sordibus aeque
praebuerit calathis, similis nec pinguia quisquam
385 uellera per tenues ferri producere rimas.
tunc Aiax erat Eutropii lateque fremebat,
non septem uasto quatiens umbone iuuencos,
sed, quam perpetuis dapibus pigroque sedili
inter anus interque colos onerauerat, aluum.
390 adsurgit tandem, uocemque expromit anhelam:
'quis nouus hic torpor, socii? quonam usque sedemus
femineis clausi thalamis patimurque periclum
gliscere desidia? grauiorum turba malorum
texitur, ignauis trahimus dum tempora uotis.
395 me petit hic sudor. numquam mea dextera segnis
ad ferrum. faueat tantum Tritonia coeptis,
inceptum peragetur opus. iam cuncta furore
qui grauat, efficiam leuiorem pondere lanae
Tarbigilum tumidum, desertoresque Gruthungos
400 ut miseras populabor oues, et pace relata
pristina restituam Phrygias ad stamina matres.'
his dictis iterum sedit; fit plausus et ingens
consilii clamor, qualis resonantibus olim
exoritur caueis, quotiens crinitus ephebus

379 hinc **Γg**?*pc***P**$_2$**RFJ**$_3$**n**$_1$: hic **F**$_2$**P**, *Exc. Flor.* : hoc **LW**$_1$ || **380** linguae iactator *omnes mei*, *Exc. Frising.* : lingua iactator *Scaliger* : linguae iaculator *ul ed. Antuerp. ap. Burmannum* || **381** exigui- **L** λ | animi **J**$_3$, *cett. mei* : animo **W**$_1$**J**$_3$ *ul***n**$_1$**Z** || **382** uncci **L** λ : uncti* **gO**$_7$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **383** purgatis **J**$_3$*ac*, *cett. mei* : purgatam **J**$_3$*pc***n**$_1$ ϑ *pc* || **384** praebuerit *cett. mei*, *Exc. Flor.* : praebuerat **F**$_2$**Pn**$_1$**O**$_3$*ac* | non **p**$_2$ || **385** ferri tenues **L** | producere] per- **LW**$_1$**J**$_3$? λ : de- **A**$_2$ | rimas] uaras **F**$_{20}$: uallos *Heinsius* || **386** lete- Γ_1*ac* || **388** sedili **R**, *cett. mei* : cubili **R***ul* || **390** exsurgit **A**$_2$**K**$_6$ | expromit (**n**$_1$), *cett. mei* : exponit **P**$_2$**F**$_2$**W**$_1$**O**$_2$**Z** | anilem **J**$_6$ || **391** quis **P**$_2$, *cett. mei* : quid **P**$_2$*ul***J**$_3$ μ | torpor **R**, *cett. mei* : stupor o **R***ul* || **392** patimurque **R**, *cett. mei* : -ue **R***ul* || **393** turbo *Schraderus* : tela *Buecheler* || **395** petat *Heinsius* | nusquam **Z** || **397** furorem **ΓgO**$_7$**P**$_{10}$, *Exc. Flor.* : fauorem **P**$_1$: pauore *Heinsius* || **398** glomere *Paul* || **399** Tribigilum *Heinsius* | tumidum **gP**$_2$*pc***F**$_2$**R***pc***F***pc***J**$_3$**n**$_1$: timidum **ΓP**$_2$*ac***LPR***ac***W**$_1$**F***ac* || **400** reducta **P**$_2$**F**$_{17}$ || **403** consilii **P**$_2$**LF**$_2$**W**$_1$**C**$_1$**Z** λ : concilii* **ΓgPRFJ**$_3$ ϑ, *Exc. Flor.* : conscilii **n**$_1$**q** : consiliis **F**$_3$ || **404** caueis **R***pc*, *cett. mei* : cuneis **F**$_3$: tectis **Z***ac*

405 aut rigidam Nioben aut flentem Troada fingit.
protinus excitis iter inremeabile signis
arripit infaustoque iubet bubone moueri
agmina Mygdonias mox inpletura uolucres.
pulcher et urbanae cupiens exercitus umbrae,
410 adsiduus ludis, auidus splendere lauacris
nec soles imbresue pati multumque priori
dispar, sub clipeo Thracum qui ferre pruinas,
dum Stilicho regeret, nudoque hiemare sub axe
sueuerat et duris haurire bipennibus Hebrum.
415 cum duce mutatae uires: Byzantia robur
fregit luxuries Ancyranique triumphi.
non peditem praecedit eques; non commoda castris
eligitur regio; uicibus custodia nullis
aduigilat uallo; non explorantur eundae
420 uitandaeque uiae; nullo se cornua flectunt
ordine; confusi passim per opaca uagantur
lustra, per ignotas angusto tramite ualles.
sic uacui rectoris equi, sic orba magistro
fertur in abruptum casu, non sidere puppis,
425 sic ruit in rupes amisso pisce sodali
belua, sulcandas qui praeuius edocet undas
inmensumque pecus paruae moderamine caudae
temperat et tanto coniungit foedera monstro:
illa natat rationis inops et caeca profundi,
430 iam breuibus deprensa uadis ignara reuerti
palpitat et uanos scopulis inlidit hiatus.

405 finxit*?* $\mathbf{W_1}$ || **406** irreuocabile $\mathbf{F_{17}}$ || **407** infausto- $\mathbf{\Gamma P_2 LPRW_1}$ ϑ *pc, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : infasto- **g** : infesto- $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{F_2 FJ_3 n_1}$ ϑ *ac* || **409** it *Marklandus* | umbrae] aulae $\mathbf{K_6}$: aurae *Heinsius* || **410** adsiduus ludis $\mathbf{F_2}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : assiduis ludis $\mathbf{P_2 F_2}$*ac*(**P**)$\mathbf{W_1}$ || **411** non *Escor. Q. I. 14* | multumue $\mathbf{P_2 W_1 n_1}$ || **413** tegeret $\mathbf{\Gamma_1}$ || **417** non praecedit eques peditem ζ *pc* || **420** uertunt **L** || **421** sparsim $\mathbf{K_4}$ | opaca **R***sscr, cett. mei* : operta **R** | feruntur $\mathbf{F_3}$ || **422** ignotas $\mathbf{\Gamma R}$*pc, cett. mei* : ignotos **LR***ac* : angustas $\mathbf{W_1 Z}$, *Isengriniana* | angusto $\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei* : ignoto $\mathbf{W_1 Z}$, *Isengriniana* | tramite $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : limite $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{LO_2}$ λ | calles *Heinsius* || **423** magistri $\mathbf{K_6}$ || **426** qui $\mathbf{\Gamma R}$, *Exc. Flor.* : cui $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : cum $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{O_2}$ ϑ || **427–428** *interpolatos putat Jeep* || **428** tanto coniungit foedera monstro $\mathbf{gP_2}$*ul*$\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{J_3 n_1}$: tanto coniungit federe monstro **FZ***ac* : tanto coniungit federe monstrum **R** : tanto coniungit federe monstra $\mathbf{P_2 LF_2}$*?ac*$\mathbf{PW_1}$: tanto coniungi federe monstrat $\mathbf{\Gamma R}$*ul* : tantum coniungit foedere monstrum *Heinsius* : tuto coniungi foedere monstrat *Jeep* : dando coniungi foedere monstrat *Birt* || **430** depressa (**P**)$\mathbf{n_1}$: defensa $\mathbf{\Gamma}$, *Isengriniana mg* : depulsa $\mathbf{L_3}$: detenta *Oxon. Bodl. Add. A. 208 ul* | reuerti **R***ul, cett. mei* : natandi **R** || **431** uacuos $\mathbf{A_2}$ | allidit $\mathbf{F_{17}}$

Tarbigilus simulare fugam flatusque Leonis
spe nutrire leues, inprouisusque repente,
dum grauibus marcent epulis hostique catenas
435 inter uina crepant, largo sopita Lyaeo
castra subit. pereunt alii dum membra cubili
tarda leuant; alii leto iunxere soporem;
ast alios uicina palus sine more ruentes
excipit et cumulis inmanibus aggerat undas.
440 ipse Leo damma ceruoque fugacior ibat
sudanti tremebundus equo: qui pondere postquam
decidit, inplicitus limo cunctantia pronus
per uada reptabat. caeno subnixa tenaci
mergitur et pingui suspirat corpore moles,
445 more suis, dapibus quae iam deuota futuris
turpe gemit, quotiens Hosius mucrone corusco
armatur cingitque sinus secumque uolutat,
quas figat uerubus partes, quae frusta calenti
mandet aquae quantoque cutem distendat echino:
450 flagrat opus; †crebro pulsatus perstrepit ictu
contexit uarius penetrans Calchedona nidor.
ecce leuis frondes a tergo concutit aura:
credit tela Leo; ualuit pro uulnere terror
inpleuitque uicem iaculi, uitamque nocentem
455 integer et sola formidine saucius efflat.
quis tibi tractandos pro pectine, degener, enses,
quis solio campum praeponere suasit auito?

432 fastus- $\mathbf{F}_{17}$*sscr***Z**$\boldsymbol{\lambda}$*pc* || **433** breues *Birt* || **436–437** *uerba inter* alii[1] *et* iunxere *om.* **F***ac***P**, *alii* (*uide Prolegom.*) | tarda . . . / membra $\mathbf{J}_7$*mg*$\mathbf{P}_{14}$ || **436** cum $\mathbf{K}_4$ || **437** *om. add. mg* $\mathbf{P}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}\boldsymbol{\vartheta}$ | sopores $\mathbf{J}_6\mathbf{O}_2\mathbf{O}_7$ || **438** more $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{F}_2$, *cett. mei* : morte $\mathbf{P}_2$*ac***L**$\mathbf{F}_2$*ul***P**$\mathbf{W}_1$: fine $\mathbf{F}_3$ || **439** tumulis $\mathbf{n}_1$ || **441** tremebundus **P***sscr*, *cett. mei* : timebundus **P** || **443** '*Heinsio videbatur aliquid deesse*' *Burmannus* || **444** suspirat corpore **R***pc*, *cett. mei* : suspirant corpora **R***ac* | mole *Wakefield* (**R***ac secutus*) || **445** que iam dapibus $\mathbf{F}_{17}\boldsymbol{\mu}$ || **448** quas figat uerubus partes] q. p. f. u. **L**$\boldsymbol{\lambda}$: q. f. p. u. **Z** || **450** flagrat $\boldsymbol{\Gamma}$*mg***R**, *cett. mei* : feruet* $\boldsymbol{\Gamma}$**R***ul* | crebro pulsatus perstrepit ictu] crebro cultri cos perstrepit ictu *uel* crebro pulsu cos perstrepit icta *Barthius* : crebro pulsatus aper strepit ictu *Buecheler* : crebro cultri sus (*uel* pulpae ius) perstrepit ictu *Birt* : crebro pulsatur Bosporus ictu *Platnauer* : creber pulsa sue perstrepit ictus *Hall* || **451** contexit] conteritur $\mathbf{K}_6$: subtexit *Heinsius* : Pontus; it ad (ipsam) *Schraderus* : tunc exit *Buecheler* | uarius] uerubus *Barthius* : suauis *Hall* || **450–451** *interpolatos censuit König* | crebro pulsatum perstrepit ictu / conuexum uarius penetrat Chalcedona nidor *Gronouius* : crebro iugulantum perstrepit ictu / Bosporus, et ualidus penetrat Chalcedona nidor *Burmannus* || **452** concitat *Heinsii Iunianus* || **457** solio campum **g**$\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}_2$*pc***R**$\mathbf{J}_3\boldsymbol{\vartheta}$*ac*, *Exc. Flor.* : solium campo $\mathbf{P}_2\mathbf{LPW}_1\mathbf{F}(\mathbf{n}_1)$ | suadet $\mathbf{F}_3$: iussit $\mathbf{O}_3\boldsymbol{\mu}$ (*in ras.*), *Flor. Gall.*

quam bene texentum laudabas stamina tutus
et matutinis pellebas frigora mensis!
460 hic, miserande, iaces; hic, dum tua uellera uitas,
tandem fila tibi neuerunt ultima Parcae.
  iam uaga pallentem densis terroribus aulam
fama quatit; stratas acies, deleta canebat
agmina, Maeonios foedari caedibus agros,
465 Pamphylos Pisidasque rapi. metuendus ab omni
Tarbigilus regione tonat; modo tendere cursum
in Galatas, modo Bithynis incumbere fertur.
sunt qui per Cilicas rupto descendere Tauro,
sunt qui correptis ratibus terraque marique
470 aduentare ferant. geminantur uera pauoris
ingenio: longe spectari e puppibus urbes
accensas, lucere fretum uentoque citatas
omnibus in pelago uelis haerere fauillas.
  hos inter strepitus funestior aduolat alter
475 nuntius: armatam rursus Babylona minari
rege nouo; resides Parthos ignaua perosos
otia Romanae finem iam quaerere paci.
rarus apud Medos regum cruor, unaque cuncto
poena manet generi: quamuis crudelibus aeque
480 paretur dominis. sed quid non audeat annus
Eutropii? socium nobis fidumque Saporem
perculit et Persas in regia uulnera mouit
rupturasque fidem, leto pars ne qua uacaret,
Eumenidum taedas trans flumina Tigridis egit.
485   tum uero cecidere animi tantisque procellis
deficiunt. saepti latrantibus undique bellis

458 laudabas texentum **L** | stamina *Heinsius* : tramina $\mathbf{P}_2$: carmina *cett. mei* : crimina $\mathbf{n}_1$ || **459** mensis *omnes mei, Exc. Frising.* : pensis *Barthius* || **460** taces $\mathbf{K}_6$ | uellera **R**, *cett. mei* : stamina **R***ul* || **462** rumoribus* $\mathbf{A}_2$ || **464** Maeonios] migdonios $\mathbf{F}_{20}$: chaonios $\mathbf{P}_{13}$ || **466** tonat $\mathbf{gF}_2$*ul*$\mathbf{RFJ}_3$ ϑ, *Exc. Flor.* : sonat $\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_2\mathbf{PW}_1\mathbf{n}_1$ | cursus $\mathbf{RC}_1\mathbf{P}_{11}$: cursu *Heinsius* || **468** descendere $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{P}$*pc*, *cett. mei* : discedere $\mathbf{P}_2$*ac* : defendere $\mathbf{W}_1$ || **470** pauoris $\mathbf{n}_1$*pc*, *cett. mei* : pudoris $\mathbf{n}_1$*ac*$\mathbf{q}$: timoris $\mathbf{K}_6\mathbf{Z}$ ϑ || **471** e puppibus $\mathbf{gF}_2\mathbf{RC}_1\mathbf{K}_6\mathbf{P}_{11}$: a puppibus $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3$: puppibus *cett. mei* : e rupibus *Heinsius* || **474** mox **g** || **475** rursum λ || **477** iam finem $\mathbf{A}_2$ | pacis $\mathbf{A}_2\mathbf{z}_1$ || **478** cuncto $\mathbf{gP}_2\mathbf{LP}$*pc*$\mathbf{RF}$: cunctos $\mathbf{F}_2\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: cuncte **C***pc* || **479** monet $\mathbf{P}_2$: mouet $\mathbf{C}_1\mathbf{P}_{11}$ | generi $\mathbf{gP}_2\mathbf{LPRW}_1$: generis $\mathbf{F}_2\mathbf{F}$? $\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: genti **C***pc* | aeque] usque *Paul* || **480** audiat ϑ *ac* || **481** saporem **gR***ac*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : soporem **R***pc* : sodalem **R***ul*, *cett. mei* || **483** rupturas- **g***pc* **R***sscr*, *Exc. Flor.*, *Isengriniana* : rupturus- $\mathbf{RC}_1\mathbf{P}_{11}$: rapturas- *cett. mei* : fracturas- *Heinsius* || **486** *om.* **g** (*add. mg*) **LP** (*add. mg*) $\mathbf{W}_1\mathbf{F}$ (*add. mg*)

infensos tandem superos et consulis omen
agnouere sui, nec iam reuocabile damnum
euentu stolidi serum didicere magistro.
490 namque ferunt geminos uno de semine fratres
Iapetionidas generis primordia nostri
dissimili finxisse manu: quoscumque Prometheus
excoluit, multumque intexuit aethera limo,
hi longe uentura notant dubiisque parati
495 casibus occurrunt fabro meliore politi.
deteriore luto prauus quos edidit auctor,
quem merito Grai perhibent Epimethea uates,
et nihil aetherii sparsit per membra uigoris,
hi pecudum ritu non inpendentia uitant
500 nec res ante uident, accepta clade queruntur
et seri transacta gemunt.
iam sola renidet
in Stilichone salus, et cuius semper acerbum
ingratumque sibi factorum conscius horror
credidit aduentum, quem si procedere tantum
505 Alpibus audissent, mortem poenasque tremebant,
iam cuncti uenisse uolunt, scelerumque priorum
paenitet; hunc tantis bellorum sidus in undis
sperant, hunc pariter iusti sontesque precantur:
ceu pueri, quibus alta pater trans aequora merces
510 deuehit, intenti ludo studiisque soluti
laetius amoto passim custode uagantur;

487 infensos *cett. mei, Exc. Flor.* : infessos $\mathbf{W}_1$: infestos $\mathbf{n}_1\mathbf{W}_2\mathbf{Z}$*pc* | et **R**, *cett. mei* : ad *et* ob **R***ul* || **489** stolidi ($\mathbf{L}_3\mathbf{P}_{14}$, *Barthius*) serum (*Birt*) *primus coniunxit Cameron* : stolido rerum ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* : rerum stolido $\mathbf{O}_3$: stolidi rerum *Barthius* : stolidis rerum *Heinsius* : rerum stolidi *Gesnerus* : stolidum rerum *Jeep* | magistri *Barthius* : magistrum *Jeep* || **490–500** *interpolatos censet König* || **490** iamque $\mathbf{P}_{11}$ | uno geminos $\mathbf{g}_1$ | semine **L** (*in ras.*), *cett. mei* : sanguine $\mathbf{A}_2\mathbf{O}_7\boldsymbol{\lambda}$: corpore $\boldsymbol{\Gamma}_1$*ac* | natos $\boldsymbol{\Gamma}_1$*ac* || **492** traxisse $\mathbf{L}_4$*pc* || **493** multum- . . . aethera limo **R***pc, cett. mei* : multo- . . . aethera limo* **g***pc***R***ac*$\mathbf{C}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_7\mathbf{K}_6$: multo- . . . aethere limum *uel* muto- . . . aethera limo *Goodyear* | intexuit $\mathbf{RK}_6$: innexuit* **L** (*in ras.*) **R***ul, cett. mei* : immiscuit *Heinsius olim* : qui nexuit *Birt* || **495** occurrent $\boldsymbol{\vartheta}$*ac* || **496** quos edidit $\mathbf{J}_3$*ac, cett. mei* : quos condidit $\mathbf{F}_2\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{A}_2\mathbf{Z}$: quos uendidit $\mathbf{W}_1$: quot condidit *Burmannus* || **497** perhibent graii $\boldsymbol{\vartheta}$ || **499** inpendentia $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : impedientia $\mathbf{P}_2$ *ul*$\mathbf{O}_2$*ac* || **500** non $\mathbf{gJ}_3\mathbf{F}_{17}\boldsymbol{\mu}$ || **501** seri **R***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : sero $\mathbf{n}_1$: serum $\mathbf{F}_{20}$: miseri $\mathbf{K}_6$ || **503** sibi] simul $\boldsymbol{\Gamma}_1$: g *incert.* || **505** mortem poenas-] penas mortem- $\boldsymbol{\lambda\mu}$: mortem poenam- $\mathbf{p}_2$ | timebant ($\mathbf{F}_{20}$*ac*)$\mathbf{O}_3\boldsymbol{\zeta\mu}$ || **507** hunc $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{O}_2$, *Camers* : hoc *cett. mei* || **508** hunc $\mathbf{P}_2$, *Camers* : hoc *cett. mei* | sontes iusti- $\boldsymbol{\zeta}$ || **509** parens $\mathbf{n}_1$ || **511** latius amoto $\mathbf{K}_4\mathbf{O}_3$: laeti summoto *Mommsen*

si grauis auxilio uacuas inuaserit aedes
uicinus laribusque suis proturbet inultos,
tum demum patrem inplorant et nomen inani
515 uoce cient frustraque oculos ad litora tendunt.
omnes supplicio dignos letoque fatentur,
qui se tradiderint famulis Stilichone relicto.
mutati stupuere diu, sensuque reducto
paulatim proprii mirantur monstra furoris
520 auertuntque oculos (proiectis fascibus horret
lictor et infames labuntur sponte secures):
quales Aonio Thebas de monte reuersae
Maenades infectis Pentheo sanguine thyrsis,
cum patuit uenatus atrox matrique rotatum
525 conspexere caput, gressus caligine figunt
et rabiem desisse dolent. quin protinus ipsa
tendit ad Italiam supplex Aurora potentem,
non radiis redimita comam, non flammea uultu
nec croceum uestita diem; stat liuida luctu,
530 qualis erat, Phrygio tegeret cum Memnona busto.
quam simul agnouit Stilicho, nec causa latebat,
restitit; illa manum uictricem amplexa moratur
altaque uix lacrimans inter suspiria fatur:
'tantane te nostri ceperunt taedia mundi?
535 sic me ludibrium famulis risumque relinquis,
dux quondam rectorque meus, solamque tueris
Hesperiam? domiti nec te post bella tyranni
cernere iam licuit? sic te uictoria nobis

512 auxilio] exiguo $\mathbf{O}_3$*ul* : exilio *Heinsius* : exitio *Wakefield* || **513** inultus *Mommsen* || **516** omni $\mathbf{L}_{11}$ || **517** tradiderant **L***ma*$\mathbf{L}_{11}$: tradiderunt $\mathbf{L}_4$*ac* : crediderint $\mathbf{g}_1$ | famulis $\mathbf{gF_2PRW_1FZ}\vartheta$, *Exc. Flor.* : famulo $\mathbf{P_2LF_2}$*ul*$\mathbf{J_3n_1}$ || **519** mirantur proprii paulatim $\mathbf{g_1O_3}$ || **520** proiectis **R***ul, cett. mei* : prostratis **R** || **522** e $\mathbf{K}_6$ || **525** aspexere $\mathbf{F}_3$ | gressum e *Goodyear* | figunt $\mathbf{gP_2}$*pc*$\mathbf{LF_2RFJ_3}$*ac*$\mathbf{n}_1$: fingunt $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{P}_2$*ac***P** $\mathbf{J}_3$*ac* : findunt $\mathbf{W}_1$ || **526** cessisse **g**, *Isengriniana mg* | ipsam $\mathbf{F_{20}J_6}$ || **527** in $\mathbf{O}_3$ *ul* $\mathbf{p}_2$ || **528** comas $\lambda\,\mu$ | non flammea uultu $\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{J}_3$*pc, Exc. Flor.* : nec flammea uultu **g***pc***R** (-a uultu *in spat. rel.*) $\mathbf{W_1Fn_1}$: non flammea uultum $\boldsymbol{\Gamma}_1$, *Camers* : nec flammea uultum $\mathbf{C_1O_3}$*ul, Vicetina* : flameatus $\boldsymbol{\Gamma}$, *addito defectus signo* : *uerba om.* $\mathbf{CL_1S_3}$: non luce corusca **R** : nec luce corusca **R***ul*$\mathbf{O}_3$: non lucida uultu **P** (*add. in spat. uac. ma*) : non fronte serena $\mathbf{g}_1$: non lumine sueto $\mathbf{LF}_2$, *Isengriniana mg* : nec lumine sicco $\mathbf{P_2O_2}$: frontemue corona $\mathbf{O}_7$ || **529** non $\mathbf{gLF_2J_3}$ | lurida $\mathbf{F_2J_3}\lambda$*?ac?* || **531** ac nouit *Isengriniana mg* | latebat] patebat **R** (*in spat. rel.*) : (ne) . . . lateret **g** || **533** altaque $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{gP_2RJ_3n_1O_2}$*ul, Exc. Gyr.* : atque ita $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{LF_2PW_1F}$ | lacrimis $\mathbf{n}_1$ || **535** famulo $\boldsymbol{\Gamma}_1$*ul* || **537** nec te domiti **L** | tela $\mathbf{O}_3$*ul* || **538** sic te **g**(te *sscr*)$\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : te sic **R**

eripuit Gallisque dedit? Rufinus origo
540 prima mali: geminas inter discordia partes
hoc auctore fuit. sed iam maiora mouenti
occurrit iusta rediens exercitus ira,
fortis adhuc ferrique memor. breuis inde reluxit
falsaque libertas; rursum Stilichonis habenis
545 sperabam me posse regi. pro caeca futuri
gaudia! fraterno coniungi coeperat orbis
imperio (quis enim tanto terrore recentis
exempli paribus sese committeret ausis?),
cum subito (monstrosa mihi turpisque relatu
550 fabula) Rufini castratus prosilit heres,
et similes iterum luctus Fortuna reduxit,
ut solum domini sexum mutasse uiderer.
hic primum thalami claustris delicta tegebat,
clam timideque iubens; erat inuidiosa potestas,
555 sed tamen eunuchi, necdum sibi publica iura
sumere nec totas audebat uertere leges.
sed postquam pulsisque bonis et faece retenta
peiores legit socios, dignusque satelles
hinc Hosius stetit, inde Leo, fiducia creuit
560 regnandique palam flagrauit aperta libido.
patricius consul maculat quos uendit honores;
plus maculat quos ipse gerit. iam signa tubaeque
mollescunt; ipsos ignauia fluxit in enses.
exultant merito gentes facilisque uolenti
565 praeda sumus. iam Bistoniis Haemoque niuali

540 geminos . . . fratres $\mathbf{F}_{20}\mathbf{g}_1\mathbf{O}_3$ || **541** fluit *Heinsius* || **542** iusta ($\mathbf{W}_1$), *cett. mei* : uasta **Z** : digna $\mathbf{g}_1$ | ira **R**, *cett. mei* : aula **R***ul* || **544** rursus $\mathbf{L}_4\mathbf{Z}\zeta\,\vartheta$ *mg* || **545** tegi $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$*ac* || **546** coniungi (**L**), *cett. mei, Exc. Flor.* : uix iungi **Z** : iam cingi $\mathbf{n}_1$: subiungi $\mathbf{g}_1$ || **547** retentus Γ_1*ma* || **548** sese paribus $\mathbf{z}_1$ | ausis $\mathbf{F}_2$*ul*, *cett. mei* : armis $\mathbf{F}_2$ || **549** mihi] tibi **Z** : lues *Heinsii Iunianus* || **551** fluctus *uel* lusus *uel* ludos *Heinsius* || **552** sexum domini $\mathbf{A}_2\zeta$ | mutasse *cett. mei, Exc. Flor.* : mutare $\mathbf{L}\mathbf{C}_1\mathbf{F}_3\mathbf{W}_2\zeta\lambda$ || **554** tumide- *Iunianus* : timidum- *Heinsius* || **555** nedum $\mathbf{W}_1$*?* : nondum $\mathbf{J}_3$ || **556** totas $\Gamma\mathbf{R}\mathbf{C}_1\mathbf{P}_{10}$*pc*$\mathbf{P}_{11}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : tantas $\mathbf{g}\mathbf{P}_2$ $\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}$*pc***R***ul*($\mathbf{W}_1$)$\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ | audebant $\mathbf{P}\mathbf{W}_1$ | uertere $\Gamma\mathbf{g}\mathbf{R}\,\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{C}_1$, *Exc. Flor. mg, Isengriniana* : sumere $\mathbf{J}_3$*ac*, *cett. mei, Exc. Flor.* || **557** sed] at $\mathbf{K}_4$ | faece retenta $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : fasce retenta $\mathbf{P}\mathbf{W}_1$: fasce retento $\mathbf{P}_2$*ul* || **558** sodales *Isengriniana* || **560** cupido $\mathbf{F}_{20}$ || **561** patriciis *Heinsius* | maculat consul ϑ : consul maculans $\mathbf{F}_{20}$ || **562** ille $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$ | regit $\mathbf{F}_2\mathbf{n}_1\mathbf{O}_7\mathbf{q}$ || **563** fluxit **R***ul*, *cett. mei* : creuit **R** || **564** exultant **R**($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* : insultant **R***ul* | gentes] leges *Isengriniana mg* | uolentis $\mathbf{P}_2$: uolentum $\mathbf{K}_6$: mouenti $\mathbf{F}_3$

uastior expulsis Oriens squalescit aratris.
ei mihi, quas urbes et quanto tempore Martis
ignaras uno rapuerunt proelia cursu!
nuper ab extremo ueniens equitatus Araxe
570 terruit Antiochi muros ipsumque decorae
paene caput Syriae flammis hostilibus arsit.
utque grauis spoliis nulloque obstante profunda
laetus caede redit, sequitur mucrone secundo
continuum uulnus. nec iam mihi Caucasus hostes
575 nec mittit gelidus Phasis: nascuntur in ipso
bella sinu. legio pridem Romana Gruthungi,
iura quibus uictis dedimus, quibus arua domosque
praebuimus, Lydos Asiaeque uberrima uastant
ignibus et si quid tempestas prima reliquit.
580 nec ui nec numero freti; sed inertia nutrit
proditioque ducum, quorum per crimina miles
captiuis dat terga suis, quos teste subegit
Danubio, partemque timet qui reppulit omnes.
  aula choris epulisque uacat nec perdita curat,
585 dum superest aliquid. ne quid tamen orbe reciso
uenditor amittat, prouincia quaeque superstes
diuiditur, geminumque duplex passura tribunal
cogitur alterius pretium sarcire peremptae.
sic mihi restituunt populos; hac arte reperta
590 rectorum numerum terris pereuntibus augent.
  in te iam spes una mihi. pro fronde Mineruae
has tibi protendo lacrimas: succurre ruenti,
eripe me tandem seruilibus, eripe, regnis,

566 expulsis . . . aratris] expulsis . . . aristis $\mathbf{B_1F_3F_{20}g_1L_{11}}$ μ*pc* : euulsis . . . aristis *Schraderus* | squalescit $\mathbf{P_2O_2Z}$: squalebit $\mathbf{gF_2P}$*pc*$(\mathbf{W_1})\mathbf{FJ_3}(\mathbf{n_1})$: squaleuit **R** : squalebat **ΓL** || **567** heu $\mathbf{LJ_3}$ || **569** equitatus **R**, *cett. mei* : comitatus **R***ul* | oaxe $\mathbf{p_2}$ || **570** decorae $\mathbf{\Gamma P_2RJ_3}$: decorem $\mathbf{F_2}$*ac***PR***ul*$\mathbf{W_1}$: decorum $\mathbf{gF_2}$*pc*$\mathbf{LFn_1}$ || **571** ussit λ || **573** secundo $\mathbf{F_2}$*ul, cett. mei* : cruento* $\mathbf{P_2F_2W_1}$: corusco *Delrii libri ul* || **574** nec iam **g***pc*$\mathbf{n_1}$*?, cett. mei* : nec tam **P** : non iam *Heinsii Vossianus* || **575** ab $\mathbf{P_2F_2W_1}$ || **577** dedimus uictis $\mathbf{P_1}$ | arma $\mathbf{P_2F_2W_1n_1}$ || **580** nec ui nec **ΓR***pc, Exc. Flor.* : nec duce nec **R***ul, cett. mei* : non duce non μ | numero] muro **g** | freti] seui *Exc. Flor.* || **581** proditioque $\mathbf{\Gamma gRW_1}$*sscr***F**, *Vicetina* : prodigioque **LP***ac*$\mathbf{W_1}$: prodigiumque $\mathbf{P_2F_2P}$*pc*$\mathbf{J_3n_1}$: prodigiosa *Flor. Gall.* || **582** captiuis **L***ac*$\mathbf{n_1}$*?, cett. mei* : captiuus **ΓL***pc***P** | subegi **R** || **583** omnem **R***pc* || **584** uacans uix *Flor. Gall.* | curat **ΓgR***pc* : curant **R***ac, cett. mei* || **585** nec quid $\mathbf{PW_1Z}$ || **588** redemptae *uel* diremptae *Heinsius* || **589** restituunt **P***pc, cett. mei* : restituit $\mathbf{F_3}$: restaurat $\mathbf{g_1}$*ul* | fraude $\mathbf{A_2}$ || **590** terris] miseris $\mathbf{A_2}$ || **592** tibi praetendo $\mathbf{n_1K_6qz_1}$, *Heinsius* : tibi pro! tendo *Mommsen* : Stilicho tendo *Birt* || **593** regnis] flammis $\mathbf{A_2}$

neue adeo cunctos paucorum crimine damnes
595 nec noua tot meritis offensa prioribus obstet.
iamiam flecte animum. suprema pericula semper
dant ueniam culpae. quamuis iratus et exul
pro patriae flammis non distulit arma Camillus.
non te subtrahimus Latio; defensor utrique
600 sufficis. armorum liceat splendore tuorum
in commune frui; clipeus nos protegat idem
unaque pro gemino desudet cardine uirtus.'

594 neue adeo cunctos **R**, *cett. mei* : nonne adeo cunctos **R***ul* : nec cunctos adeo ζ || **595** tot **ΓgL** (*in ras.*) **F_2R$n_1$$P_{10}$***pc* : tam **$P_2PW_1$$J_3$** : iam **F** | obstet **J_3***pc, cett. mei* : obstent **$\Gamma$$J_3$***ac* : obsint? **$O_7$** || **596** iam deflecte animum **F_3** | pericula **P***ac, cett. mei* : piacula **P***pc***$C_1$$W_2$** ϑ *ac* || **598** pro **J_3***pc, cett. mei* : in **J_3***ac***p_2** : et **L** || **599** nec te **$\Gamma$$C_1$** | utrique **R***ul, cett. mei* : utrumque λ : utrisque **J_3** : uterque **W_1** : ubique **R** || **601** proteget **W_1Z** : contegat **J_3**
claudiani in eutropium liber secundus explicit **Γ** : in eutropium lib. III. explicit **R**

21

DE CONSVLATV STILICHONIS

LIBER PRIMVS

Continuant superi pleno Romana fauore
gaudia successusque nouis successibus urgent:
conubii necdum festiuos regia cantus
sopierat, cecinit fuso Gildone triumphos,
5 et calidis thalami successit laurea sertis,
sumeret ut pariter princeps nomenque mariti
uictorisque decus; Libyae post proelia crimen
concidit Eoum, rursusque Oriente subacto
consule defensae surgunt Stilichone secures.
10 ordine uota meant. equidem si carmen in unum
tantarum sperem cumulos aduoluere rerum,

21 1–385 **gP_2, L, F_2P, R, W_1, F$F_{17}$$J_3$$n_1$**

codicum inscriptiones: liber quintus de laudibus stiliconis **F_2***mr* : incipit laus stiliconis libri numero tres **P** : incipit laus stiliconis libri numero III **R** : incipit liber quartus de consulatu stiliconis liber primus **W_1** : liber est de laude stiliconis **F_{17}** : liber primus de laudibus stiliconis **J_3***ma* : incipit de consulatu stiliconis *Exc. Flor. cum tres libri de Stilichonis consulatu non omnes uno eodemque tempore prodierint, sed duo primi Mediolani ineunte anno, tertius autem cum sua praefatione ferme uno postea mense Romae sit dictus, reuera duos hic panegyricos non unum habemus. cum tamen omnes tres uno titulo conprehendere nunc sit usitatum, titulum* De consulatu Stilichonis *praetuli, quamquam formula* Laus *siue* Laudes Stilichonis *materiae uix minus bene accommodata est. formulam* Panegyricus dictus ..., *cui olim fauebam, propter numerum rei non admodum congruum nunc respui*

21 2 nouos **F_3** | urgent **J_6***sscr***$K_6$$P_1$** : augent* *omnes mei* || 3 conubii **n_1q**, *Exc. Flor.* : coniugii* *cett. mei* | nedum **W_1** : nondum **$J_3$$L_{11}$** λ | regia **L** (*in ras.*) **J_3***pc*, *cett. mei, Exc. Flor.* : gaudia **P_2FJ_3***ac* || 4 sopierat **L** (*in ras.*), *cett. mei* : sopierant **P_2F** : complerat **p_2** | cecini *Heinsius* | triumphos **J_3***pc*, *cett. mei* : triumphus **gP_2FJ_3***ac* || 6 princeps pariter **K_6** || 8 condidit **$P_2$$F_{20}$$O_2$***pc* μ | rursum- **$A_3$$K_6$** || 9 defensae surgunt (**W_1**), *cett. mei* : defensae redeunt **B_1** : detersae fulgent *Schraderus* || 10 fata **W_2***ac* | carmen ... unum **F_2***pc***R***pc*, *cett. mei* : carmen ... uno **R***ac* : carmine ... uno **F_2***ac*ζ || 11 aduertere ζ*ac* | laudum **K_4**

promptius inponam glaciali Pelion Ossae;
si partem tacuisse uelim, quodcumque relinquam
maius erit. ueteres actus primamque iuuentam
15 prosequar? ad sese mentem praesentia ducunt.
narrem iustitiam? resplendet gloria Martis.
armati referam uires? plus egit inermis.
quod floret Latium, Latio quod reddita seruit
Africa, uicinum quod nescit Hiberia Maurum,
20 tuta quod inbellem miratur Gallia Rhenum,
an gelidam Thracen decertatosque labores
Hebro teste canam? magnum mihi panditur aequor
ipsaque Pierios lassant procliuia currus
laudibus innumeris.
etenim mortalibus ex quo
25 tellus coepta coli, numquam sincera bonorum
sors ulli concessa uiro. quem uultus honestat,
dedecorant mores; animus quem pulchrior ornat,
corpus destituit. bellis insignior ille,
sed pacem foedat uitiis; hic publica felix,
30 sed priuata minus. partitim singula quemque
nobilitant: hunc forma decens, hunc robur in armis,
hunc rigor, hunc pietas, illum sollertia iuris,
hunc suboles castique tori. sparguntur in omnes,
in te mixta fluunt; et quae diuisa beatos
35 efficiunt, collecta tenes.
quid facta reuoluam

12 promptius ($\mathbf{P}_2$*pc*) (**P**), *cett. mei* : protinus $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{O}_2$*ac*$\mathbf{W}_2$: ocius *Gronouius* || **13** tacuisse $\mathbf{F}_2$*pc*, *cett. mei* : tenuisse $\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{F}_3$: cecinisse *Heinsius* || **14** auctus *Heinsii Iunianus* | -que $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : -ne $\mathbf{P}_2$*ul* : -ue $\mathbf{O}_2$*ul* || **15** persequar $\mathbf{A}_2\mathbf{K}_4$: si sequar $\mathbf{B}_1$*ac* || **16** plus splendet $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2\mathbf{O}_3$ (*in ras.*) $\mathbf{P}_1$ μ || **21** an $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei* : aut $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* || **23** *om.* $\mathbf{W}_1$ | laxant $\mathbf{P}_2\mathbf{n}_1\mathbf{O}_2$*ac***Z** : lassent *Schraderus* | decliuia ϑ | currus $\mathbf{F}_2$*sscr*, *cett. mei* : cursus $\mathbf{F}_2\mathbf{n}_1\mathbf{P}_{10}$*ac*$\mathbf{W}_2$, *Exc. Gyr.* || **25–26** sincera . . . concessa $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* : concessa . . . sincera $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{F}_{17}$*ac* || **26** sors **g***ul*, *cett. mei* : pars **g** | uni *Barthius* | uiro est *Lond. Harl. 2745*, *Par. 15155* || **27** ornat] ambit $\mathbf{A}_2$ || **28** destituit corpus $\mathbf{B}_1$ | ille est **L** (*fort. pc*) $\mathbf{J}_6$, *Abrinc. 135*, *Berol. DBS 60*, *Par. 15155*, *Escor. Q. I. 14* : ipse $\mathbf{S}_3$: ipse est *Par. 7647* || **29** hic **g** $\mathbf{P}_2$**LF**$\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$: huc $\mathbf{J}_3$*ac* : in $\mathbf{F}_2$**PR**$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*pc* : ad **P***sscr* || **30** partitim $\mathbf{A}_2\mathbf{L}_3$*ul* : partitum $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$*ul*, *cett. mei* : partitu $\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$*ul*$\mathbf{K}_6$: partitur $\mathbf{O}_3$: partito $\mathbf{L}_{11}$, *Clauerius* : partite *Delrius* : sortitur *Jeep* | queque $\mathbf{P}_2$: quisque *Jeep* || **32** uigor *Goodyear* || **31–33** *spurios esse censuit Jeep* || **34** *om. add. mg* $\mathbf{P}_2$ | et] tu $\mathbf{R}_{23}$ | diuisa **g**$\mathbf{P}_2$*pc***F**$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{O}_3\mathbf{P}_{11}$ ϑ : diuersa $\mathbf{P}_2$*ac*, *cett. mei* || **35** collecta $\mathbf{J}_3$*ul*, *cett. mei* : collata $\mathbf{J}_3\mathbf{L}_{11}$: coniecta *Delrii liber*, *Scaliger* | quid **g***pc*, *cett. mei* : qui $\mathbf{P}_2$*ul* : nec $\mathbf{P}_2\mathbf{n}_1\mathbf{O}_2$*ul*$\Gamma_1$: ne *Exc. Flor.*

militiamque patris, cuius producere famam,
si nihil egisset clarum nec fida Valenti
dextera duxisset rutilantes crinibus alas,
sufficeret natus Stilicho? mens ardua semper
40 a puero, tenerisque etiam fulgebat in annis
fortunae maioris honos. erectus et acer
nil breue moliri, nullis haerere potentum
liminibus fatisque loqui iam digna futuris.
iam tum conspicuus, iam tum uenerabilis ibas
45 spondebatque ducem celsi nitor igneus oris
membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt
semideis. quacumque alte gradereris in urbe,
cedentes spatiis adsurgentesque uidebas
quamuis miles adhuc. taciti suffragia uulgi
50 iam tibi detulerant quidquid mox debuit aula.
uix primaeuus eras, pacis cum mitteris auctor
Assyriae; tanta foedus cum gente ferire
commissum iuueni. Tigrim transgressus et altum
Euphraten Babylona petis. stupuere seueri
55 Parthorum proceres, et plebs pharetrata uidendi
flagrauit studio, defixaeque hospite pulchro
Persides arcanum suspirauere calorem.
turis odoratae cumulis et messe Sabaea
pacem conciliant arae; penetralibus ignem
60 sacratum rapuere adytis rituque iuuencos
Chaldaeo strauere magi. rex ipse micantem
inclinat dextra pateram secretaque Beli

36 producere *cett. mei, Exc. Flor.* : protendere $\mathbf{n_1}$: procedere $\mathbf{L_4}$: procudere *Heinsius* || **37** uolenti $\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.?* || **39** stilicho natus $\mathbf{P_2}$ || **40** annis $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : armis $\mathbf{LF_2J_3}$*ac*$\mathbf{L_1}$ || **42** leue *Heinsius* | nullisque ϑ || **43** fatis- **R***ac, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : fastis- $\mathbf{F_2PW_1FJ_3n_1}$: factis- $\mathbf{gP_2LR}$*pc*$\mathbf{F_{17}}$ || **44** tum (tunc) *bis cett. mei, Exc. Flor.* : tu *bis* $\mathbf{F_2W_1}$ λ | ibas **P***ac*$\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : ibat **P***pc*$\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{O_3}$ ϑ σ || **46** non $\mathbf{L\Gamma_1}$ | fingent $\mathbf{F_3}$: fingant $\mathbf{R_{23}}$ || **47** alta $\mathbf{L_{11}}$, *Exc. Gyr.* : altus *Par. 7647* || **48** uidebat ϑ : uideres *Heinsius* || **49** taciti $\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei* : tanti $\mathbf{P_2n_1}$ || **50** contulerant $\mathbf{J_3L_4O_2z_1}$*pc* | debuit $\mathbf{P_2O_3}$*ul*$\mathbf{\Gamma_1}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : reddidit $\mathbf{F_2}$*pc, cett. mei* : prebuit **g** : contulit **F** : credidit *uel* detulit *uel* dedidit *Heinsius* || **51** uix] uis **L** : uir $\mathbf{L_{11}W_2}$, *Ker* | auctor *cett. mei, Exc. Flor.* : actor $\mathbf{W_1L_1P_{11}}$, *Vicetina* : ictor *Heinsius* || **52** fedus tanta $\mathbf{K_6L_4O_2P_{10}}$ || **53** commissum est $\mathbf{FW_2}$*pc* : permissum $\mathbf{K_4}$ || **55** parthorum $\mathbf{gW_1F(J_3)n_1}$: persarum $\mathbf{LF_2PRF_{17}}$: perthorum $\mathbf{P_2}$ || **56** flagrabat $\mathbf{gJ_3}$ || **58** odoratae $\mathbf{LF_2}$*sscr*$\mathbf{P}$*?*$\mathbf{RFF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$*ul*$\mathbf{n_1}$: odorati $\mathbf{gP_2F_2W_1F_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3}$: odoratis $\mathbf{P_{11}}$: odoriferi $\mathbf{P_2}$*sscr* || **60** sacratum $\mathbf{gP_2P}$*pc*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$: sacrorum $\mathbf{LF_2P}$*ac*$\mathbf{RF_{17}}$ || **61** statuere $\mathbf{n_1}$ || **62** dextra pateram **R***mr*($\mathbf{W_1}$*pc*), *cett. mei* : pateram dextra $\mathbf{P_2}$ | beli $\mathbf{L_4}$*pc, Scaliger, Sirmondus* : belli **R***mr*$\mathbf{F_{17}J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$, *cett. mei, Exc. Flor.* : celi **L** (*in ras.*) $\mathbf{F_{17}}$*ul*$\mathbf{J_3}$*pc*$\mathbf{n_1}$*ul*

et uaga testatur uoluentem sidera Mithram.
si quando sociis tecum uenatibus ibant,
65 quis Stilichone prior ferro penetrare leones
comminus aut longe uirgatas figere tigres?
flectenti faciles cessit tibi Medus habenas;
torquebas refugum Parthis mirantibus arcum.
  nubilis interea maturae uirginis aetas
70 urgebat patrias suspenso principe curas,
quem simul imperioque ducem nataeque maritum
prospiceret; dubius toto quaerebat ab axe
dignum coniugio generum thalamisque Serenae.
iudicium uirtutis erat; per castra, per urbes,
75 per populos animi cunctantis libra cucurrit.
tu legeris tantosque uiros, quos obtulit orbis,
intra consilium uincis sensumque legentis,
et gener Augustis, olim socer ipse futurus,
accedis. radiis auri Tyriaque superbit
80 maiestate torus. comitata parentibus exit
purpureis uirgo: stabat pater inde tropaeis
inclutus; inde pium matris regina gerebat
obsequium grauibus subnectens flammea gemmis.
tunc et Solis equos, tunc exultasse choreis
85 astra ferunt mellisque lacus et flumina lactis
erupisse solo, cum floribus aequora uernis
Bosporos indueret roseisque euincta coronis
certantes Asiae taedas Europa leuaret.
  felix arbitrii princeps, qui congrua mundo
90 iudicat et primus censet quod cernimus omnes.

64 socii tecum $\mathbf{P_2PW_1J_3}$: tecum sociis $\mathbf{FL_4P_{10}}$*ac* : tecum socii $\mathbf{P_{10}}$*pc* || **65** penetrasse $\mathbf{K_4}$ || **66** longe uirgatas figere **R***pc*, *mr*, $\mathbf{K_4}$, *Exc. Flor.*, *Cuiacii uetus* : longe uirga transfigere **R***ac*, *cett. mei* : uirga seuas transfigere **F** || **67** medus tibi cessit $\mathbf{gFJ_3n_1F_{20}q\Gamma_1\varrho}$: cessit tibi medus* $\mathbf{LF_2PRF_{17}O_3Z\lambda}$: tibi cessit medus $\mathbf{P_2}$: mediis tibi cessat $\mathbf{W_1}$ || **70** urebat *Heinsius* || **73** serenae **P***pc*, *cett. mei* : seuerum $\mathbf{P_2P}$*?ac* | *hunc uers. spurium censuit Paul* || **75** nutantis *Heinsius* || **76** totos- **Z** || **77** concilium **R** : conscilium $\mathbf{n_1q}$ | sensus- $\mathbf{O_2}$: censum- *Barthius* || **78** augusti $\mathbf{gJ_3}$ | olim] dudum $\mathbf{W_2}$: primum **g** || **79** superbis $\mathbf{W_1}$: superbus $\vartheta\ \mu$ || **80** chorus $\mathbf{n_1}$ || **82** regebat $\mathbf{gF_2W_1}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **83** officium $\mathbf{B_1}$ || **84** exultare **Z** || **87** euincta **P***ac*, *cett. mei* : inducta $\mathbf{P_2P}$*pc*$\mathbf{J_3}$: induta $\mathbf{P_2}$*ul***F** || **89** arbitrii **g**, *cett. mei* : arbitrio **g***?pc?* || **90** iudicat **g***pc?*$\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{LPRF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$: indicat **g***?ac*$\mathbf{P_2F_2}$*pc?*$\mathbf{W_1F}$ $\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{n_1}$ | primus censet $\mathbf{LF_2PRW_1F_{17}J_3}$*sscr*$\mathbf{O_3}$*pc* : censet primus $\mathbf{P_{10}}$*ac* : primus sensit $\mathbf{gFJ_3(n_1)}$: sensit primus $\mathbf{P_2}$: primus sentit $\mathbf{p_2}$: primus sancit *Heinsius* | quod] que $\mathbf{F_3}$: quem $\mathbf{F_2}$ | sensimus *Heinsius*

talem quippe uirum natis adiunxit et aulae,
cui neque luxuries bello nec blanda periclis
otia nec lucis fructus pretiosior umquam
laude fuit. quis enim Visos in plaustra feroces
95 reppulit aut saeua Promoti caede tumentes
Bastarnas una potuit delere ruina?
Pallantis iugulum Turno moriente piauit
Aeneas, tractusque rotis ultricibus Hector
irato uindicta fuit uel quaestus Achilli:
100 tu neque uaesano raptas uenalia curru
funera nec uanam corpus meditaris in unum
saeuitiam: turmas equitum peditumque cateruas
hostilesque globos tumulo prosternis amici;
inferiis gens tota datur. nec Mulciber auctor
105 mendacis clipei fabricataque uatibus arma
conatus iuuere tuos: tot barbara solus
milia iam pridem miseram uastantia Thracen
finibus exiguae uallis conclusa tenebas.
non te terrisonus stridor uenientis Alani
110 nec uaga Chunorum feritas, non falce Gelonus,
non arcu pepulere Getae, non Sarmata conto.
extinctique forent penitus, ni more maligno
falleret Augustas occultus proditor aures
obstrueretque moras strictumque reconderet ensem,
115 solueret obsessos, praeberet foedera captis.

91 nate **Z***pc* : nataeque $\mathbf{K}_4$ | coniunxit **Z***pc* λ : subiunxit $\mathbf{P}_2\mathbf{K}_6\mathbf{O}_2$*ac* || **92** neque] nec $\mathbf{P}_2\mathbf{n}_1$: ne $\mathbf{F}_2$ || **93** lucis $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : uitae $\mathbf{P}_2$ *gloss.* $\mathbf{O}_2$ *gloss.* || **94** uisos $\mathbf{P}_2$**L** (*in ras.*) $\mathbf{PRW}_1\mathbf{J}_3\mathbf{P}_{10}$, *Exc. Flor.* : nisos $\mathbf{F}_2\mathbf{Fn}_1$: mysos **g***pc?* : misos $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}_{17}$: mesos **g***?ac* : uols(c)os $\mathbf{L}_3\mathbf{O}_3$*ul* : Moesos *Jeep* | plaustra $\mathbf{P}_2$*ul*, *cett. mei* : claustra $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2\mathbf{O}_7\mathbf{P}_1$ μ : (im)pleta $\mathbf{W}_1$ || **95** promoti ($\mathbf{F}_{17}$*pc*), *cett. mei* : prouicti $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$, *Exc. Flor.* : proponti $\mathbf{gP}_2\mathbf{F}_{17}$*ac* | tumentes] timentes **F** : furentes $\mathbf{F}_3$ μ*pc* || **98** ultricibus $\mathbf{F}_{17}$*ul*, *cett. mei* : uictricibus $\mathbf{F}_{17}$ || **100** nec $\mathbf{n}_1\mathbf{P}_{10}$ | cursu $\mathbf{n}_1$ || **101** uariam $\mathbf{F}_3$ | meditatus $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$*ul* μ || **103** amico *Heinsius* || **104** non $\mathbf{z}_1$ | actor $\mathbf{gP}_2\mathbf{J}_3$ || **105** uatibus **g***pc?* $\mathbf{P}_2$*ul***R***mr*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : uiribus $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$*ul* || **107** milia] agmina **g** | iactantia $\mathbf{W}_2$*ac* || **108** exiguis uallis $\mathbf{F}_2\mathbf{PF}_{17}$: exigui montis *Dempsterus* : exigui collis *Schraderus* | conclusa **R***mr***F***pc*$\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* : concussa $\mathbf{F}_{17}$*ac* : contusa **P***pc* : commissa $\mathbf{F}_2\mathbf{F}$*ac* || **109** non **g***ac***P***mg*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : nec **g***pc***PR***mr*, *cett. mei* | ferrisonus *Heinsius* | terror $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **110** uaga] uana *Heinsius* : uasta *Burmannus* | nec falce $\mathbf{gP}_2\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* || **111** nec sarmata $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$ μ || **112** penitus] omnes $\mathbf{P}_2$ | ni **g***pc*, *cett. mei* : nisi $\mathbf{F}_2\mathbf{F}$ || **114** mora *Heinsius* | reconderet $\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* : recunderet **R***pc* : retunderet **R***ac*$\mathbf{F}_{17}$*sscr* : retenderet *Vicetina* | *lacunam post hunc uers. suspicatur Goodyear* || **115** *pro suspecto habuit Mommsen* | soluensque *Birt* | uictis $\mathbf{K}_6$

adsiduus castris aderat, rarissimus urbi,
si quando trepida princeps pietate uocaret;
uixque salutatis Laribus, uix coniuge uisa,
deterso necdum repetebat sanguine campum
120 nec stetit Eucherii dum carperet oscula saltem
per galeam. patris stimulos ignesque mariti
uicit cura ducis. quotiens sub pellibus egit
Edonas hiemes et tardi flabra Bootae
sub diuo Riphaea tulit! cumque igne propinquo
125 frigora uix ferrent alii, tum triste rigentem
Danubium calcabat eques niuibusque profundum
scandebat cristatus Athon lateque corusco
curuatas glacie siluas umbone ruebat.
nunc prope Cimmerii tendebat litora Ponti,
130 nunc dabat hibernum Rhodope nimbosa cubile.
uos, Haemi gelidae ualles, quas saepe cruentis
stragibus aequauit Stilicho, uos, Thracia, testor,
flumina, quae largo mutastis sanguine fluctus.
dicite, Bisaltae, uel qui Pangaea iuuencis
135 scinditis, offenso quantae sub uomere putres
dissiliant glaebis galeae uel qualia rastris
ossa peremptorum resonent inmania regum.
singula conplecti cuperem, sed densior instat
gestorum series laudumque sequentibus undis
140 obruimur. genitor caesi post bella tyranni
iam tibi commissis conscenderat aethera terris.
ancipites rerum ruituro culmine lapsus
aequali ceruice subis: sic Hercule quondam
sustentante polum melius librata pependit
145 machina nec dubiis titubauit Signifer astris
perpetuaque senex subductus mole parumper

116 adsiduus $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : -is $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*ac* : -e **L** || **117** princeps trepida $\mathbf{B}_1$ μ || **118** uisa] fida ϑ || **119** det. necdum] necdum det. *Flor. Gall.* : det. nondum $\mathbf{C}_1\mathbf{Z}$ ϑ μ | bellum $\mathbf{z}_1$*ul* || **121** patrios *Heinsius* | ignesque mariti *cett. mei, Exc. Flor.* (-is-) : ignemque mariti $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2\mathbf{O}_3\mathbf{P}_1\mathbf{P}_{10}$: ignemque maritum *Heinsius* || **122** uicit $\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3$: uincit* ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* || **123** flagra *Wakefield* || **124** dio $\mathbf{F}_{14}$ || **125** tum (tunc)] nunc $\mathbf{W}_1$ ϑ | triste $\mathbf{n}_1$: iste *cett. mei* || **126** calcauit $\mathbf{K}_6\mathbf{L}_4$ μ *ac* | profundis $\mathbf{P}_1\mathbf{W}_2$ || **127** cristatus scandebat $\mathbf{L}_3$ || **129** tunc $\mathbf{P}_{11}$ || **130** tunc $\mathbf{P}_{11}$ | umbrosum $\mathbf{A}_2$ || **131** ualles gelide $\mathbf{F}_{17}$ | quem *Birt* || **133** mutatis $\mathbf{F}_{17}\mathbf{C}\mathbf{O}_7$ μ || **135** offenso $\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei, Exc. Flor.* : effosso **R***ul*$\mathbf{F}_{17}$*ul*$\mathbf{L}_4$ | quantae *omnes mei, Exc. Flor.* : quantis *Heinsius* | putres] ruptis $\mathbf{R}_{23}$ || **136** galee glebis $\mathbf{B}_1$ || **140** obstruimur $\mathbf{W}_1$ ϑ || **142** praecipites *Heinsius* || **145** mutauit $\mathbf{O}_7$ || **146** subducta $\mathbf{n}_1\mathbf{P}_{14}$: seductus $\mathbf{F}\mathbf{C}_1\mathbf{K}_6$

obstipuit proprii spectator ponderis Atlans.
nulli barbariae motus; nil turbida rupto
ordine temptauit nouitas, tantoque remoto
150 principe mutatas orbis non sensit habenas.
nil inter geminas acies, ceu libera frenis,
ausa manus. certe nec tantis dissona linguis
turba nec armorum cultu diuersior umquam
confluxit populus: totam pater undique secum
155 mouerat Auroram; mixtis hic Colchus Hiberis,
hic mitra uelatus Arabs, hic crine decorus
Armenius; hic picta Saces fucataque Medus,
hic gemmata niger tentoria fixerat Indus;
hic Rhodani procera cohors, hic miles alumnus
160 Oceani. ductor Stilicho tot gentibus unus
quot uel progrediens uel conspicit occiduus sol.
in quo tam uario uocum generumque tumultu
tanta quies iurisque metus seruator honesti
te moderante fuit, nullis ut uinea furtis
165 uel seges erepta fraudaret messe colonum,
ut nihil aut saeuum rabies aut turpe libido
suaderet, placidi seruirent legibus enses.
scilicet in uulgus manant exempla regentum,
utque ducum lituos, sic mores castra secuntur.
170 denique felices aquilas quocumque moueres,
arebant tantis epoti milibus amnes.
Illyricum peteres: campi montesque latebant.
uexillum nauale dares: sub puppibus ibat
Ionium, nullis succincta Ceraunia nimbis
175 nec iuga Leucatae feriens spumantia fluctu

147 mirator $\mathbf{F}_3$ || **150** sentit $\mathbf{F}_{17}\,\sigma$ || **151** acies] rabies *Paul* | freni *Heinsius* || **152** certe] sceleris *Wakefield* : per te *Paul* : certans *Jeep* | signis $\mathbf{W}_1\,\vartheta$ || **153** diuisior **Z** || **154** influxit $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$ || **155** mixtus $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$ | scotus $\mathbf{A}_2$ || **156** hic²] cum $\mathbf{CF}_{20}\mathbf{S}_3\mathbf{z}_1$ | decoris $\mathbf{CF}_{20}\mathbf{J}_6\mathbf{W}_2$: decoro *Exc. Laeti, Vicetina* || **157** armeniis $\mathbf{CF}_{20}\mathbf{J}_6\mathbf{W}_2$ | fucata- $\mathbf{gP}_2$*ul*$\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{R}$*pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$: fuscata- $\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_2$*?pc*$\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$ || **158** *om. add. mg* $\mathbf{F}_{17}$ || **159** alumnus $\mathbf{LF}_2\mathbf{PR}$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{FF}_{17}$*sscr*$\mathbf{J}_3$*ul*$\mathbf{n}_1$: alanus $\mathbf{gP}_2\mathbf{R}$*pc*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$ || **161** quot $\mathbf{gF}_{17}$*pc*$\mathbf{F}_{20}\mathbf{J}_6\,\vartheta$, *Isengriniana mg* : quod **R***ac* : quos $\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_3$: quas $\mathbf{P}_2\mathbf{LR}$*pc*$\mathbf{Fn}_1$ | conspicit ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* : prospicit $\mathbf{P}_{11}$ || **163** rigidique *Paul* || **165** uel] ut $\mathbf{n}_1$: nec *Birt* | arepta **Z** : execta $\mathbf{W}_1$ (ϑ) | fraudarit **C***pc* || **166** nil $\mathbf{J}_3\mathbf{P}_1\mathbf{z}_1$ (*ut uid.*) || **167** suaderet **g***pc*$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{RF}_{17}\,\lambda$*pc* : suaderent **g***ac*$\mathbf{LPFJ}_3\mathbf{n}_1$: auderet *Escor. Q. I. 14* : auderent *Par. 7647* : *nugas* $\mathbf{W}_1$ || **168** regentis *Oxon. Exon. 23* : potentum **g** || **169** mores sic $\mathbf{B}_1$*pc* | arma $\mathbf{A}_2$ || **170** uictrices $\mathbf{P}_4\mathbf{p}_4$ | quacumque $\mathbf{A}_2$ || **174** nullum $\mathbf{P}_2\mathbf{CL}_1\mathbf{S}_3$: nullas *Platnauer dubitanter* || **175** iuga $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* : uaga $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*sscr* : uada $\mathbf{P}_2$*ul* ϑ *pc* | fumantia $\mathbf{W}_1$

deterrebat hiemps. tu si glaciale iuberes
uestigare fretum, securo milite ducti
stagna reluctantes quaterent Saturnia remi;
si deserta Noti, fontem si quaerere Nili,
180 Aethiopum medios penetrassent uela uapores.
te memor Eurotas, te rustica Musa Lycaei,
te pastorali modulantur Maenala cantu
Partheniumque nemus, quod te pugnante resurgens
aegra caput mediis erexit Graecia flammis.
185 plurima Parrhasius tunc inter corpora Ladon
haesit et Alpheus Geticis angustus aceruis
tardior ad Siculos etiamnunc pergit amores.
miramur rapidis hostem succumbere bellis,
cum solo terrore ruat? num classica Francis
190 intulimus? iacuere tamen. num Marte Suebos
contudimus, quis iura damus? quis credere possit?
ante tubam nobis audax Germania seruit.
cedant, Druse, tui, cedant, Traiane, labores:
uestra manus dubio quidquid discrimine gessit,
195 transcurrens egit Stilicho totidemque diebus
edomuit Rhenum quot uos potuistis in annis;
quem ferro, adloquiis, quem uos cum milite, solus.
inpiger a primo descendens fluminis ortu
ad bifidos tractus et iuncta paludibus ora
200 fulmineum perstrinxit iter; ducis impetus undas
uincebat celeres, et pax a fonte profecta
cum Rheni crescebat aquis. ingentia quondam

177 ducti $\mathbf{P}_2$*ac, cett. mei* : ductu $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{O}_2$: ducto $\mathbf{K}_4$: damni *Wakefield* || **179** si fontem* **g** || **180** penetrarent* $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3\mathbf{O}_2$ || **181** canit $\mathbf{A}_2$ || **183** quod] quo $\mathbf{F}_{20}$, *Scaliger* : que $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{O}_2$: quia $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{O}_2$*ul* || **184** flammis $\mathbf{P}_2$, *cett. mei, Exc. Flor.* : campis $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{n}_1$**q**$\mathbf{W}_2$: damnis *Heinsius* || **187** tardior $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : tardius $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{A}_2\mathbf{F}_3\mathbf{L}_{11}$ $\mathbf{O}_3$*ac* | in ϑ | etiamnunc *omnes mei, Exc. Flor.* : etiamtum *Jeep* || **188** rabidis ϑ *ul, Vicetina* | hostes $\mathbf{W}_2$: alios $\mathbf{A}_2$ || **189** ruat **g**, *Heinsius* : ruant *cett. mei* | num $\mathbf{P}_2$**R** : non *cett. mei, Exc. Flor.* : nec **L** λ || **190** iacuere **P***pc*$\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : latuere **P***ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*ac* | num $\mathbf{P}_2$**P***ac***R**$\mathbf{F}_{17}$*pc* : non $\mathbf{F}_{17}$*ac, cett. mei, Exc. Flor.* : nec **P***pc* || **191** quis[1] $\mathbf{F}_2$ (*fort. pc*) **R***pc, cett. mei* : quod **PR***ac* || **192** tubas $\mathbf{J}_3\mathbf{L}_{11}$ | seruit ($\mathbf{F}_2$) $\mathbf{F}_{17}$*ul*($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* : cessit $\mathbf{F}_{17}\mathbf{O}_2$*ul* || **194** domus $\mathbf{K}_6$ || **196–197** *uerba inter* quot uos *et* cum milite *om.* **LP** (*add. mg*) $\mathbf{W}_1$ || **196** potuistis **R**, *cett. mei* : domuistis **R***sscr* || **197** *om. add. mg* **g** | quot . . . quot **Z** | eloquiis $\mathbf{p}_2$ || **200** fulmineum $\mathbf{P}_2$**L** **PR***ac*$\mathbf{W}_1$**F***ac*$\mathbf{J}_3$*ul*$\mathbf{n}_1$: flumineum **g**$\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}_2$**R***pc***F***pc*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$: flamineum $\mathbf{F}_{17}$*sscr* | perstrinxit $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : praestrinxit* $\mathbf{F}_{17}$: perstringit $\mathbf{O}_2$*ul* : prestringit $\mathbf{O}_2$: praestruxit $\mathbf{P}_2$*ac* || **201** et pax] pax ipsa $\mathbf{K}_4$: pax ipso *Heinsius*

nomina, crinigero flauentes uertice reges,
qui nec principibus donis precibusque uocati
205 paruerunt, iussi properant segnique uerentur
offendisse mora; transuecti lintribus amnem
occursant ubicumque uelit. nec fama fefellit
iustitiae: uidere pium, uidere fidelem.
quem ueniens timuit, rediens Germanus amauit.
210 illi terribiles, quibus otia uendere semper
mos erat et foeda requiem mercede pacisci,
natis obsidibus pacem tam supplice uultu
captiuoque rogant quam si post terga reuincti
Tarpeias pressis subeant ceruicibus arces.
215 omne quod Oceanum fontesque interiacet Histri
unius incursu tremuit; sine caede subactus
seruitio Boreas exarmatique Triones.
  tempore tam paruo tot proelia sanguine nullo
perficis et luna nuper nascente profectus
220 ante redis quam plena fuit, Rhenumque minacem
cornibus infractis adeo mitescere cogis
ut Salius iam rura colat flexosque Sygambrus
in falcem curuet gladios, geminasque uiator
cum uideat ripas quae sit Romana requirat;
225 ut iam trans fluuium non indignante Chauco
pascat Belga pecus, mediumque ingressa per Albam
Gallica Francorum montes armenta pererrent;
ut procul Hercyniae per uasta silentia siluae
uenari tuto liceat, lucosque uetusta

204 non $\mathbf{F}_{17}$ | supplicibus *Heinsius olim* | precibusue $\boldsymbol{\mu}$ || **205** paruerunt $\mathbf{W}_1$, *Heinsius* : paruerant *cett. mei, Exc. Flor.* : paruerint $\mathbf{P}_2$**F**?$\mathbf{n}_1$ || **206** lintribus **R**, *cett. mei* : nauibus **R***sscr* || **207** occursant $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : occurrunt **L** $\boldsymbol{\lambda}$: concursant $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$ | uelit **PR** : uelint $\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{W}_1$: uelis $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : uenis $\mathbf{A}_2$ || **214** subeant pressis $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{L}_{11}$ || **215** fontes- $\mathbf{P}_2$*ac, cett. mei* : fontem- $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{W}_1$ $\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || **216** *om.* $\mathbf{W}_1$ | timuit $\mathbf{F}_2\mathbf{A}_2\mathbf{Z}$ | subactus $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : coactus $\mathbf{F}_2$*ac* $\mathbf{P}_{10}\boldsymbol{\Gamma}_1$ || **217** seruit io $\mathbf{K}_4$ || **219** perficit **F** : conficis $\mathbf{O}_2$*ul* | crescente $\boldsymbol{\mu}$ || **220** plena $\mathbf{P}_2$*sscr*$\mathbf{F}_2$*ul* $\mathbf{n}_1\mathbf{L}_4\mathbf{q}$: tota $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$, *cett. mei, Exc. Flor.* | fuit **PF***pc, cett. mei* : micet **P***sscr* : *nugas* $\mathbf{W}_1$ || **222** salius $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_{20}\mathbf{L}_1\mathbf{O}_2$*ul* $\boldsymbol{\mu}$*ac* $\boldsymbol{\varrho}$: sueuus $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei, Exc. Flor.?* | rura **R***pc*$\mathbf{F}_{17}$*?ac, cett. mei* : iura **R***ac*$\mathbf{F}_{17}$*pc* | flexos- $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : flexus- $\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}\mathbf{Z}\,\boldsymbol{\vartheta}$: felix- *Birt* | sygambrus $\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}$: sygambri *cett. mei, Exc. Flor.* || **223** falces **F** | curuet $\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}$: curuent *cett. mei* : cudant *uel* lunent *Heinsius* || **224** quae **R**, *cett. mei* : an **R***ul* | sit] non *Birt* || **226** Albam (*i. e. Schwäbische Alb*) *M. Bouquet* : album $\mathbf{W}_1$: albim(-in) *cett. mei* : alueum *Valesius* : Alpim $\mathbf{z}_1$, *Mommsen*

230 religione truces et robur numinis instar
barbarici nostrae feriant inpune bipennes.
ultro quin etiam deuota mente tuentur
uictorique fauent. quotiens sociare cateruas
orauit iungique tuis Alamannia signis!
235 nec doluit contempta tamen, spretoque recessit
auxilio laudata fides. prouincia missos
expellet citius fasces quam Francia reges
quos dederis. acie nec iam pulsare rebelles,
sed uinclis punire licet; sub iudice nostro
240 regia Romanus disquirit crimina carcer:
Marcomeres Sunnoque docent (quorum alter Etruscum
pertulit exilium; cum se promitteret alter
exulis ultorem, iacuit mucrone suorum),
res auidi concire nouas odioque furentes
245 pacis et ingenio scelerumque cupidine fratres.
post domitas Arctos alio prorupit ab axe
tempestas et, ne qua tuis intacta tropaeis
pars foret, Australis sonuit tuba. mouerat omnes
Maurorum Gildo populos, quibus inminet Atlans
250 et quos interior nimio plaga sole relegat;
quos uagus umectat Cinyps et proximus hortis
Hesperidum Triton et Gir notissimus amnis
Aethiopum, simili mentitus gurgite Nilum;
uenerat et paruis redimitus Nuba sagittis
255 et uelox Garamans, nec quamuis tristibus Hammon
responsis alacrem potuit Nasamona morari.
stipantur Numidae campi, stant puluere Syrtes

230 in regione **R** | truces] sacros $\mathbf{B_1}$*pc* | robur $\mathbf{P_2LF_2PRO_3Z}\lambda$: robora **R***ul*, *cett. mei* || **231** secures $\mathbf{K_4}$ || **232** *om.* $\mathbf{W_1}$ || **234** iungi- **g**$\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{LF_2R}$*pc*$\mathbf{W_1FF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$: iungit- $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{PR}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{n_1}$ || **236** iustos **g***pc* (*in ras.*) || **237** expellet $\mathbf{F_2}$*?ac*$\mathbf{R}$*mr*, *cett. mei* : expellit $\mathbf{F_{17}F_3K_6L_4}\zeta$: expellat *Heinsius* | fasces **R***mr*$\mathbf{J_3}$, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : fallax $\mathbf{gP_2J_3}$*ul* | gallia $\mathbf{L_3}$ || **238** dederis **g***pc*$\mathbf{LF_2PW_1F_{17}J_3n_1}$: dederit $\mathbf{P_2R}$*mr*$\mathbf{F}$ | acie nec iam $\mathbf{LF_2PF_{17}Z}\vartheta$: acie non iam $\mathbf{O_2}$*ac* : seruat nec iam $\mathbf{gF_2}$*ul* **R***mr*$\mathbf{J_3n_1}$: seruat non iam $\mathbf{F_3}$: *cett. hic non moror* || **239** licet] libet $\mathbf{B_1}$: decet $\mathbf{P_2}$ || **240** crimina] nomina $\mathbf{F_3}$ || **241** docent **g***pc?*$\mathbf{LF_2F_{17}J_3n_1F_{20}}$, *Exc. Gyr.* : docet $\mathbf{P_2}$ **PR**(-et *mr*)$\mathbf{W_1F}$ || **244** concire **F***pc*$\mathbf{J_3n_1L_3O_2}$*ul*$\mathbf{q}\zeta$*ac* : conscire **F***ac*, *cett. mei* | fruentes $\mathbf{W_1}\sigma$ || **246** prorupit $\mathbf{LF_2PRF_{17}O_3Z}$: prorumpit $\mathbf{gP_2W_1}$*?*$\mathbf{FJ_3n_1}$ || **248** omnes *cett. mei*, *Exc. Flor.* (-is) : amens $\mathbf{gP_2P_1}$ || **250** interior $\mathbf{n_1}$, *cett. mei* : ulterior $\mathbf{n_1}$*ul*$\mathbf{q}$*ul* || **252** et Gir notissimus] Nigrisque nouissimus *Delrius* : Nigris (*uel* Nigri) et ditissimus *Scoppa* : et Gir ditissimus *Burmannus* || **253** gurgite] flumine $\mathbf{n_1q}$: sanguine $\mathbf{CL_1S_3}$ || **254** nuba **R***ul*, *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : iuba $\mathbf{P_2W_1O_3}$: uiua **PR** : numa $\mathbf{n_1}$ || **257** campi **R***ac*$\mathbf{W_1F_{17}}$*pc*$\mathbf{O_3}$*pc* : campis **R***pc*$\mathbf{F_{17}}$*ac*, *cett. mei*

Gaetulae, Poenus iaculis obtexitur aer.
hi uirga moderantur equos; his fulua leones
260 uelamenta dabant ignotarumque ferarum
exuuiae, uastis Meroe quas nutrit harenis;
serpentum patulos gestant pro casside rictus;
splendent uipereae squamosa pelle pharetrae.
non sic intremuit Simois, cum montibus Idae
265 nigra coloratus produceret agmina Memnon,
non Ganges, cum tela procul uibrantibus Indis
inmanis medium uectaret belua Porum.
Porus Alexandro, Memnon prostratus Achilli,
Gildo nempe tibi.
                    nec solum feruidus Austrum,
270 sed partes etiam Mauors agitabat Eoas.
quamuis obstreperet pietas, his ille regendae
transtulerat nomen Libyae scelerique profano
fallax legitimam regni praetenderat umbram.
surgebat geminum uaria formidine bellum,
275 hoc armis, hoc triste dolis. hoc Africa saeuis
†cinxerat† auxiliis, hoc coniuratus alebat
insidiis Oriens. illinc edicta meabant
corruptura duces, hinc frugibus atra negatis
urgebat trepidamque fames obsederat urbem.
280 exitiale palam Libycum, ciuile pudoris
obtentu tacitum.
                    tales utrimque procellae

258 poenus **LP***ac***R***ac***W**$_1$**FF**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$: plenus **gP**$_2$**P***pc***R***pc***J**$_3$*ul* **n**$_1$ *ul* **O**$_3$: poenis **F**$_2$, *Vgoletus* | intexitur **F**$_{20}$: subtexitur *Heinsius* || **259** scuta leonum **B**$_1$**CS**$_3$ || **260** *om.* **B**$_1$ (*add. mg*) **CS**$_3$ || **261** quas **P***ac. cett. mei* : quos **P***pc***K**$_4$ | mittit **n**$_1$ | harenis **F***ac*, *cett. mei* : in antris **F***pc* || **262** patulos gestant *cett. mei, Exc. Flor.* : gestant patulos **n**$_1$**q** | uultus **g**ζ*ac* || **263** splendent **P**$_2$**F**$_2$*ul* **W**$_1$**J**$_3$**n**$_1$: splendet (**g**) : pendent **LF**$_2$**PRF**$_{17}$, *Exc. Flor.*, *Isengriniana mg* : pendet **F** | uipereae . . . pharetrae *cett. mei, Exc. Flor.* : -a . . . -a **gF** || **264** contremuit **B**$_1$ || **267** inmanis medium ('*suorum seu Indorum*' *König*)] : immanis medum **P**$_2$**L** : inmanis tumidum *Burmannus* : inmanis magnum *Wakefield* : inmanem inmanis *Goodyear* || **268** memnon prostratus *cett. mei, Exc. Flor.* : prostratus memnon **W**$_1$**F** : memnon *om.* **n**$_1$ || **269** feruidus] perfidus *Heinsius* : sedulus *Birt* || **271** regendum ϑ || **272** libie nomen **L**$_{11}$: libie partes **B**$_1$: nomen *om.* **W**$_1$ || **273** regni] regi **n**$_1$: maurus **K**$_4$ | praetenderat **gR W**$_1$**F**$_{17}$**J**$_3$: pretenderet **P**$_2$**n**$_1$: protenderat **LF**$_2$**PF** || **274** geminum uaria *cett. mei, Exc. Flor.* : uaria geminum* **FJ**$_3$**n**$_1$ || **275** hoc^3] hinc *Heinsius* || **276** cinxerat] uinxerat **P**$_{11}$: strinxerat *uel* struxerat *Hall* | hinc *Heinsius* || **277** manebant **O**$_3$$\zeta$ || **279** possederat **L**$_1$

cum fremerent lacerumque alternis ictibus anceps
imperium pulsaret hiemps, nil fessa remisit
officii uirtus contraque minantia fata
285 peruigil euentusque sibi latura secundos
maior in aduersis micuit: uelut arbiter alni,
nubilus Aegaeo quam turbine uexat Orion,
exiguo claui flexu declinat aquarum
uerbera, nunc recta, nunc obliquante carina,
290 callidus, et pelagi caelique obnititur irae.
  quid primum, Stilicho, mirer? quod cautus ad omnes
restiteris fraudes, ut te nec noxia furto
littera nec pretio manus inflammata lateret?
quod nihil in tanto circum terrore locutus
295 indignum Latio? responsa quod ardua semper
Eois dederis, quae mox effecta probasti,
securus, quamuis et opes et rura tenerent
insignesque domos? leuis haec iactura; nec umquam
publica priuatae cesserunt commoda causae.
300 diuidis ingentes curas teque omnibus unum
obicis, inueniens animo quae mente gerenda,
efficiens patranda manu, dictare paratus
quae scriptis peragenda forent. quae bracchia centum,
quis Briareus aliis numero crescente lacertis
305 tot simul obiectis posset confligere rebus,
euitare dolos, ueteres firmare cohortes,
explorare nouas, duplices disponere classes,

282 dum $\mathbf{P}_{11}$ | fremerent $\mathbf{F}_2$*ac***R**?*mr*, *cett. mei* : premerent* $\mathbf{F}_2$*pc*, *Heinsius* | lacerum- **F**?, *Exc. Flor.* : laterum- $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$*ac***PR**?*mr*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$: latium- **g**$\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{n}_1$ || **283** *om.* $\mathbf{W}_1$ || **284** minantia **R***mr*, *cett. mei* : minacia $\mathbf{F}_{17}$: micantia $\mathbf{K}_6$*ac*$\boldsymbol{\Gamma}_1$*ac* || **285** factura *Flor. Gall.* || **286** nituit $\mathbf{K}_6$*ac* || **287** quam **g***pc*, *cett. mei* : quem $\mathbf{F}\mathbf{n}_1\mathbf{F}_3$ $\mathbf{F}_{20}$ $\boldsymbol{\vartheta}$?*ac* | uexat **R***pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : uersat **R**?*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3$ || **290** caeli pelagi- $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_3$ | obnititur $\mathbf{P}_2$, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : innititur **g***pc*$\mathbf{P}_2$*ul* $\mathbf{B}_1\mathbf{C}\boldsymbol{\Gamma}_1$: (quo)que mittitur $\mathbf{W}_1$ || **291** stilicho mirer $\mathbf{P}_2\mathbf{LPRF}_{17}\mathbf{O}_3$: mirer stilicho* $\mathbf{gF}_2\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$ | quod $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* : quam $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_{17}$?*pc*? : qui $\boldsymbol{\vartheta}$ || **292** non $\mathbf{W}_2$ || **293** infamata *Mommsen* || **294** nil $\mathbf{P}_2\mathbf{J}_3$ | circum $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{F}_2$*ac***PRF***ac*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{P}_{11}$: rerum $\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_2$*pc***R***mr*? $\mathbf{W}_1\mathbf{F}$*pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: timidum **g** || **300** ingentes **R***ac*, *cett. mei* : in gentes **LR***pc*$\mathbf{O}_3$*pc* || **301** quae] -que ac *Heinsius* : -que et *Wakefield* || **303** peraranda *Burmannus* | quae[2]] non $\mathbf{gCL}_4\boldsymbol{\Gamma}_1\boldsymbol{\mu}$*ac*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **304** *om.* (*propter homoeoarcton, ut mihi uidetur*) **g** (*add. mg*) $\mathbf{C}\boldsymbol{\Gamma}_1$ (*add. mg*) $\boldsymbol{\mu}$ (*add. mg*), *alii* (*uide Prolegom.*), *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* ('hoc carmen habent quidam etsi non antiquus'), *post* **305** *posuit* **F**, *damnauit Birt* | quis *cett. mei*, *Exc. Gyr.* ('non antiquus') : non $\mathbf{gL}_4\boldsymbol{\Gamma}_1$ | alius *Burmannus* | humero *Heinsius* || **305** possent $\mathbf{gFF}_{20}\mathbf{P}_1\mathbf{W}_2\boldsymbol{\Gamma}_1\boldsymbol{\vartheta}\,\boldsymbol{\mu}$, *Exc. Flor.* : possit $\boldsymbol{\lambda}$

quae fruges aut bella ferant, aulaeque tumultum
et Romae lenire famem? quot nube soporis
310 immunes oculi per tot discurrere partes,
tot loca sufficerent et tam longinqua tueri?
Argum fama canit centeno lumine cinctum
corporis excubiis unam seruasse iuuencam!
unde tot allatae segetes? quae silua carinas
315 texuit? unde rudis tanto tirone iuuentus
emicuit senioque iterum uernante resumpsit
Gallia bis fractas Alpino uulnere uires?
non ego dilectu, Tyrii sed uomere Cadmi
tam subitas acies concepto dente draconis
320 exiluisse reor: Dircaeis qualis in aruis
messis cum proprio mox bellatura colono
cognatos strinxit gladios, cum semine iacto
terrigenae galea matrem nascente ferirent
armifer et uiridi floreret milite sulcus.
325 hoc quoque non parua fas est cum laude relinqui
quod non ante fretis exercitus adstitit ultor
ordine quam prisco censeret bella senatus.
neclectum Stilicho per tot iam saecula morem
rettulit, ut ducibus mandarent proelia patres
330 decretoque togae felix legionibus iret
tessera. Romuleas leges rediisse fatemur,
cum procerum iussis famulantia cernimus arma.
Tyrrhenum poteras cunctis transmittere signis

308 aut *cett. mei, Exc. Flor.* : que $\mathbf{P}_2$: uel $\mathbf{F}_{17}$ | tumultus $\mathbf{p}_2$ || **309** et $\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* : ut **L** : aut $\mathbf{F}_{17}$*ul* | quot $\mathbf{P}_2$*pc***R***pc*$\mathbf{F}_{17}$*mg, cett. mei* : quod $\mathbf{P}_2$*ac***P***?ac***R***ac* : qui **P***pc*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{F}_3\mathbf{P}_{14}\zeta$ | nube soporis ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : nubis aperti $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_{20}\mathbf{W}_2$: nubis operte $\mathbf{K}_4$: nube sopora *Heinsius* || **311** tam $\mathbf{gP}_2\mathbf{PRF}_{17}$, *Exc. Flor.* : tot $\mathbf{LF}_2\mathbf{W}_1\mathbf{FJ}_3\mathbf{n}_1$ || **314** illatae *Delrii uet. liber* | fruges $\mathbf{A}_2\mathbf{O}_2$*ul* || **315–316** *uerba inter* texuit *et* senioque *om.* $\mathbf{n}_1$ || **315** texuit **g***pc, cett. mei* : extruit $\mathbf{LW}_1\mathbf{L}_{11}\lambda$ || **316** emicuit $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_3$, *Isengriniana mg* : enituit *cett. mei* : *abest* $\mathbf{n}_1$: exsiluit *Heinsius* || **318** dilectu **PR***ac* : delectu **R***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : deiecto *Scaliger* | sed **P**, *cett. mei* : nec **P***ul* : sub *Scaliger* || **319** concepto $\mathbf{gP}_2\mathbf{LF}_2$*ac***PR***ac***F***ac*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$: conceptas $\mathbf{F}_2$*pc***R***pc*$\mathbf{W}_1$**F***pc*$\mathbf{J}_3$ || **321** propria . . . cohorte *Jeep* || **322** strinxit **R***pc, cett. mei* : stringit $\mathbf{P}_2$**R***ac*$\mathbf{n}_1$: struxit **P** || **323** forarent *Purser* || **324** armifer $\mathbf{gP}_2\mathbf{F}_2\mathbf{PRF}_{17}$*ul*$\mathbf{n}_1$: armiger $\mathbf{LW}_1\mathbf{FF}_{17}\mathbf{J}_3$ | campus ϑ || **325** nec fas est parua **L** || **326** adstitit $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : extitit $\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}$*ac***Z** || **327** censeret $\mathbf{W}_1$*pc, cett. mei* : censerent $\mathbf{W}_1$*ac* : sentiret $\mathbf{A}_2$: sanciret *Heinsius* || **328** per tot iam] iam tot per $\mathbf{F}_2\mathbf{F}_3\mathbf{Z}$: tot iam per *Iuntina* || **330** uelox *Burmannus* || **331** romulee *Exc. Flor., Exc. Gyr.* | rediere *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : remeasse $\mathbf{A}_2$ || **332** dum $\mathbf{P}_{11}$ | iussu $\mathbf{A}_2$ || **333** cunctis $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : iunctis $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{O}_2$*ul* | transcurrere $\mathbf{J}_6$

et ratibus Syrtes, Libyam conplere maniplis:
335 consilio stetit ira minor, ne territus ille
te duce suspecto Martis grauiore paratu
aut in harenosos aestus zonamque rubentem
tenderet aut solis fugiens transiret in ortus
missurusue sibi certae solacia mortis
340 oppida dirueret flammis. res mira relatu,
ne timeare times et, quem uindicta manebat,
desperare uetas. quantum fiducia nobis
profuit hostilis! saluae Karthaginis arces;
illaesis Tyrii gaudent cultoribus agri,
345 quos potuit uastare fuga. spe captus inani
nec se subripuit poenae nostrisque pepercit:
demens, qui numero tantum, non robore mensus
Romanos rapidis ibat ceu protinus omnes
calcaturus equis et, quod iactare solebat,
350 solibus effetos mersurus puluere Gallos.
sed didicit non Aethiopum geminata uenenis
uulnera, non fusum crebris hastilibus imbrem,
non equitum nimbos Latiis obsistere pilis.
sternitur ignauus Nasamon, nec spicula supplex
355 iam torquet Garamans; repetunt deserta fugaces
Autololes; pauidus proiecit missile Mazax.
cornipedem Maurus nequiquam hortatur anhelum;
praedonem lembo profugum uentisque repulsum
suscepit merito fatalis Thabraca portu
360 expertum quod nulla tuis elementa paterent
hostibus, et laetae passurum iurgia plebis
fracturumque reos humili sub iudice uultus.
  nil tribuat Fortuna sibi. sit prospera semper
illa quidem; sed non uni certamina pugnae

335 minor $\mathbf{F_{17}}$*ul, cett. mei* : ruens $\mathbf{LPRF_{17}}$ | ne **g***pc, cett. mei* : nec $\mathbf{PW_1F_{17}n_1}$ || **336** suspecto] suscepto $\mathbf{gP_2W_1FF_{17}}$: conspecto **Z** || **338** fugiens solis $\mathbf{F_3}$ || **339** missurusne $\mathbf{n_1}$: missurusque $\mathbf{P_2RF_{17}}$: missurisue *Wakefield* : Massylumque *Paul* : uisurusque *Ker* || **340** res digna $\mathbf{A_2}$ || **341** caues $\mathbf{A_2}$ || **343** profuit] proficit $\mathbf{L_4P_{10}}$: contulit $\mathbf{A_2}$ || **345** cautus ϑ || **346** non **L** λ | praeripuit $\mathbf{P_4p_4}$ || **350** effetos **g***pc*$\mathbf{LF_2}$ **P***pc*$\mathbf{RW_1}$**F***pc*$\mathbf{F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$: effectos **g***ac*$\mathbf{P_2}$(**P***ac*)**F***ac*$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{n_1}$: affe(c)tos $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul* : effoeto *Louan.* (= Γ_1) *in Sylloga attributum non uideo* || **351** sensit **Z** || **352** nec $\mathbf{B_1K_6L_4}$ || **353** equit. lat. nimb. $\mathbf{F_2W_1}$: nimb. equit. lat. $\mathbf{J_3}$ || **355** intorquet $\mathbf{F_3}$($\mathbf{F_2}$), *Iuntina* || **356** deiecit **Z** || **358** uento- $\mathbf{O_3}$ || **359** fatali $\mathbf{J_7}$*pc* || **360** quam *Gesnerus* || **362** fracturum- $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : perfractum- $\mathbf{gP_2}$*ul*$\mathbf{FF_{17}}$: frangendum *Heinsius* || **363** sit] fit $\mathbf{J_3}$*pc* : sic $\mathbf{F_{20}}$, *Heinsius* : si *Jeep*

365 credidimus totis nec constitit alea castris
nutatura semel; si quid licuisset iniquis
casibus, instabant aliae post terga biremes;
uenturus dux maior erat.
uictoria nulla
clarior aut hominum uotis optatior umquam
370 contigit. an quisquam Tigranen armaque Ponti
uel Pyrrhum Antiochique fugam uel uincla Iugurthae
conferat aut Persen debellatumque Philippum?
hi propagandi ruerant pro limite regni:
hic stabat Romana salus. ibi tempora tutas
375 traxerunt dilata moras: hic uincere tarde
uinci paene fuit. discrimine Roma supremo
inter supplicium populi deforme pependit;
et tantum Libyam fructu maiore recepit
quam peperit, quantum grauiorem amissa dolorem
380 quam necdum quaesita mouent. quis Punica gesta,
quis uos, Scipiadae, quis te iam, Regule, nosset,
quis lentum caneret Fabium, si iure perempto
insultaret atrox famula Karthagine Maurus?
haec omnes ueterum reuocauit adorea laurus.
385 restituit Stilicho cunctos tibi, Roma, triumphos.

365 totis] solis *Jeep* || **370** an] in **L** (*in ras.*) : aut **W**$_1$**F**$_{17}$**n**$_1$: haud **J**$_6$*sscr* : huic *Heinsius* | armaue **F**$_3$ || **371** pyrrhumue antiochiue fugam *Barthii cod.* || **373** hi(i) **gLF**$_2$*ul***R***pc***FF**$_{17}$*pc***J**$_3$**n**$_1$: illa **P**$_2$**F**$_2$**PR***ac***W**$_1$**F**$_{17}$*ac* | ruerant **gP**$_2$*pc***F**$_2$*ul***R***pc***F** **F**$_{17}$*pc***J**$_3$, *Exc. Flor.* : fuerant **P**$_2$*ac***F**$_2$**PR***ac***W**$_1$**n**$_1$**F**$_3$: uexant **L** : ruerunt *Barthii cod.*, *Heinsius* || **374** hic **P**$_2$*pc*, *cett. mei* : hinc **P**$_2$*ac***W**$_1$ | tutas **g***pc***P**$_{10}$*pc***z**$_1$, *Heinsius* : tuto **g***ac*, *cett. mei* : tute **B**$_1$**CS**$_3$ || **375** moras *omnes mei*, *Exc. Flor.* : more **B**$_1$**CS**$_3$ || **377** *om.* **W**$_1$ || **378** tantum **gP**$_2$**LF**$_2$**R***pc***FF**$_{17}$*pc***J**$_3$: tanto* **n**$_1$**q**, *Scaliger* : quantum **PR***ac***W**$_1$**F**$_{17}$*ac* | meliore **W**$_1$ **ϑ** || **379** quanto* **p**$_4$, *Scaliger* || **380** nondum **A**$_2$**F**$_3$ | gesta] facta **B**$_1$: bella **A**$_2$, *Isengriniana mg* || **381** *om.* **W**$_1$ | iam te **O**$_3$ || **382** can. fab. lent. **F**$_{17}$ || **384** adorea (*uel simm.*) **P***ac*, *cett. mei* : laurea **P***pc* || **385** cunctos stilico **F**$_{17}$**L**$_3$

22

DE CONSVLATV STILICHONIS

LIBER SECVNDVS

Hactenus armatae laudes: nunc qualibus orbem
moribus et quanto frenet metuendus amore,
quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
induerit fastisque suum concesserit annum,
5 mitior incipiat fidibus iam Musa remissis.
principio magni custos Clementia mundi,
quae Iouis incoluit zonam, quae temperat aethram
frigoris et flammae mediam, quae maxima natu
caelicolum. nam prima chaos Clementia soluit
10 congeriem miserata rudem uultuque sereno
discussis tenebris in lucem saecula fudit.
haec dea pro templis et ture calentibus aris
te fruitur posuitque suas hoc pectore sedes.
haec docet ut poenis hominum uel sanguine pasci
15 turpe ferumque putes; ut ferrum Marte cruentum,
siccum pace feras; ut non infensus alendis
materiem praestes odiis; ut sontibus ultro

22 1–476 **g**P_2, L, F_2P, R, W_1, F$F_{17}$$J_3$$n_1$

codicum inscriptiones: incipit liber nonus **g** : liber sextus in quo narratur ... F_2*mr* : incipit liber secundus de laude stiliconis **R** : incipit liber quintus de consulatu stiliconis liber secundus W_1 : incipit liber secundus de laudibus stiliconis F_{17} : secundus liber de laudibus stiliconis J_3*ma* : claudiani secunda panagyris in laudem stiliconis ϑ : de consulatu stiliconis liber I explicit incipit liber ij *Exc. Flor.*

22 1 armatas B_1*ul* : armorum P_2 : armati *Barthii cod.* | orbem gR*pc*W_1F$J_3$$n_1$: urbem P_2LF_2PR*ac*F_{17} || 3 actore $F_2$$W_1$ | rogantes] rigentes* O_3*ul*, *Arens* : rogante *Scaliger* || 5 incipiet μ*pc* : incipias *Heinsius* | diua F_{20} || 8 mediam F_2*pc?* R*pc*F$J_3$$n_1$: -a W_1 : -o gP_2LF_2*?ac*PR*ac*F_{17} | proxima n_1 | natu est σ || 10 materiam L_3 | miserata P_2, *cett. mei* : partita P_2*ul*O_2*ul*O_3*ul* || 11 discussis tenebris (g)R*ul*W_1F$J_3$$n_1$$O_3$*pc* : discussit tenebras P_2LF_2PRF_{17} | fudit F*pc*, *cett. mei* : fundit ϑ : prodit F*ac* || 12 pro ture C_1 || 13 hoc pectore P*mg*R*pc*, *cett. mei* : sub pectore C_1 : hoc tempore P_2PR*ac*$F_{17}$$O_3$*ul* || 14 facit *Jeep* || 15 in marte K_6 || 16 siccum (sic cum)] sed cum K_4 : sacra A_2 : R *incert.* | feras F_2R, *cett. mei* : premas gF_2*ul*R*ul*W_1Fn_1 | incensus W_2 || 17 materiem *cett. mei, Exc. Flor.* : -am $n_1$$\Gamma_1$ | ultro $P_2$$n_1$, *cett. mei* : ultor P_2*ul*$J_3$$n_1$*ul*$L_1$$L_4$$L_{11}$

ignouisse uelis, deponas ocius iram
quam moueas, precibus numquam inplacabilis obstes,
20 obuia prosternas, prostrataque more leonum
despicias, alacres ardent qui frangere tauros,
transiliunt praedas humiles. hac ipse magistra
das ueniam uictis, hac exorante calores
horrificos et quae numquam nocitura timentur
25 iurgia contentus solo terrore coerces
aetherii patris exemplo, qui cuncta sonoro
concutiens tonitru Cyclopum spicula differt
in scopulos et monstra maris nostrique cruoris
parcus in Oetaeis exercet fulmina siluis.
30 huic diuae germana Fides eademque sorori
corde tuo delubra tenens sese omnibus actis
inserit. haec docuit nullo liuescere fuco,
numquam falsa loqui, numquam promissa morari;
inuisos odisse palam, non uirus in alto
35 condere, non laetam speciem praemittere fraudi,
sed certum mentique parem conponere uultum;
occulto saeuire uetat, prodesse remittit.
haec et amicitias longo plus tempore firmat
mansuroque adamante ligat; nec mobile mutat
40 ingenium: paruae strepitu nec uincula noxae
dissolui patitur nec fastidire priorem

19 obstes ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei, Exc. Gyr. pc* : a(b)stes $\mathbf{W_1 J_3 K_6}$, *Exc. Gyr. ac* : instes **F** || **20** leonis $\mathbf{F_2}$ ϑ || **21** ardent qui] ardent cum $\mathbf{F_3}$, *Isengriniana* : ardent con- $\mathbf{F_2}$: audent qui $\mathbf{W_1}$: gaudent qui **g**, *Flor. Gall.* : qui gaudent *Berol. DBS 60* : gaudent cum ζ : gaudent con(fringere) $\mathbf{O_3}$ (audent *ul*) || **22** transiliunt $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{F_2}$*pc, cett. mei* : transibunt $\mathbf{F_2}$*ac***P** | humiles praedas $\mathbf{F_{17} J_3}$ | ipse $\mathbf{P_2 F_2}$**LP***pc***R***pc*$\mathbf{W_1}$**F**$\mathbf{F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$: iste **gP***ac***R***ac*$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{n_1}$: quippe *uel* teste *uel* sponte *Heinsius* || **23** das **L**$\mathbf{F_2}$**PR***pc, mr,* **F**$\mathbf{F_{17} J_3}$: da $\mathbf{P_2}$*ul***R***ac*$\mathbf{W_1}$: dat **g**$\mathbf{P_2 n_1 O_3 P_1 P_{10} P_{11}}$ | exorante **P**$\mathbf{F_{17}}$*pc* : exorate **R***ac* : exorare $\mathbf{P_2}$: exortante **R***pc*$\mathbf{J_3}$*?, cett. mei* | tumultus **g** || **24** numquam peritura *Mommsen* : plus quam nocitura *Birt* || **25** coercet **g**$\mathbf{n_1 P_{11}}$: coherce $\mathbf{W_1}$ || **27** Cyclopia *Heinsius* | differt **R***mr, cett. mei, Exc. Flor.* : defert **L**$\mathbf{J_3 B_1}$**C** || **30** huic $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : hinc **L**$\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$ | sorori $\mathbf{P_2}$**LP**$\mathbf{F_{17}}$: sororis **g**$\mathbf{F_2}$**R***mr*$\mathbf{W_1}$**F**$\mathbf{J_3 n_1}$ || **31** tenet **C***ac, Exc. Flor.* | seque (*cum* tenet) *Jeep* || **32** ingerit *Heinsius* | docuit nullo $\mathbf{P_2}$**L**$\mathbf{F_2}$**PR**$\mathbf{F_{17}}$*pc* : nullo docuit **g**$\mathbf{W_1}$**F**$\mathbf{J_3 n_1}$ || **33** sequi **Z** || **35** nec $\mathbf{J_6}$ (*fort. pc*) | laetam] altam $\mathbf{B_1}$**C**$\mathbf{J_7}$*ac*$\mathbf{S_3}$: aliam *Heinsius* | praemittere **g***ul, cett. mei, Exc. Flor.* : promittere **F** : committere $\mathbf{W_1}$: praetendere **g**$\mathbf{n_1}$, *Exc. Gyr.?* || **37** saeuire $\mathbf{P_2}$*ul, cett. mei, Exc. Flor.* : seruire $\mathbf{P_2 F_{17} n_1}$ || **38** *om. add. mg* **F** | plus $\mathbf{P_2}$**R**$\mathbf{O_3}$*ul*$\mathbf{P_{11}}$: post **R***ul, cett. mei* | seruat $\mathbf{n_1}$**q** || **39** *om. add. mg* **F** || **40** paruae $\mathbf{F_2}$*ac?, cett. mei* : paruo $\mathbf{P_2 F_2}$*pc?*$\mathbf{O_2}$ | non μ, *Bodl. Add. A. 208*

inlicitur ueniente nouo. benefacta tenere,
respuere offensas facilis, pariterque minoris
officii magnique memor superare laborat
45 utque hostes armis, meritis sic uincit amicos.
haec fouet absentes, haec longe sola remotis
consulit, haec nullis auidam rumoribus aurem
pandit, ut ignarum numquam laesura clientem
insidiosa tuos alienent murmura sensus.
50 nec uiuis adnexus amor meminisse sepultos
desinit; in prolem transcurrit gratia patrum.
hac tu Theodosium, tenuit dum sceptra, colebas,
hac etiam post fata colis; nec pignora curas
plus tua quam natos dederat quos ille monendos
55 tutandosque tibi. iustos nimiumque fideles
fama putat, qui, cum possint commissa negare,
maluerint nullo uiolati reddere quaestu.
at Stilicho non diuitias aurique relictum
pondus, sed geminos axes tantumque reseruat
60 depositum teneris quantum sol igneus ambit.
quid non intrepidus credas, cui regia tuto
creditur?
hoc clipeo munitus Honorius altum
non gemuit patrem, uitaeque et lucis in ipso
limine, contemptus numquam, dat iura subactis
65 gentibus et secum sentit creuisse triumphos.
quem tu sic placida formas, sic mente seuera,
ut neque desidiae tradas, dum pronus ad omne
quod libet obsequeris, nec contra nixus ouantem
confringas animum; secretus consona regno

42 inlicitur $\mathbf{gPP_3P_4P_{10}}$*ac*, *Par. 7647 ac*, *Exc. Flor.* : allicitur $\mathbf{P_2F_2RF_{17}J_3}$*pc* : illicitum $\mathbf{B_1P_{10}}$*pc*, *Exc. Gyr.* : allicitum **LR***ul*$\mathbf{W_1}$*ac***F** : inlicite $\mathbf{CJ_7}$*ac*$\mathbf{z_1}$: illicite $\mathbf{n_1J_7}$*pc* : allectum $\mathbf{J_3}$*ac*, *Scaliger* : fit licitum *uel* neglectum *Heinsius* || **44** laborans *Heinsius* || **50** obnexus $\mathbf{F_2}$*pc* : innexus $\mathbf{F_{17}}$ ϑ *ac* || **51** desinit $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : desinat $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul* | gloria $\mathbf{F_3J_7}$ || **53** non **F** || **54** ipse $\mathbf{P_2B_1}$ | fouendos $\mathbf{F_{20}}$ || **56** possent $\mathbf{gW_1FJ_3n_1}$ || **57** maluerunt $\mathbf{W_1Fn_1}$ | uiolatis *Birt* || **60** teneris $\mathbf{P_2F_2PRW_1FF_{17}J_3}$*pc* : terris $\mathbf{gLF_2}$*ul*$\mathbf{F_{17}}$*sscr*$\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* || **63** et lucis] et laudis *Burmannus* : elucet *König* || **64** limine $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : lumine $\mathbf{P_2}$*ul* λ, *Burmannus* || **65** secum sentit **L***pc*$\mathbf{F_2PRF_{17}}$: sentit secum $\mathbf{P_2O_2W_2}$: secum sensit $\mathbf{gW_1FJ_3n_1}$ || **66** firmas $\mathbf{K_6}$ | seuera $\mathbf{F_{17}}$*ul*$\mathbf{n_1}$*ul*, *cett. mei* : serena $\mathbf{gFF_{17}n_1}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **68** nec $\mathbf{gW_1FF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$: neque $\mathbf{n_1}$: ne $\mathbf{P_2L}$*pc?*$\mathbf{F_2PRF_{17}}$*ac* | nisus **F**, *Flor. Gall.* || **69** constringas* $\mathbf{g(n_1)}$ | secretus **R***pc*$\mathbf{F_{17}}$*pc*, *cett. mei* : secreto $\mathbf{gP_2R}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{P_{11}}$ μ*pc* : secernis $\mathbf{B_1CJ_7}$*ac*$\mathbf{z_1}$: seu cernas $\mathbf{O_3}$*pc* : ceu cernas *Camers mg* : secernens *König*

70 ceu iuuenem doceas, moles quid publica poscat;
ceu sanctum uenerere senem patriisque gubernes
imperium monitis; dominum summissus adores,
obsequiis moderere ducem, pietate parentem.
hinc fuit ut primos in coniuge disceret ignes
75 ordirique uirum non luxuriante iuuenta,
sed cum lege tori, casto cum foedere uellet.
principe tu felix genero: felicior ille
te socero.
                fratrem leuior nec cura tuetur
Arcadium; nec, si quid iners atque inpia turba
80 praetendens proprio nomen regale furori
audeat, adscribis iuueni. discordia quippe
cum fremeret, numquam Stilicho sic canduit ira,
saepe lacessitus probris gladiisque petitus,
ut bello furias ultum, quas pertulit, iret
85 inlicito causamque daret ciuilibus armis:
cuius fulta fide mediis dissensibus aulae
intemeratorum stabat reuerentia fratrum.
quin et Sidonias chlamydes et cingula bacis
aspera gemmatasque togas uiridesque zmaragdis
90 loricas galeasque renidentes hyacinthis
gestatosque patri capulis radiantibus enses
et uario lapidum distinctas igne coronas
diuidis ex aequo, ne non Augusta supellex
ornatusque pares geminis heredibus essent.
95 mittitur et miles, quamuis certamine partes

70 ceu $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : seu $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{F_{17}}$*pc?*$\mathbf{O_3Z}$: cum $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul* : **g** *incert.* | quid **gL***ac*$\mathbf{FJ_3n_1}$ λ : quod* $\mathbf{P_2L}$*?pc*$\mathbf{F_2PRW_1}$*?*$\mathbf{F_{17}}$: quae *Birt* | poscat $\mathbf{gF_2}$*sscr*$\mathbf{W_1F}$ $\mathbf{F_{17}J_3}$: poscit* $\mathbf{P_2LF_2PRn_1}$: possit $\mathbf{F_3}$ || **71** ceu **R***mr, cett. mei* : seu $\mathbf{F_{17}}$*pc?*$\mathbf{L_4}$: cum $\mathbf{P_2O_2}$: **g** *incert.* | uenerere $\mathbf{gP_2LF_2F_{17}J_3n_1}$: uenerare **PR***mr* : uenere $\mathbf{W_1F}$ | patriis- $\mathbf{F_2}$*mg*$\mathbf{PF_{17}J_3n_1}$: patris- $\mathbf{gP_2LR}$*mr*$\mathbf{W_1F}$: *nugas* $\mathbf{F_2}$ | gubernas **R***mr*$\mathbf{n_1}$ || **72** subnixus $\mathbf{W_1J_3}$ | adorans *Jeep* || **73** obsequiis **R***mr, cett. mei, Exc. Flor.* : obsequio $\mathbf{Fn_1}$ | moderere $\mathbf{gF_2PFF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3n_1}$: moderare **LR***mr*$\mathbf{W_1F_{17}}$*ac* : modere $\mathbf{P_2}$ || **74** hinc fuit $\mathbf{F_{17}}$*ul, cett. mei* : hic fuit $\mathbf{P_2}$: sic fuit $\mathbf{P_2}$*ul***R***mr*$\mathbf{F_{17}}$ || **77** genero felix $\mathbf{J_3L_{11}}$ || **78** non $\mathbf{gA_2B_1O_3}$ || **79** improba $\mathbf{F_2}$ || **82** cum] con- $\mathbf{PF_{17}}$: dum $\mathbf{P_{11}}$ | fremeret $\mathbf{gF_2}$*ul***R***ul*$\mathbf{FJ_3n_1}$, *Exc. Gyr.* : fremuit $\mathbf{P_2L}$ (*in ras.*) $\mathbf{F_2PRW_1F_{17}}$: premeret $\mathbf{L_{11}}$ λ | stilicho sic $\mathbf{F_2}$*ul, cett. mei* : stilichonis $\mathbf{gLF_2P}$ || **83** lacessiti *et* petiti (*cum* Stiliconis) *Scaliger* | odiisque $\mathbf{n_1}$, *Isengriniana mg* || **85** cause- $\mathbf{n_1}$: causas- $\mathbf{J_7}$ | dedit $\mathbf{gW_1B_1J_6J_7K_6}$ || **86** cuius **gLR***ul*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$, *Exc. Flor.* : huius* $\mathbf{P_2F_2PRW_1}$ || **89** smaragdo *Exc. Flor.* || **90** *ante* **89** *in* $\mathbf{P_2R}$*ac*$\mathbf{W_1}$ | renidentes **L***pc***P***pc*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$: renitentes **g** : redundantes $\mathbf{P_2L}$*ac*$\mathbf{F_2P}$*ac*$\mathbf{RW_1}$ || **93** nec $\mathbf{W_1n_1}$ || **95** certamine **g***pc?***L***ac*$\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : certamina **L***pc*$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{O_3}$*pc*

iam tumeant. hostem muniri robore mauis
quam peccare fidem: permittis iusta petenti
idque negas solum, cuius mox ipse repulsa
gaudeat et quidquid fuerit deforme mereri.
100 omnes praeterea, puro quae crimina pellunt
ore, deae iunxere choros unoque receptae
pectore diuersos tecum cinguntur in usus.
Iustitia utilibus rectum praeponere suadet
communesque sequi leges iniustaque numquam
105 largiri sociis. durum Patientia corpus
instruit ut nulli cupias cessisse labori;
Temperies, ut casta petas; Prudentia, ne quid
inconsultus agas; Constantia, futtile ne quid
infirmumque geras. procul inportuna fugantur
110 numina, monstriferis quae Tartarus edidit antris:
ac primam scelerum matrem, quae semper habendo
plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
trudis Auaritiam; cuius foedissima nutrix
Ambitio, quae uestibulis foribusque potentum
115 excubat et pretiis commercia pascit honorum,
pulsa simul. nec te gurges corruptior aeui
traxit ad exemplum, qui iam firmauerat annis
crimen et in legem rapiendi uerterat usum.
denique non diues sub te pro rure paterno
120 uel laribus pallet; non insidiator oberrat
facturus quemcumque reum; non obruta uirtus

96 hostes $\mathbf{L}_3$*ac* || **97** uiolare *Aldina* | fidem $\mathbf{F}_2$*ac, cett. mei, Exc. Flor.* : fide **g**$\mathbf{F}_2$*pc***Rn**$_1$ | iusta **R***pc, cett. mei* : iussa $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$**PR***ac* : iura $\mathbf{F}_3$ | potenti $\mathbf{n}_1$ || **99** fuerit **L**, *Heinsius* : fuerat* *cett. mei* || **100** quae puro $\mathbf{B}_1$ | pellunt $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : poscunt $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{B}_1$*ac***C**$\mathbf{J}_7$*ac* **μ***ac* || **101** corde *Burmannus* || **102** cinguntur **R**, *cett. mei* : iunguntur **R***ul* : coguntur $\mathbf{O}_3$ || **105** sociis] facilis *Heinsius* : sociae (*distinctione ante hanc uocem posita*) *Mommsen* || **106** cupias **LP***pc*$\mathbf{B}_1\mathbf{O}_7$ **λ μ**, *Par. 15155, Berol. DBS 60* : cupiat* **P***ac, cett. mei* || **108** *om.* **g**$\mathbf{J}_3$ (*add. mg ma*) || **109** infirmumue $\mathbf{B}_1$ || **110** abdidit *Heinsii Iunianus* || **111** *om.* $\mathbf{W}_1\mathbf{B}_1$ | hinc *Goodyear* | primam $\mathbf{F}_2$*ac, cett. mei, Exc. Flor.* : primum $\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{n}_1\mathbf{O}_3$: primo **g** || **113** foedissima **g***pc*$\mathbf{P}_2$ (**P***ac*) **R**$\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{F}_{17}$ $\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Gyr.* : fidissima **g***ac***L**$\mathbf{F}_2\mathbf{L}_4$: saeuissima **P***pc*$\mathbf{A}_2$ || **115** pascit $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*ac***P** **R***ac*$\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{F}_{17}$*pc* : poscit **gL**$\mathbf{F}_2$*pc***R***pc***F***sscr*$\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_3$: possit $\mathbf{n}_1$: uendit $\mathbf{K}_4$: querit *Abrinc. 135* | honoris *Abrinc. 135* || **117** qui $\mathbf{P}_2$*pc***L***ac***P***pc*$\mathbf{J}_3$ **μ***ac, Exc. Flor.* : quod **g**?$\mathbf{P}_2$*ac***L***pc*$\mathbf{F}_2$**P***ac***R**$\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$ | firmauerat $\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* : formauerat $\mathbf{F}_{17}$*ul*$\mathbf{P}_{10}$*pc* **ϑ** : firmauerit $\mathbf{F}_3$ || **118** uerterat **P***pc, cett. mei* : uerterit **P***ac*$\mathbf{F}_3$ | usum $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : usus $\mathbf{F}_{17}$*ac* || **120** pallet **gL**$\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{P}_{10}$: pendet $\mathbf{P}_2$**PR**$\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{W}_2$: dubitat **R***sscr* : pendit *Heinsius* || **121** facturus $\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : fracturus $\mathbf{F}_2$*pc* $\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3$: tracturus $\mathbf{P}_{11}$: acturus *Heinsius*

paupertate latet. lectos ex omnibus oris
euehis et meritum, non quae cunabula, quaeris
et qualis, non unde satus. sub teste benigno
125 uiuitur; egregios inuitant praemia mores.
hinc priscae redeunt artes; felicibus inde
ingeniis aperitur iter despectaque Musae
colla leuant opibusque fluens et pauper eodem
nititur ad fructum studio, cum cernat uterque
130 quod nec inops iaceat probitas nec inertia surgat
diuitiis.
nec te iucunda fronte fefellit
Luxuries, praedulce malum, quae dedita semper
corporis arbitriis hebetat caligine sensus
membraque Circaeis effeminat acrius herbis,
135 blanda quidem uultus, sed qua non taetrior ulla
interius: fucata genas et amicta dolosis
inlecebris toruos auro circumlinit hydros.
illa uoluptatum multos innexuit hamis:
te numquam conata capit. non praua libido
140 stupris aduigilat; non tempora somnus agendi
frustratur; nullo citharae conuiuia cantu,
non pueri lasciua sonant. quis cernere curis
te uacuum potuit, quis tota mente remissum
aut indulgentem dapibus, ni causa iuberet
145 laetitiae? non indecores aeraria lassant
expensae; paruo non inproba littera libro

123 meritum non quae $\mathbf{gFJ_3n_1P_1P_3P_4P_{11}P_{13}}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : meritum numquam **L** : numquam meritum $\mathbf{P_2}$ *ul* $\mathbf{F_2}$: meriti numquam $\mathbf{W_1}$ ϑ : numquam meriti $\mathbf{F_2}$ *sscr* $\mathbf{PRF_{17}}$: numquam merito $\mathbf{P_2}$ || **124** quales . . . satus μ *ac* : quales . . . sati *Heinsius* || **127** deiectaque *Schraderus* || **130** iaceat] taceat **L** : lateat $\mathbf{A_2}$ || **132** debita $\mathbf{gF_3L_{11}}$ || **133** mentem $\mathbf{O_3}$ *ac* || **135** uultus **g** *ac* $\mathbf{LF_2PW_1F_{17}n_1}$: uultu **g** *pc* $\mathbf{P_2P}$ *sscr* $\mathbf{RFJ_3}$ | taetrius $\mathbf{LPF_{17}}$, *Exc. Flor.* | ulla est μ, *Flor. Gall.* : ullum *Jeep* : ulli (*cum* taetrius) *Birt* || **136** interius $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : ulterius $\mathbf{J_6}$ *pc* $\mathbf{S_3}$: ultrices (-is **g**) $\mathbf{P_2}$ *ul* $\mathbf{B_1}$ *ac* $\mathbf{F_{20}z_1}$ μ *ac*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : ultricum (*cum* taetrior ulla) *Gesnerus* : artifices *uel* ultrix est *Paul* | fucata **g** *pc* $\mathbf{F_2P}$ *ac* $\mathbf{RF_{17}}$ *pc* : fuscata **g** *ac* $\mathbf{P_2LP}$ *pc* $\mathbf{W_1FF_{17}}$ *ac* $\mathbf{J_3n_1}$ | amicta $\mathbf{F_2}$ *ul* $\mathbf{RF_{17}}$ *ul*, *cett. mei* : amica $\mathbf{F_2R}$ *ul* $\mathbf{FF_{17}}$ || **137** tortos *Heinsius* | auro $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : lauro $\mathbf{P_2}$ *ul* $\mathbf{CJ_7}$ *ac* $\mathbf{O_2}$ *ul* $\mathbf{P_1}$ | circumlinit *cett. mei*, *Exc. Flor.* : -fluit $\mathbf{J_7}$: -uenit $\mathbf{A_2}$: -ligat $\mathbf{W_1J_6}$ *pc* **Z**, *Vicetina*, *Exc. Gyr.* || **139** rapit $\mathbf{O_3}$ || **140** stupris aduigilat ($\mathbf{n_1}$), *cett. mei*, *Exc. Flor.* : stupris inuigilat $\mathbf{C_1}$, *Escor. Q. I. 14* : aduig. stupris *Vicetina* | nec $\mathbf{LJ_7}$ λ || **141** frustratur] fraudatur *Lond. Add. 11814* : furatur *Heinsius* || **142** nec $\mathbf{F_2z_1}$ | pueri $\mathbf{F_2}$ *pc*, *cett. mei* : pueris **g** *?ac* $\mathbf{CL_1S_3}$: puerum **g** *?pc* || **143** quis tanta ϑ | remissa $\mathbf{P_{10}}$ || **144** nisi $\mathbf{F_{17}}$, *Flor. Gall.* || **145** laetitiam *Heinsius* | lassant $\mathbf{gP_2PRF_{17}J_7}$ *pc*, *Iuntina* : laxant $\mathbf{LW_1FJ_3n_1}$: cassant $\mathbf{F_2CJ_7}$ *ac* : quassant $\mathbf{F_3P_{10}}$ *ul* ζ || **146** prauo* $\mathbf{A_3}$, *Heinsius*

absentum condonat opes. a milite parcus
diligeris; neque enim neclectas pace cohortes
tum ditas cum bella fremunt. scis nulla placere
150 munera, quae metuens illis, quos spreuerat, offert,
serus et incassum seruati prodigus auri.
anteuenis tempus non expectantibus ultro
munificus mensaeque adhibes et nomine quemque
conpellas, clari sub te quod gesserat olim
155 admonitum facti, figendaque sensibus addis
uerba, quibus magni geminatur gratia doni.
  nec, si quid tribuas, iactatum saepius idem
exprobrare soles nec, quos promoueris, alto
turgidus adloqueris fastu nec prospera flatus
160 attollunt nimios. quin ipsa Superbia longe
discessit, uitium rebus sollemne secundis
uirtutumque ingrata comes. contingere passim
adfarique licet. non inter pocula sermo
captatur, pura sed libertate loquendi
165 seria quisque iocis nulla formidine miscet.
quem uidet Augusti socerum regnique parentem,
miratur conuiua parem, cum tanta potestas
ciuem lenis agat. te doctus prisca loquentem,
te matura senex audit, te fortia miles
170 aspersis salibus, quibus haud Amphiona quisquam
praeferat Aonios meditantem carmine muros
nec uelit Orpheo migrantes pectine siluas.

147 absentis $\mathbf{p_2}$: insontum *Heinsius* | condonat $\mathbf{F_{17}}$*ul, cett. mei, Exc. Flor.* : condemnat $\mathbf{F_{17}}$*mg* $\mathbf{F_{20}J_6}$: commendat $\mathbf{F_{17}}$ || **148** nec $\mathbf{gn_1Z}$ | neglecta $\mathbf{LCC_1K_6}$ || **150** quos] qui *Ker* | spreuerat $\mathbf{gLA_2P_{10}}$*mg* $\Gamma_1\lambda$, *Berol. DBS 60, Exc. Flor.* : spreuerit* $\mathbf{F_2R}$*ul* $\mathbf{W_1FF_{17}J_3n_1}$: presserat $\mathbf{PR}\vartheta$: preferat $\mathbf{P_2}$ || **151** incassi seruator $\mathbf{P_2}$: in casum seruati *Wakefield* || **154** appellas $\mathbf{J_3}$ | sub te quod $\mathbf{gW_1FJ_3n_1}$: quod sub te $\mathbf{P_2LF_2PRF_{17}}$ | gesserit* $\mathbf{n_1C_1F_{20}O_7qW_2Z}$, *Exc. Flor.* || **155** admonitum $\mathbf{g}$*pc* $\mathbf{F_{17}}$*pc* ($\mathbf{n_1}$), *cett. mei, Exc. Flor.* : admonitù $\mathbf{A_2}\zeta$: admonitor *Exc. Gyr.* : commonitum $\mathbf{L_{11}}$: admonitos *Burmannus* | figenda- $\mathbf{P}$*pc* $\mathbf{R}$*pc* $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : fingenda- $\mathbf{P}$*ac* $\mathbf{R}$*ac* $\mathbf{W_1F_{17}}$*ac* $\mathbf{n_1}$: signanda- $\mathbf{L_{11}}$ || **156** geminetur *Heinsius* | doni $\mathbf{R}$*pc* $\mathbf{F_{17}}$*sscr, cett. mei* : nodi $\mathbf{P_2PR}$*ac* $\mathbf{F_{17}}$ || **157** nec *omnes mei, Exc. Flor.* (*non* ne, *ut ait Birt*) | iactanti *Birt* || **159** turbidus $\mathbf{gLJ_3n_1F_{20}P_{11}W_2}\lambda$ | flatus] fastus *Heinsii Iunianus* : uultus *Wakefield* || **160** extollunt $\mathbf{Z}$*ac* || **161** discedit $\mathbf{Z}$: dissensit $\mathbf{L_4}$: decessit *Iunianus* | sollemne $\mathbf{F_{17}}$*ul, cett. mei* : commune $\mathbf{F_{17}}$ || **162** ignaua *Heinsius* || **163** datur $\mathbf{K_8}$ || **164** tuta *uel* uera *Heinsius* || **166** generumque $\mathbf{n_1q}$ | potentem $\mathbf{P_2}$ || **168** plebis agat *Birt* || **171** praeferat $\mathbf{F_{17}}$*ac, cett. mei* : proferat $\mathbf{g}$*?* $\mathbf{P_2}$: praeferre* $\mathbf{F_{17}}$*pc, Buecheler* | aonios $\mathbf{F}$*? sscr, cett. mei* : aonias $\mathbf{g}$($\mathbf{P_2}$)$\mathbf{F}$, *Exc. Flor.* | meditantem $\mathbf{P_2}$, *cett. mei, obscure dictum et fortasse corruptum* : modulantem $\mathbf{P_2}$*sscr* $\mathbf{O_2}$*gloss.* $\mathbf{O_3z_1}\mu$*pc* : molitum *Jeep* : moderantem *Birt* : metantem *Hall* | muros] musas $\mathbf{gP_2}$, *Exc. Flor.*

hinc amor, hinc ueris et non fallacibus omnes
pro te solliciti uotis; hinc nomen ubique
175 plausibus, auratis celebrant hinc ora figuris.
quae non incudes streperent, quae flamma uacaret
fabrilis, quantis fluerent fornacibus aera
effigies ductura tuas, quis deuius esset
angulus aut regio quae non pro numine uultus
180 dilectos coleret, talem ni semper honorem
respueres? decus hoc rapiat, quem falsa timentum
munera decipiunt, qui se diffidit amari.
hic solus spreuisse potest qui iure meretur.
undique legati properant generique sub ore
185 in tua centenas aptant praeconia uoces.
grates Gallus agit, quod limite tutus inermi
et metuens hostile nihil noua culmina totis
aedificet ripis et saeuum gentibus amnem
Thybridis in morem domibus praeuelet amoenis.
190 hinc Poeni cumulant laudes, quod rura tyranno
libera possideant; hinc obsidione solutus
Pannonius potorque Saui, quod clausa tot annis
oppida laxatis ausus iam pandere portis
rursus cote nouat nigras rubigine falces
195 exesosque situ cogit splendere ligones
agnoscitque casas et collibus oscula notis
figit et inpresso glaebis non credit aratro.

173 sed $\mathbf{P}_2$ | fallacibus *cett. mei, Exc. Flor.* : falentibus $\mathbf{n}_1$ || **175** *fort. spurium esse censet Jeep* || **176** fremerent **L** | uacaret $\mathbf{P}_2$*pc***P***pc***R***pc*, *cett. mei* : uocaret $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{n}_1$ || **177** quantis fluerent **g**$\mathbf{P}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{P}_{11}$ ϑ *pc* : que sufficerent $\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}$: que tantis fluerent $\mathbf{n}_1$ || **179** numine **P***?ac***R***pc***F***pc?*$\mathbf{F}_{17}$*ac*, *cett. mei* : nomine **P***pc***R***ac***F***?ac*$\mathbf{F}_{17}$*pc* : munere $\mathbf{P}_2$ || **180** coleret $\mathbf{J}_3$*pc*, *cett. mei* : colerent $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1\mathbf{C}\mathbf{L}_1\mathbf{S}_3$ | nisi Γ_1 || **183** hic $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_{17}\mathbf{O}_3$: hoc* $\mathbf{F}_{17}$*sscr*, *cett. mei, Exc. Flor.* : hec **g**$\mathbf{K}_6$ | solus $\mathbf{F}_2$*pc?*$\mathbf{F}_{17}$*ac*, *cett. mei* : solum $\mathbf{L}\mathbf{R}\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{P}_1\mathbf{P}_{11}$ || **184** laudantes $\mathbf{K}_4$ || **185** aptant $\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$ **Z** ϑ λ : optant **g**$\mathbf{P}_2$**R***ul***F**$\mathbf{F}_{17}$*ul*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : captant $\mathbf{L}_{11}$: sociant *Heinsius* || **186** ait $\mathbf{n}_1$ | limite **R***pc***F**$\mathbf{P}_{10}$*ul*, *Isengriniana mg* : milite **g**$\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: limine $\mathbf{F}_2$*ac***P****R***ac* || **187** totis] notis $\mathbf{F}_{17}$: tectis $\mathbf{K}_6$: tutis *Heinsius* || **188** aedificat $\mathbf{K}_6\mathbf{L}_4\sigma$, *Exc. Flor.* || **189** praeuel(l)et] praeuelat $\mathbf{K}_6\mathbf{L}_4\sigma$, *Exc. Flor.* : praeuallet $\mathbf{P}_2\mathbf{n}_1$ || **190** grates $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_3$*ul* | quod rura] qui rura **Z** : quod iura $\mathbf{K}_4$ || **192** annos *Heinsius* || **193** *om. add. mg* **F** || **194** rursus $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_{17}\mathbf{O}_7$: -um *cett. mei* | nouat $\mathbf{F}_2$*ac?***P***pc*, *cett. mei* : nouas **g**$\mathbf{F}_2$*pc?***P***ac***R** | nigras **R**, *cett. mei* : nigra ζ : rubeas **R***ul***F** : rubras $\mathbf{F}_{20}$: scabras *Heinsius* || **196–198** *uerba inter* oscula *et* siluis *om.* $\mathbf{W}_1$ || **196** agnoscitque casas **gL***pc?***P***pc***R***pc***F**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{F}_{20}\mathbf{P}_{13}$, *Exc. Flor.* : agnoscit causas $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$**R***ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ λ : agnoscitque causas **P***ac*$\mathbf{P}_3$*ac* : agnoscit caulas $\mathbf{K}_4$, *Barthius, Schottus* : cognoscit causas $\mathbf{O}_3$ || **197** nunc **g**$\mathbf{F}_{20}\mathbf{J}_6$, *Exc. Flor.?* | credit] cedit* $\mathbf{F}_{20}$ ϑ *pc*, *Iuntina* : condit $\mathbf{P}_2$: pendit ϑ *ac* : reddit (*cum* nunc) *Mommsen* : parcit *Birt*

exectis, inculta dabant quas saecula, siluis
restituit terras et opacum uitibus Histrum
200 conserit et patrium uectigal soluere gaudet,
immunis qui clade fuit. te sospite fas est
uexatum laceri corpus iuuenescere regni;
sub tot principibus quaecumque amisimus olim,
tu reddis; solo poterit Stilichone medente
205 crescere Romanum uulnus tectura cicatrix,
inque suos tandem fines redeunte colono
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.
nec tamen humano cedit caeleste fauori
iudicium: cingunt superi concordibus unum
210 praesidiis hostesque tuos aut litore produnt
aut totum oppositi claudunt fugientibus aequor
aut in se uertunt furiis aut militis ense
bacchati laniant Pentheo corpora ritu;
insidias retegunt et in ipsa cubilia fraudum
215 ducunt ceu tenera uenantem nare Molossum;
ominibus uentura notant aut alite monstrant
aut monitos certa dignantur imagine somnos.
pro quibus innumerae trabearum insignia terrae
certatim petiere tibi. poscentibus ipse
220 restiteras, et mens aliorum prona fauori,
iudex dura sui, facibus succensa pudoris
tarda uerecundis excusat praemia causis.
ergo auidae tantosque noui spe consulis annos
elusae dominae pergunt ad limina Romae,

198 exsectisque *Birt* || **201** classe $\mathbf{P_2A_2CO_3}$*ul*$\mathbf{W_2}$ || **202** laceri $\mathbf{LF_2PRW_1FF_{17}J_3}$*pc* : late $\mathbf{gP_2F_{17}}$*ul*$\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{n_1O_3}$ || **204** tu reddis solo poterit **R***mr, cett. mei* : te reddi solo poterunt $\mathbf{gP_2CF_{20}W_2}$*ac* || **205** crescere **R***mr, cett. mei* : crescet $\mathbf{P_2CF_{20}W_2}$: crescce **g** | tectura **R***mr, cett. mei, Exc. Flor.* : tractura $\mathbf{P_2}$: *nugas* **P** || **206** tandem fines $\mathbf{gLF_2PF_{17}}$: fines tandem $\mathbf{P_2R}$*mr*$\mathbf{W_1FJ_3n_1}$ || **207** ditabitur **R***mr, cett. mei* : donabitur $\mathbf{P_2}$: *nugas* $\mathbf{n_1}$: dotabitur *Heinsius* || **208** nec tamen] non tamen $\mathbf{K_4p_2}$: nec non $\mathbf{n_1}$ || **209** superi cingunt $\mathbf{J_3}$ || **210** aut **F***ac*$\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : in **F***pc*$\mathbf{J_3}$*ac* | produnt **R***mr, cett. mei* : perdunt $\mathbf{J_3P_{10}}$ || **211** appositi $\mathbf{n_1}$: positi $\mathbf{CL_1O_7S_3}$: ponti $\mathbf{P_2J_3}$ || **212** furias **RF** | ense $\mathbf{RJ_3}$*?ac?, cett. mei, Exc. Flor.* : enses **R***ul*$\mathbf{W_1FJ_3}$*pc?* $\mathbf{n_1}\,\boldsymbol{\lambda}$ || **213** bacchati (*sc.* militis) *codd.* : bacchantis *Goodyear* || **214** fraudis $\boldsymbol{\Gamma_1}$ || **215** ceu tensa *Wakefield* | uenantem] uenientem $\mathbf{W_1}\,\boldsymbol{\vartheta}$: uenantes *König* | molossum **PR***ac*$\mathbf{O_3}$*pc* : molossi* **R***pc*$\mathbf{F_{17}}$*pc?, cett. mei* || **216** uocant $\mathbf{P_2}$ || **217** somni *Burmannus* || **218** unanimae *Birt* || **220** prona $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : plena $\mathbf{J_3}$*ac* || **221** *om. add. mg* $\mathbf{J_3}$ | pudoris **R***pc, cett. mei* : pauoris $\mathbf{P_2O_3}$*ul*$\mathbf{O_7}$: fauoris **R***ac* : fauori $\mathbf{J_3}$ || **222** tarda **g***ac, cett. mei* : tanta **g***pc* || **223** noui **R***pc, cett. mei* : nouis **R***ac* : sui **P***sscr* (*uoce in contextu om.*)

225 si minus adnuerit precibus, uel cogere certae
cunctantem uotoque moras auferre paratae.
conueniunt ad tecta deae, quae candida lucent
monte Palatino. glaucis tum prima Mineruae
nexa comam foliis fuluaque intexta micantem
230 ueste Tagum tales profert Hispania uoces:
'cuncta mihi semper Stilicho, quaecumque poposci,
concessit tantumque suos inuidit honores.
Augusti potuit soceri contemnere fasces:
iam negat et genero. si non ut ductor ab orbe
235 quem regit, accipiat saltem cognatus ab aula.
exiguumne putat, quod sic amplexus Hiberam
progeniem nostros inmoto iure nepotes
sustinet, ut patrium commendet purpura Baetin,
quod pulchro Mariae fecundat germine regnum,
240 quod dominis speratur auus?' tum flaua repexo
Gallia crine ferox euinctaque torque decoro
binaque gaesa tenens animoso pectore fatur:
'qui mihi Germanos solus Francosque subegit,
cur nondum legitur fastis? cur pagina tantum
245 nescit adhuc nomen, quod iam numerare decebat?
usque adeone leuis pacati gloria Rheni?'
inde Caledonio uelata Britannia monstro,
ferro picta genas, cuius uestigia uerrit
caerulus Oceanique aestum mentitur amictus,
250 'me quoque uicinis pereuntem gentibus' inquit
'muniuit Stilicho, totam cum Scottus Iuernen

225 adnuerit $\mathbf{P_2LF_2}$*ac*$\mathbf{PR}$*ac*$\mathbf{F_{17}n_1}$: -eret $\mathbf{R}$*pc*$\mathbf{F_{20}}$: -eris λ : -eres $\mathbf{g}$(*?pc ex* -et) $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{W_1FJ_3}$, *Exc. Flor.* || **227** lucet *Scaliger* || **229** nexa] nixa $\mathbf{RO_2}$: pexa $\mathbf{P_{11}}$ || **231** stilicho semper $\mathbf{P_2J_3F_{20}}$ || **233** poterat $\mathbf{F_3}$: poterit $\mathbf{n_1Z}$ || **234** non uult *Lond. Add. 11814* | orbe $\mathbf{F_{17}}$, *cett. mei* : urbe $\mathbf{P_2W_1F_{17}}$*sscr* || **235** quam $\mathbf{P_2F_{17}}$*pc?* | ut cognatus $\mathbf{L}$ || **236** putet $\mathbf{J_7}$*ac*$\mathbf{O_2}$ | amplexus *cett. mei, Exc. Flor.* : complexus $\mathbf{W_1L_4}$ (λ) σ || **237** immotos $\mathbf{W_1}$ || **238** patrium *cett. mei, Exc. Flor.* : patri $\mathbf{P_2}$ || **239** fecundat *Burmannus in textu* : fecundet *codd.* || **240** dominis $\mathbf{gP_2}$*pc*$\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{Fn_1O_3}$*pc*, *Exc. Flor.* : domini $\mathbf{LF_2}$*ac*$\mathbf{PRW_1J_3}$: domino $\mathbf{K_4}$: domiti $\mathbf{F_{17}}$ | flaua $\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{F_{17}}$*pc*, *cett. mei* : fulua $\mathbf{LF_2PR}$ || **242** gaesaque bina $\mathbf{O_3}$ | ferens ($\mathbf{P_{11}}$), *Delrii liber* || **243** gallosque $\mathbf{L_3}$ || **244** fastis legitur* $\mathbf{F_{17}L_3}$ || **246** regni $\mathbf{LF_2}$ || **247** uelata . . . monstro *codd.* : uectata . . . monstro *uel* uallata . . . ponto *Heinsius* : uelata . . . muro *Burmannus* : galeata . . . monstro *Birt* || **248** uitro *uel* nitro *uiri docti ap. Barthium* | secta *uel* puncta *Heinsius* | uerrit $\mathbf{g}$*?*$\mathbf{F_2}$($\mathbf{P}$)$\mathbf{R}$*mr*$\mathbf{W_1FF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$, *Exc. Flor.* : uertit $\mathbf{P_2n_1P_{11}}$: uestit $\mathbf{L}\lambda$: lambit $\mathbf{A_2}$ || **249** mentitur ($\mathbf{g}$*pc*)$\mathbf{R}$*mr*, *cett. mei* : mentitus $\mathbf{L}\lambda$ || **251** me iuuit $\mathbf{P_2}\mu$*ac* | iuernen *Exc. Flor.* : inermem $\mathbf{R}$*ac*$\mathbf{O_2}$*ac* : hibernam (*uel simm.*) $\mathbf{R}$*pc*, *cett. mei* : Iernam *Scaliger* : Iernen *Heinsius*

mouit et infesto spumauit remige Tethys.
illius effectum curis, ne tela timerem
Scottica, ne Pictum tremerem, ne litore toto
255 prospicerem dubiis uenturum Saxona uentis.'
tum spicis et dente comas inlustris eburno
et calido rubicunda die sic Africa fatur:
'sperabam nullas trabeis Gildone perempto
nasci posse moras. etiam nunc ille repugnat
260 et tanto dubitat fasces praebere triumpho,
qui mihi Maurorum penitus lacrimabile nomen
ignorare dedit?' post has Oenotria lentis
uitibus intorquens hederas et palmite largo
uina fluens 'si uos adeo Stilichone curules
265 augeri flagratis' ait 'quas sola iuuare
fama potest, quanto me dignius incitat ardor,
ut praesente fruar conscendentemque tribunal
prosequar atque anni pandentem claustra salutem?'
talibus alternant studiis Romamque precantes
270 pro cunctis hortantur eat. nec segnius illa
paruit officio, raptis sed protinus armis
ocior excusso per nubila sidere tendit.
transuehitur Tuscos Appenninusque uolatu
stringitur. Eridanus clipei iam fulgurat umbra.
275 constitit ante ducem tetrica nec Pallade uultum
deterior nec Marte minor. tremit orbe corusco
iam domus et summae tangunt laquearia cristae.
tum prior attonitum gratis adfata querellis:
'seruatas, Stilicho, per te, uenerande, curules,
280 ornatas necdum fatear? quid profuit anni

253 effectum est **g** (est *add. sscr*) $\mathbf{FJ_3}$ (est *add. sscr*) | tela $\mathbf{LF_2PRF_{17}O_3Z}$: bella $\mathbf{gP_2W_1FJ_3n_1O_3}$*ul* : uela *Heinsius* || **254** nec *bis* $\mathbf{gP_2}$ | tuto $\mathbf{P_2}$ || **255** aspicerem $\mathbf{K_6L_4}\,\sigma$ || **260** dubitat tanto σ || **262** has $\mathbf{gF_2PRW_1F_{17}}\,\vartheta$, *Exc. Flor.* : hec $\mathbf{P_2FJ_3}$: *uerb. om.* $\mathbf{n_1}$: **L** *incert.* | lentis] letis $\mathbf{W_1}$: lentas $\mathbf{A_3}$ || **263** uitibus] uittis *Mommsen* | longo $\mathbf{P_2}$ || **264** riuos *Heinsius* | curules **R***pc, cett. mei* : curulem **PR***ac* || **266** iustius $\mathbf{K_4}$ | incitat $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : incitet $\mathbf{J_3P_{10}}$: excitat $\mathbf{F_{17}}$*ac* $\mathbf{A_2}$ || **267** conscendentem- $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : concedentem- $\mathbf{W_1F_{17}}$*?ac*$\mathbf{n_1}$: contendentem- $\mathbf{P_2}$ || **268** atque anni $\mathbf{gLF_2PRFF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$*pc*$\mathbf{n_1}$: atque animi $\mathbf{P_2F_2}$*ul*$\mathbf{W_1F_{17}}$*ac* $\mathbf{J_3}$*ac* : ac Iani *Heinsius* || **269** precantes *cett. mei, Exc. Flor.* : petentes $\mathbf{n_1q}$ || **271** raptis sed $\mathbf{gPRF_{17}O_3}$*ac, Exc. Flor.* : sed raptis* $\mathbf{P_2LF_2W_1FJ_3n_1}\,\lambda$ || **272** fulmine *Cortius* | tendens *Burmannus* || **273** Thuscus *Barthius* || **275** neque $\mathbf{n_1}$: non $\mathbf{K_6}$ ϑ*pc* | uultum **R***ac* : uultu **R***pc, cett. mei* || **276** inferior *Heinsius* | ore $\mathbf{F_2Z}$ || **277** tergunt $\mathbf{F_3}$ || **278** prius $\mathbf{F_3}$ | loquelis *Liuineii Vat.* || **279** per te stil. σ || **280** fatear *Goodyear* : fateor *codd.* | annis *Heinsius*

seruilem pepulisse notam? defendis honorem
quem fugis, et spernis tanta quem mole tueris?
respuis oblatum, pro quo labente resistis?
quae iam causa morae? quo me cunctabere rursus
285 ingenio? nullus Boreae metus, omnis et Austri
ora silet: cecidit Maurus, Germania cessit,
et Ianum pax alta ligat. te consule necdum
digna feror? titulumne leuem paruique nitoris
credimus, Augusti quo se decorare fatentur,
290 sub iuga quo gentes captiuis regibus egi?
num, si prodigiis casus natura futuros
signat, polluimur macula? quod reris, Eois
omen erat. quamquam nullis mihi cognita rebus
fabula; uix tanto risit de crimine rumor.
295 opprobriis stat nulla fides nec littera uenit
uulgatura nefas: in quo uel maxima uirtus
est tua quod, nostros qui consulis omnia patres,
de monstris taceas. pellendi denique nulla
dedecoris sanctum uiolant oracula coetum
300 nec mea funestum uersauit curia nomen.
par sceleri dubitasse fuit. quaecumque profana
pagina de primo uenisset limine Phoebi,
ante fretum deleta mihi, ne turpia castis
auribus Italiae fatorum exempla nocerent.
305 publicus ille furor (quantum tua cura peregit!)

282 quem tanta ($\mathbf{F_{20}}$)$\mathit{\Gamma_1}\ \sigma$: tota quem* *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **283** *spurium censuit Jeep* || **284** quo me $\mathbf{gPRW_1FF_{17}}$: quonam ($\mathbf{P_2}$)$\mathbf{LF_2J_3n_1}$ || **285** in austrum *Iunianus* || **287** en *Heinsius* | nondum $\mathbf{L_{11}}$ || **288** titulumque $\mathbf{L}\mathit{pc?}$ || **289** quem *Heinsius* || **290** quo $\mathbf{F_2P}\mathit{pc?}\mathbf{RFF_{17}}\mathit{ac}\mathbf{J_3n_1}$: quod $\mathbf{P}\mathit{ac?}\mathbf{L_1}$: qui $\mathbf{g}\mathit{mg}$ (*om. text.*) $\mathbf{P_2L}$ $\mathbf{F_2}\mathit{ul}\mathbf{W_1F_{17}}\mathit{pc}$ | egi $\mathbf{F_2L}\mathit{pc?}\mathbf{PRFF_{17}}\mathit{pc}\mathbf{J_3n_1}$: egit $\mathbf{gP_2F_2}\mathit{ul}\mathbf{W_1F_{17}}\mathit{ac}$ | *hunc uers. a sententiarum nexu alienum censuit König* || **291** num $\mathbf{F_{19}}$: non *omnes mei* | sinistros ζ || **292** maculis $\zeta\mathit{ac}$ | reris $\mathbf{P_2}\mathit{ul}\mathbf{F_2P}\mathit{ac}\mathbf{R}\mathit{ac}$: rebus $\mathbf{gP_2LF_2}\mathit{ul}\mathbf{P}\mathit{pc}\mathbf{R}\mathit{pc}\mathbf{W_1F}$ $\mathbf{F_{17}J_3n_1}$ || **293** omen] nomen $\mathbf{F_3}\zeta$: crimen $\mathbf{O_3}$ | eat *Heinsius* | quamuis $\mathbf{A_2}$ | credita $\mathbf{W_2}$ | numquam certis mihi cognita uerbis *Jeep* || **295** opprobriis $\mathbf{P}\mathit{?}\mathbf{R}\mathit{ac}$, *cett. mei* : opprobrii* $\mathbf{R}\mathit{pc}\mathbf{F}\mathit{?}\mathbf{L_{11}}$, *Exc. Flor.* || **298** pellendi $\mathbf{g}\mathit{ac}\mathbf{F_2RW_1FJ_3Z}\mathit{ac}$: pellendis $\mathbf{g}\mathit{pc}\mathbf{PF_{17}n_1}$: pal(l)endis $\mathbf{P_2C}\mathit{ac}\mathbf{J_7L_1S_3}$: polluti $\mathbf{L}$: delendi *Burmannus* : pallendi *Paul* || **299** uiolant *omnes mei, Exc. Flor.* : uiolent *Heinsius* || **301** par sceleri *Heinsius* : par sceleris $\mathbf{R}\mathit{ac}\mathbf{Z}\ \vartheta$: pars celeris $\mathbf{P_2}\mathit{ac}\mathbf{P}$: pars sceleris $\mathbf{P_2}\mathit{pc}\mathbf{R}\mathit{pc}$, *cett. mei* | dubitasse $\mathbf{F_{17}}\mathit{sscr}$, *cett. mei* : dubitare $\mathbf{F_{17}}$: stupuisse *Paul* || **302** uenisset de primo $\mathbf{C_1}$: uen. pr. de $\mathbf{K_6}$ | limine $\mathbf{F_2R}\mathit{ac}$, *cett. mei* : limite $\mathbf{P_2F_2}\mathit{ul}\mathbf{R}\mathit{pc}\mathbf{FJ_3}$: littore ζ || **303** deleta $\mathbf{gP_2}\mathit{pc}\mathbf{LF_2FF_{17}}\mathit{pc}\mathbf{J_3n_1}$: delata $\mathbf{P_2}\mathit{ac}\mathbf{PRW_1F_{17}}\mathit{ac}$ | tibi *Goodyear* || **304** fatorum $\mathbf{F_2}\mathit{ac}\mathbf{PRn_1}$: factorum* $\mathbf{gP_2LF_2}\mathit{pc}\mathbf{W_1FF_{17}J_3}$, *Exc. Flor.* : fatuorum *Burmannus* : fastorum *Paul* : fractorum *Koch* || **305** *parenthesin sublatam uoluit Marklandus ad Stat. Silu. 1, 4, 84*

secretum meruit. laetetur quisquis Eoos
scribere desierit fastos: portenta Gabinos
ista latent. propriam labem tersisse laborent:
cur ego, quem numquam didici sensiue creatum,
310 gratuler exemptum? delicti paenitet illos:
nos nec credidimus.
fuerit tamen omnibus unum
crimen et ad nostras manauerit usque secures:
plus ideo sumenda tibi fastigia iuris,
ne pereat tam priscus honos, qui portus honorum
315 semper erat. nullo sarciri consule damnum
excepto Stilichone potest. bene praescia tempus
mens tua distulerat: titulo tum crescere posses,
nunc per te titulus. consul succurre grauatis
consulibus, quicumque fuit, quicumque futurus;
320 annum redde tuum, quem mox secura sequatur
posteritas, nec iam doleat defensa uetustas.
sic trabeis ultor Stilicho Brutusque repertor.
libertas populi primo tum consule Bruto
reddita per fasces: hic fascibus expulit ipsis
325 seruitium. instituit sublimem Brutus honorem:
asseruit Stilicho. plus est seruasse repertum
quam quaesisse nouum. quid tardius ore uerendo
adnuis et solitus frontem circumfluit ignis?
tandem uince tuum, uincis qui cuncta, pudorem.
330 hos etiam, quamuis corrumpi munere nullo

306 aeoos *Exc. Flor.* : *corr. Heinsius* : eous *codd.* : Eois *Barthius* || **307** desierit ($\mathbf{F_{17}}$), *cett. mei* : deseruit $\mathbf{A_2B_1J_6}$*ac*$\mathbf{K_6O_2}$ σ : desueuit *uel* desuerit *Heinsius* | latinos **R***gloss.* (libros *subiuncto*), *Heinsius* || **308** tersisse $\mathbf{F_2F_{17}}$*ul*$\mathbf{J_3n_1F_3}$: texisse **LPRW**$_1$**FF**$_{17}$: traxisse $\mathbf{A_2O_3}$: transisse $\mathbf{gP_2}$: rasisse* *Barthii cod.* : rosisse $\mathbf{R_{23}}$ || **309** quem] que $\mathbf{n_1}$: quod $\mathbf{F_{17}}$: non $\mathbf{P_2}$ | sensi didiciue **L** || **310** gratuler $\mathbf{PRF_{17}J_3}$ *sscr*$\mathbf{n_1}$: gratulor $\mathbf{J_3}$, *cett. mei* | exemptum $\mathbf{F_{17}}$*sscr*, *cett. mei* : exemplum $\mathbf{P_2F_{17}n_1P_{11}}$, *Exc. Gyr.* : exceptum $\mathbf{F_{20}}$ || **311** nec nos $\mathbf{P_2LF_2W_1}$: nos non σ || **312** nostras] uersas $\mathbf{P_2PR}$*ac* : duras **R***pc* || **313** *om.* $\mathbf{CF_{20}S_3}$, *alii* (*uide Prolegom.*), *spurium putauit Barthius* | iuris] uirtus **L***pc?* : uitas *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : rerum $\mathbf{J_6}$ || **314** iam $\mathbf{gW_1n_1}$ | honor $\mathbf{W_2}$ || **315** eras *Goodyear* || **316** placet $\mathbf{K_4}$ || **320** redde tuum] redde unum $\mathbf{n_1}$: redde suum *Heinsius* : crede tuum *Burmannus* : restituens *Birt* | quem iam $\mathbf{P_2LPRF_{17}}$ || **322–326** *uerba inter* stilicho *et* plus est *om.* $\mathbf{W_1}$ || **322** sic $\mathbf{n_1}$: sit $\mathbf{F_{17}}$*?*, *cett. mei* || **323** populis $\mathbf{n_1}$ | te $\mathbf{F_2}$ | bruto **g***ac*, *cett. mei* : brute **g***pc*$\mathbf{F_2}$ || **327** uerendo $\mathbf{gF_2}$*ul***R***ul*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$: rubenti $\mathbf{P_2LF_2PRW_1}$ || **328** et solitus $\mathbf{F_{17}}$*pc*, *cett. mei* : insolitus $\mathbf{gFF_{17}}$*ac*$\mathbf{n_1}$: ut solitus *uel* en solitus *Heinsius* | -fluit *cett. mei*, *Exc. Flor.* : -linit ($\mathbf{n_1}$)**q**Γ_1 : -luit *Heinsius* | ignis $\mathbf{P_2F_{17}}$*pc*, *cett. mei* : amnis $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{B_1CJ_7}$*ac*$\mathbf{L_1}$ || **329** uincis qui *cett. mei*, *Exc. Flor.* : qui uincis* $\mathbf{J_3n_1}$: uincis quo **LP** || **330** hos *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : nos $\mathbf{P_2}$: hoc $\mathbf{n_1}$

posse queas, mirare libens ac suscipe cinctus,
quos tibi diuino mecum Tritonia duxit
pectine: tincta simul repetito murice fila
contulimus pensis et eodem neuimus auro,
335 aurea quo Lachesis sub te mihi saecula texit.
hic ego promissam subolem sperataque mundo
pignora praelusi. ueram mox ipse probabis
me uatem nostraeque fidem uenientia telae
fata dabunt.'
dixit gremioque rigentia profert
340 dona, graues auro trabeas. insigne Mineruae
spirat opus. rutilis hic pingitur aula columnis
et sacri Mariae partus. Lucina dolores
solatur; residet fulgente puerpera lecto;
sollicitae iuxta pallescunt gaudia matris.
345 susceptum puerum redimitae tempora Nymphae
auri fonte lauant: teneros de stamine risus
uagitusque audire putes. iam creuerat infans
ore ferens patrem; sed auus maturior aeui
Martia recturo tradit praecepta nepoti.
350 parte alia spumis fucantem Serica frena
sanguineis primae signatus flore iuuentae
Eucherius flectebat equum iaculisque uel arcu
aurea purpureos tollentes cornua ceruos

331 posse queas $\mathbf{gFF_{17}J_3n_1A_2C}$: te certum est* $\mathbf{P_2LF_2PRW_1}$: posse putem *Burmannus* | hos $\mathbf{L_3}$ | cinctus $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : cultus $\mathbf{J_3}$*ac* σ || **332** duxit] uixit *Heinsii Iunianus* : iunxit *Heinsius* || **333** tincta $\mathbf{F_2P}$*pc*$\mathbf{J_3}$*pc* : cuncta **P***ac*$\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* || **335** traxit $\mathbf{L_{11}}$, *Heinsius olim* || **336** hinc $\mathbf{F_{17}}$: his* $\mathbf{n_1q}$, *Heinsius* | prouisam $\mathbf{P_2}$ || **337** ipsa **L**, *Exc. Flor.* | probaris **Z** || **339** rigentia $\mathbf{F_{17}}$*ul, cett. mei* : ingentia $\mathbf{F_{17}}$, *Exc. Flor.* : regalia $\mathbf{n_1q}$ || **340** mineruae **g** (-e *in ras.*) $\mathbf{P_2F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$*?ac?, cett. mei* : mineruam* $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{J_3}$*pc?*$\mathbf{A_2CF_{20}}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **342** partus marie $\mathbf{F_{20}}$ | dolores $\mathbf{gLF_2PRW_1O_3}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : labores* $\mathbf{P_2FF_{17}J_3n_1O_3}$*ul* | partus *cum* dolores *coniungi uoluit Mommsen* || **344** pallebant $\mathbf{K_6L_4}$ | matri *Heinsius* | *post hunc uers. nonnulla excidisse suspicatur Jeep* || **346** leuant $\mathbf{n_1}$ | de $\mathbf{P_2LF_2PRW_1O_3}$, *Iuntina* : in* **g***pc*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1L_1\Gamma_1}$ | stramine $\mathbf{L_1}$ || **348** ore gerens patrem $\mathbf{A_2}$: ore patrem referens *Buecheler* | sed auus $\mathbf{gP_2}$*ul*$\mathbf{F_2}$*sscr*$\mathbf{FF_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3B_1CJ_6J_7}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : stilicho $\mathbf{P_2LF_2PRF_{17}}$*pc*$\mathbf{n_1P_{12}}$: sed stilico $\mathbf{W_1}$ | maturior aeui $\mathbf{P_2LF_2}$*ac*$\mathbf{PRW_1FF_{17}}$*pc*$\mathbf{B_1}$*pc*$\mathbf{K_6L_4}$: maturior aeuo $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{J_3n_1}$: matura uerendo $\mathbf{gP_2}$*ul*$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{B_1}$*ac*$\mathbf{CJ_6}$*ac*$\mathbf{J_7}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **350** fucantem **λ**, *Isengriniana mg* : fugantem **R** : sulcantem **L** : fuscantem **Z** : fumantem $\mathbf{P_2F_2PR}$*ul*$\mathbf{W_1FF_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3}$*pc*$\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* : firmantem **g** (*ut uid.*) : spumantem $\mathbf{J_3}$*ac* : signantem $\mathbf{F_{17}}$*pc* : undantem $\mathbf{A_3}$ σ || **351** sanguineis $\mathbf{P_2LF_2PRW_1F_{17}}$*sscr* : purpureo $\mathbf{gF_2}$*sscr***R***ul*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$ || **352** ui flectit *Birt* | iaculo- $\mathbf{C_1}$ || **353** purpureis *Heinsius olim* : puluereos *Burmannus*

aureus ipse ferit. Venus hic inuecta columbis
355 tertia regali iungit conubia nexu,
pinnatique nurum circumstipantur Amores
progenitam Augustis Augustorumque sororem.
Eucherius timido iam flammea subleuat ore
uirginis; adridet laeto Thermantia fratri.
360 iam domus haec utroque petit diademata sexu
reginasque parit reginarumque maritos.
talibus inuitat donis dextraeque gerendum
diua simul porrexit ebur. sollemnibus urnam
commouet auspiciis auibusque incepta secundat.
365 tunc habiles armis umeros iam uestibus ambit
Romuleis; Latii sederunt pectore cultus
loricaeque locum decuit toga. talis ab Histro
uel Scythico uictor rediens Gradiuus ab axe
deposito mitis clipeo candentibus urbem
370 ingreditur trabeatus equis; speciosa Quirinus
frena regit currumque patris Bellona, cruentam
ditibus exuuiis tendens ad sidera quercum,
praecedit, lictorque Metus cum fratre Pauore
barbara ferratis innectunt colla catenis
375 uelati galeas lauro, propiusque iugales
Formido ingentem uibrat succincta securim.
uidit ut optato se consule Roma potitam,
'nunc' ait 'Elysii lucos inrumpere campi,

354 hic **L** (*in ras.*) $\mathbf{F}_{17}$*ac*, *cett. mei* : hinc $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_{17}$*pc* **λ** : huc $\mathbf{L}_4$ ‖ **355** legali $\mathbf{K}_6\mathbf{O}_3$ *ul* $\mathbf{P}_1\mathbf{P}_{11}$ | iunxit $\mathbf{K}_6\mathbf{L}_4\mathbf{O}_3$*ac*$\mathbf{z}_1$ **σ** ‖ **356–360** *om.* **P** ‖ **356** nurum **F***pc*, *cett. mei* : t(h)orum **g**$\mathbf{W}_1$**F***ac*$\mathbf{F}_{17}$ ‖ **358** timido **R***ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{O}_3\mathbf{P}_1\mathbf{P}_{10}$**q** : nitido **μ** : tepido $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$**RF***?* : trepido* **gL**$\mathbf{F}_{20}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : cupido '*manus docta in ora Vicetin. edit.*' *Burmannus* ‖ **359** laeto] lento $\mathbf{K}_6$: retro $\mathbf{P}_2$**R** ‖ **360–361** *om. add. mg* $\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$, *alii*, *inter* **349** *et* **350** *posuit* $\mathbf{J}_6$*ac* (*uide Prolegom.*) ‖ **360** iam $\mathbf{n}_1\mathbf{P}_{11}$, *Exc. Flor.?* : nam* *cett. mei* | utroque] ab utroque $\mathbf{z}_1$: in utroque $\mathbf{P}_4$ ‖ **362** dextrae- $\mathbf{P}_2$**L**$\mathbf{F}_2$*pc?***PR**$\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$: dextra- **g***?pc***R***ul***F**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor.* | gerendum $\mathbf{P}_2$**PR**$\mathbf{W}_1$ $\mathbf{J}_3$*pc***Z***pc*$\mathbf{\Gamma}_1$*sscr* : regendum **gL**$\mathbf{F}_2$**R***ul***F**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{B}_1$ **σ** : regende $\mathbf{n}_1$: tenendum *Scaliger* : regentum *Birt* ‖ **363** auram *uel* auras *Paul* ‖ **364** commouet] et mouet $\mathbf{L}_1$: tum mouet *Heinsius* ‖ **365** nunc $\mathbf{P}_{11}$ | armis umeros **gLPR** : umeros armis *cett. mei* | iam **R***ac*, *cett. mei* : tam $\mathbf{J}_3$: dea **R***pc*, *mr*, $\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$ ‖ **366** corpore **ϑ** ‖ **367** docuit *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* ‖ **370** speciosa **P***sscr*, *Burmannus*, *Schraderus* : spaciosa **P**$\mathbf{n}_1$: spatiosa *cett. mei* : spumosa *Wakefield* ‖ **371** cruentam **λ**, *Gronouius* : cruentum **g**$\mathbf{P}_2$*ul***L**$\mathbf{F}_2$*pc***F**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : cruentat $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*ac***PR**$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*mg*, *Exc. Gyr.* : cruenta *Buecheler* ‖ **374** colla *cett. mei*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : terga **F**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{W}_2$ ‖ **375** lauris $\mathbf{P}_{11}$*pc* : auro **L** | propius- $\mathbf{F}_2$*pc***R**, *cett. mei* : proprius- **P**$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$: iuxta- **R***gloss.* ‖ **377** potitam **F***?*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : petitam $\mathbf{n}_1$**q**

nunc libet, ut tanti Curiis miracula uoti
380 Fabriciisque feram, famae qui uulnere nuper
calcatam fleuere togam: iam prata choreis
pulsent nec rigidos pudeat lusisse Catones.
audiat hoc senior Brutus Poenisque tremendi
Scipiadae, geminis tandem quod libera damnis
385 unius auxilio fasces Libyamque recepi.
quod superest unum precibus, fortissime consul,
adde meis, urbique tuum largire parumper,
quem rogat, aduentum: quam tu belloque fameque
depulsa terris iterum regnare dedisti.
390 splendida suscipiant alium te rostra Camillum,
ultorem uideant seruatoremque Quirites
et populus quem ductor amas: quibus Africa per te
nec prius auditas Rhodanus iam donat aristas,
ut mihi uel Massyla Ceres uel Gallica prosit
395 fertilitas messesque uehat nunc umidus Auster,
nunc Aquilo, cunctis ditescant horrea uentis.
quae tum Flaminiam stipabunt milia uulgi!
fallax o quotiens puluis deludet amorem
suspensum, ueniens omni dum crederis hora!
400 spectabunt cupidae matres spargentur et omnes
flore uiae, superes cum Pincia culmina consul
arduus, antiqui species Romana senatus.
Pompeiana dabunt quantos proscaenia plausus!

379 conlibet *Goodyear* || **380** uulnera *Heinsius* || **383** audiat **P***pc***R***pc*$\mathbf{n_1}$*pc*, *cett. mei* : audeat $\mathbf{F_2P}$*ac***R***ac***Z***ac* : gaudeat *Heinsius* | brutus senior $\mathbf{A_2B_1}$ | tremendi **R***mr*($\mathbf{n_1}$), *cett. mei* : timendi $\mathbf{F_2}\,\zeta\vartheta$ *ac* || **385** fasces] poenos $\mathbf{gB_1J_6J_7}$*ac*$\mathbf{L_1L_4}$*pc*, *Vicetina*, *Exc. Gyr.* | recepi **R***ac*, *cett. mei* : recepit **R***pc*, *mr*, $\mathbf{W_1n_1P_1}\,\vartheta$ || **386** mitissime σ || **388** bello- $\mathbf{P_2LF_2PRW_1}$, *Iuntina* : bellis- $\mathbf{gFF_{17}J_3n_1P_1P_{10}}$ || **389** depulsa *cett. mei*, *Exc. Flor.?* : depulsam $\mathbf{n_1Z}$ || **390** suscipiant *cett. mei*, *Exc. Flor.* : -ent $\mathbf{P_2}$: -unt **g** || **391** ultorem] auctorem $\mathbf{F_{17}J_3J_7}$*ac*$\mathbf{L_1S_3}$: uictorem $\mathbf{R_4}$: tutorem σ | solatorem- $\mathbf{F_{17}O_3}$ || **392** ames $\mathbf{gF_{17}J_3CJ_6J_7}$*ac*, *Exc. Flor.* | per te **g***pc* $\mathbf{F_2}$*pc*, *cett. mei* : parte **g***ac*$\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{F_3}$: Barce *Heinsius* || **393** adductas *uel* aduectas *Barthius* || **394** seges $\mathbf{F_3}$ || **395** uehat **R**, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : uehant* **g***pc?*$\mathbf{P_2F_2P}$: ferat $\mathbf{FK_6L_4P_1}\,\sigma$: ferant $\mathbf{LW_1J_3n_1}$: sciant! $\mathbf{F_{17}}$ || **396** totis ζ || **397** nunc $\mathbf{LA_2B_1P_{14}}$ || **398** a$\mathbf{F_{17}}$ | puluis $\mathbf{P_2LPRW_1Z}\,\vartheta\lambda$: rumor $\mathbf{gF_2R}$*ul*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1P_1}$, *Exc. Flor.* | deludet **P***sscr*$\mathbf{F_{17}}$*pc*, *cett. mei* : -at $\mathbf{Pn_1}$: -it $\mathbf{A_2O_7Z}\,\mu\sigma$ || **400** matres cupidae $\mathbf{A_2}$ || **401** superes $\mathbf{F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$*?*$\mathbf{F_3}$(λ) : superet* (**L**)$\mathbf{F_{17}}$*ac*, *cett. mei* | pincia **R***ac*, *König* : phicia $\mathbf{P_2PR}$*pc*$\mathbf{W_1}\,\lambda$: phitia *cett. mei* : pythia *Vicetina* : Flauia *Paul* | culmina $\mathbf{P_2F_2PRW_1FF_{17}}$*mg***Z***pc* : lumina **g***ac*$\mathbf{F_{17}}$: limina **g***pc*$\mathbf{LJ_3n_1P_1}\,\lambda$ || **402** *post* arduus *aliquid deesse censet Jeep* | species Romana *locutio nonnullis suspecta et fortasse corrupta* : species germana *König* : specie comitante *Paul* : species renouata *Goodyear*

ad caelum quotiens uallis tibi Murcia ducet
405 nomen Auentino Pallanteoque recussum!
nunc te conspiciam castris permitte relictis,
mox et cum genero trabeis uisura secundis.'
haec dum Roma refert, iam Fama loquacibus alis
peruolat Oceanum, linguis et mille citatos
410 festinare iubet proceres; nullique senectus,
non iter hibernis obstant nec flatibus Alpes.
uincit amor: meriti pridem clarique uetustis
fascibus ad socii properant et uindicis annum.
sic ubi fecunda reparauit morte iuuentam
415 et patrios idem cineres collectaque portat
unguibus ossa piis Nilique ad litora tendens
unicus extremo Phoenix procedit ab Euro,
conueniunt aquilae cunctaeque ex orbe uolucres,
ut Solis mirentur auem; procul ignea lucet
420 ales, odorati redolent cui cinnama busti.
nec minor in caelo chorus est: exultat uterque
Theodosius diuique tui; Sol ipse quadrigis
uere coronatis dignum tibi praeparat annum.
est ignota procul nostraeque inperuia genti,
425 uix adeunda deis, annorum squalida mater,
inmensi spelunca aeui, quae tempora uasto
suppeditat reuòcatque sinu. conplectitur antrum,
omnia qui placido consumit numine, serpens
perpetuumque uiret squamis caudamque reductam
430 ore uorat tacito relegens exordia lapsu.

404 uallis quotiens **F**$_{17}$**O**$_3$ | murcia **R***ac* : marcia **LR***pc***W**$_1$**FF**$_{17}$, *Exc. Flor.* : martia **gP**$_2$**F**$_2$**PJ**$_3$**n**$_1$ | ducet] tollet **A**$_2$**B**$_1$**F**$_3$: dicet *Wakefield* || **405** recussum **P***pc* **R***pc***J**$_3$*pc* : recussu (**F**$_2$*?*)**W**$_1$*sscr*(**F**$_{17}$) : recessu **gP**$_2$**LR***ul***W**$_1$**Fn**$_1$: recussis **F**$_{17}$*ul* || **406** nunc primum aspiciam *Heinsius, uel* nunc primas uideam (*'sed ea longius abeunt', ut ait Burmannus*) || **407** trabeas . . . secundas **J**$_6$*pc* || **408** loquacibus *cett. mei, Exc. Flor.* : procacibus **Z** : uolacibus **F**$_{17}$: sonacibus *Heinsius* | ales* *Heinsius* (*quem si sequamur,* linguis *non cum* mille *sed cum* loquacibus *coniungendum sit, quod mihi frigidum uidetur*) || **410** nulli- **gPRFF**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$: nullis- **P**$_2$**LF**$_2$**P***bis* (*uide ad 23, 17*) **W**$_1$ || **412** meriti pridem **R**(*cum gloss.* e(meriti) *sscr*), *cett. mei* : meritum pridem **L** : meritis pridem *uel* pridem emeriti *Heinsius* || **414** fecundam **B**$_1$**CJ**$_7$**K**$_6$*pc* **P**$_1$**S**$_3$ || **415** portans *Mommsen* || **416** tendens **F**$_2$*ul***W**$_1$**F**$_{17}$**J**$_3$*pc***n**$_1$, *Vicetina, Exc. Gyr.* : tandem **F**$_2$**J**$_3$*ac, cett. mei* || **419** et **L**$_3$ | mirentur **F**$_{17}$*pc***n**$_1$*pc, cett. mei* : mirantur **F**$_{17}$*ac***n**$_1$*ac***L**$_3$**P**$_{11}$ || **420** redolent cui **P***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : redolent et **P**$_2$**RZ** : redolent et cui **P***ac* : redolet quae *Burmannus* || **424** genti *König* : menti *codd.* || **428** quae **W**$_1$**F**$_{17}$**O**$_3$ σ || **429** perpetuis- **A**$_2$ | uirens μ, *Exc. Gyr.* | reductam **F**$_2$*ac***F**$_{17}$*pc, cett. mei* : reducto **gF**$_2$*pc***W**$_1$**J**$_3$: redacto **F**$_{17}$*ac* || **430** morsu Γ_1

uestibuli custos uultu longaeua decoro
ante fores Natura sedet, cunctisque uolantes
dependent membris animae. mansura uerendus
scribit iura senex, numeros qui diuidit astris
435 et cursus stabilesque moras, quibus omnia uiuunt
ac pereunt fixis cum legibus. ille recenset
incertum quid Martis iter certumque Tonantis
prospiciat mundo; quid uelox semita Lunae
pigraque Saturni; quantum Cytherea sereno
440 curriculo Phoebique comes Cyllenius erret.
illius ut magno Sol limine constitit antri,
occurrit Natura parens seniorque superbis
canitiem inclinat radiis. tum sponte reclusus
laxauit postes adamans, penetrale profundum
445 panditur et sedes aeuique arcana patescunt.
his habitant uario faciem distincta metallo
saecula certa locis: illic glomerantur aena,
hic ferrata rigent, illic argentea candent.
eximia regione domus, contingere terris
450 difficiles, stabant rutili, grex aureus, anni.
quorum praecipuum pretioso corpore Titan
signandum Stilichone legit; tunc imperat omnes
pone sequi dictisque simul conpellat euntes:
'en, cui distulimus melioris saecla metalli,
455 consul adest. ite optati mortalibus anni,
ducite uirtutes; hominum florescite rursus
ingeniis, hilares Baccho frugumque feraces.
non inter geminos Anguis glaciale Triones

433 descendunt *Birt* | mansura $\mathbf{F}_{17}$*pc*($\mathbf{J}_3$), *cett. mei* : mansueta $\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{O}_3$*ac* || **434** et *Birt* || **436** et **LZ**λ | tum *uel* ceu *Heinsius* || **437** iter martis $\mathbf{L}_4$ || **438** prospiciat $\mathbf{P}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{n}_1\mathbf{q}$, *Exc. Flor.* : proficiat *cett. mei* : perficiat $\mathbf{C}\mathbf{L}_1\mathbf{L}_{11}\mathbf{W}_2$λ | uelox quid *Birt* || **440** erret **g**?*pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : haeret $\mathbf{n}_1$ || **441** magno sol limine $\mathbf{P}_2\mathbf{L}(\mathbf{F}_2)\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{W}_1\mathbf{P}_{12}$: phebus ad limen $\mathbf{g}\mathbf{F}_2$*sscr*$\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: magnus Sol limine *Burmannus* || **442** accurrit $\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{F}_{20}\mathbf{S}_3$ | parens $\mathbf{A}_2\mathbf{O}_7\mathbf{P}_{10}$: potens **R***pc*, *cett. mei* : duce **R***ac* || **443** cum $\mathbf{F}_{17}\mathbf{C}\mathbf{O}_3$ | reclusus $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{W}_1$: -os $\mathbf{g}\mathbf{F}_2$*pc***R***ul*$\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: -as $\mathbf{F}_{17}$ || **445** antrique **P***pc* || **446** his *Scaliger* : hic *cett. mei* : hinc $\mathbf{R}\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* | faciem **gLR***ac***Z**λ : facies **R***pc*. *cett. mei* || **447** *om. add. mg* **g** | illinc $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$: illis *Heinsius* || **448** hic . . . illic *cett. mei*, *Exc. Flor.* : hinc . . . illinc $\mathbf{P}_2\mathbf{n}_1$: his . . . illis *Heinsius* || **449** extrema *Schraderus* || **450** difficiles $\mathbf{F}_{20}$: difficilis *omnes mei* : difficili $\mathbf{P}_1\mathbf{Z}$*ac* | stabant rutili $\mathbf{W}_1\Gamma_1$? ϑ*ac*, *Scaliger*, *Geuartius* : rutili stabant $\mathbf{J}_6$*ac* : stabat rutili $\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}(\mathbf{J}_3)\mathbf{n}_1\mathbf{C}_1\mathbf{L}_1$: rutili stabat $\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}$, *Exc. Flor.* : splendent rutili *Escor. Q. I. 14* || **451** stamine $\mathbf{L}_4$ || **454** en cui **gR***ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : en quem $\mathbf{F}_2$*ul* : in quem $(\mathbf{P}_2)\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{Z}$λ || **455** *om. add. mg* **F** | ite] uos $\mathbf{K}_4$ || **457** bacchi $\mathbf{K}_8$*ma*

sibilet, inmodico nec frigore saeuiat Vrsa,
460 non toruo fremat igne Leo, nec bracchia Cancri
urat atrox aestas, madidae nec prodigus urnae
semina praerupto dissoluat Aquarius imbre.
Phrixeus roseo producat fertile cornu
uer Aries, pingues nec grandine tundat oliuas
465 Scorpios; autumni maturet germina Virgo,
lenior et grauidis adlatret Sirius uuis.'
sic fatus croceis rorantes ignibus hortos
ingreditur uallemque suam, quam flammeus ambit
riuus et inriguis largum iubar ingerit herbis,
470 quas Solis pascuntur equi; flagrantibus inde
caesariem sertis et lutea lora iubasque
subligat alipedum. gelidas hinc Lucifer ornat,
hinc Aurora comas, iuxtaque alludit habenis
aureus et nomen praetendit consulis annus;
475 inque nouos iterum reuoluto cardine cursus
scribunt aethereis Stilichonem sidera fastis.

459 non $\mathbf{O_2 \Gamma_1}$ || **460** non $\mathbf{gF_2PRW_1J_3}$: nec $\mathbf{P_2LFF_{17}n_1}$ | toruo $\mathbf{gF_2R}$*ul* $\mathbf{W_1F}$ $\mathbf{F_{17}J_3n_1O_3q}$: torto *Exc. Gyr.* : toto* $\mathbf{P_2LPRZ}\,\lambda$, *Exc. Flor.* : tosto *Heinsius olim* | ore* $\mathbf{P_2}$ || **461** aestas *cett. mei, Exc. Flor.* : aetas $\mathbf{n_1}$ || **462** praerupto ($\mathbf{n_1}$), *cett. mei* : prorupto* $\mathbf{A_2}$*ac?pc?*, *Heinsius* : praecipiti **R***sscr* : prerupit*?* $\mathbf{W_1}$ || **463** perducat $\mathbf{S_3}$ || **464** haristas ζ || **465** germina ($\mathbf{n_1}$), *cett. mei* : gramina $\mathbf{P_2W_1F_{17}}$ || **467** rorantes] halantes *uel* rutilantes *uel* redolentes *Heinsius* : radiantes *Schraderus* | ignibus $\mathbf{F_{17}}$*pc*, *cett. mei* : finibus $\mathbf{gF_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3}$: floribus $\mathbf{J_6}$*pc*$\mathbf{\Gamma_1}$: crinibus $\mathbf{F_{14}}$ | (h)ortos $\mathbf{gLF_2}$*pc*$\mathbf{W_1}$ $\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$: ortus $\mathbf{P_2F_2}$*ac***PR** || **469** latum **g** || **470** flagrantibus $\mathbf{RJ_3}$*pc*($\mathbf{n_1}$), *cett. mei* : fragrantibus **R***ul* : flaglantibus $\mathbf{PJ_3}$*ac* || **471** lutea $\mathbf{J_3}$*pc*, *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : lactea $\mathbf{gPJ_3}$*ac* : lethea $\mathbf{W_1}$: laurea $\mathbf{C_1P_{10}}$*ac* | colla $\mathbf{F_{17}O_3}$ || **473** alludit $\mathbf{J_3}$*sscr*, *cett. mei* : illudit $\mathbf{F_{17}O_3}$*ac* : adridet* $\mathbf{gFJ_3J_7}$ | habenas $\mathbf{R_{31}}$: harenis ζ

23

DE CONSVLATV STILICHONIS

LIBRI TERTII PRAEFATIO

Maior Scipiades, Italis qui solus ab oris
in proprium uertit Punica bella caput,
non sine Pieriis exercuit artibus arma:
semper erat uatum maxima cura duci.
5 gaudet enim uirtus testes sibi iungere Musas;
carmen amat quisquis carmine digna gerit.
ergo seu patriis primaeuus manibus ultor
subderet Hispanum legibus Oceanum,
seu Tyrias certa fracturus cuspide uires
10 inferret Libyco signa tremenda mari,
haerebat doctus lateri castrisque solebat
omnibus in medias Ennius ire tubas.
illi post lituos pedites fauere canenti
laudauitque noua caede cruentus eques.
15 cumque triumpharet gemina Karthagine uicta
(hanc uindex patris uicerat, hanc patriae),
cum longi Libyam tandem post funera belli
ante suas maestam cogeret ire rotas,
aduexit reduces secum Victoria Musas
20 et sertum uati Martia laurus erat.

23 1–24 **g**$\mathbf{P_2}$, **L**, $\mathbf{F_2}$**P**, **R**, $\mathbf{W_1}$, **F**$\mathbf{F_{17}J_3n_1}$

codicum inscriptiones: prologus libri decimi **g** : liber secundus explicit. incipit tertius **R** : prefatio in librum sextum $\mathbf{W_1}$: prefatio in tertium librum de laude stiliconis $\mathbf{F_{17}}$: prefatio in tertium librum de laudibus stiliconis $\mathbf{J_3}$*ma* : de consulatu stiliconis liber II explicit incipit liber III praefatio *Exc. Flor.*

23 1 solus **g***pc, cett. mei* : solis **g***ac*$\mathbf{n_1}$: ductus *Isengriniana mg* : ductor *Heinsius* || 3 non $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : nec $\mathbf{F_{17}}$*ac* || 5 testes sibi **g***pc?*$\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : sibi testes $\mathbf{P_2}$: testes sub- $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$ || 6 facit $\mathbf{P_2O_2}$ || 7 patriis **g***pc***LRW**$_1$$\mathbf{J_3}$*pc?* : patris **g***ac*$\mathbf{P_2F_2}$**PF**$\mathbf{F_{17}J_3}$*?ac*$\mathbf{n_1}$ || 10 timenda $\mathbf{O_7}$ || 12 omnibus] comminus *uel* horridus *Burmannus* || 13 illi **R***pc, cett. mei* : illic **R***ac* | siluere $\mathbf{A_2}$ || 14 laudauit- $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : laudabat- **g**$\mathbf{F_{17}J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$ | clade $\mathbf{J_3}$*pc* || 15 uictor $\mathbf{P_{13}}$, *Cuiacii uetus* || 16 patris **gLR***ul*$\mathbf{W_1}$**F**$\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$*?* : patri $\mathbf{P_2F_2}$**PR**$\mathbf{F_{17}J_3}$*pc* || 17 et *Goodyear* | tempora **g** | *post hunc uers. 22, 387–411 iterati sunt in* **P** || 19 adduxit **F**$\mathbf{F_{20}}$*ac* | secum reduces **σ**

noster Scipiades Stilicho, quo concidit alter
  Hannibal antiquo saeuior Hannibale,
te mihi post quinos annorum, Roma, recursus
  reddidit et uotis iussit adesse suis.

24

DE CONSVLATV STILICHONIS

LIBER TERTIVS

Quem populi plausu, procerum quem uoce petebas,
aspice, Roma, uirum. iam tempora desine longae
dinumerare uiae uisoque adsurgere semper
puluere: non dubiis ultra torquebere uotis.
5 totus adest oculis, aderat qui mentibus olim,
spe maior, fama melior. uenerare curulem,
quae tibi restituit fasces; conplectere dextram,
sub iuga quae Poenos iterum Romana redegit;
excipe magnanimum pectus, quo frena reguntur
10 imperii, cuius libratur sensibus orbis.
os sacrum, quod in aere colis, miraris in auro,
cerne libens: hic est pro te bellator ubique,
defensor Libyae, Rheni calcator et Histri.
  ostentare suos prisco si more labores
15 et gentes cuperet uulgo monstrare subactas,

24 1–369 **g**$\mathbf{P}_2$, **L**, $\mathbf{F}_2$**P**, **R**, $\mathbf{W}_1$, **F**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$

23 21 quo $\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* : qui $\mathbf{F}_{17}$*ac* : cui *Heinsius* || 23 me tibi *Wakefield* | quinos $\mathbf{P}_{10}$*pc*, *Scaliger* : quintos *omnes mei*

codicum inscriptiones: in laudes stil. pan. III **P***mr* : incipit liber sextus. de consulatu stiliconis liber tertius $\mathbf{W}_1$: claudiani panegyris alia in laudes stiliconis ϑ : liber tertius de laudibus stiliconis $\mathbf{L}_3$: incipit liber de aduentu stiliconis in urbem $\mathbf{J}_6$

24 1 procerum **R**, *cett. mei* : placida **R***ul* || 2 desine tempora $\mathbf{P}_{10}$ || 3 annumerare $\mathbf{L}_3$ | morae $\mathbf{K}_6$ || 4 nec ϑ || 6 curules $\mathbf{P}_2$*pc?* || 7 amplectere $\mathbf{W}_1$ ϑ *ul* || 8 redegit $\mathbf{F}_2$, *cett. mei* : coegit $\mathbf{P}_2$: subegit $\mathbf{F}_2$*sscr*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{F}_{20}$: reduxit $\mathbf{J}_6$ || 11 sacrum **P***ac*, *cett. mei* : sanctum **P***pc* || 12 pro te **gL**$\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: felix* $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$**PR**$\mathbf{P}_{13}$, *Iuntina* | bellator] pugnator **g**$\mathbf{K}_6$: qui pugnat Γ_1 : qui bellat *Heinsius* || 13 calcator **gF**$\mathbf{F}_{17}$ $\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{A}_2\mathbf{C}_1$: pacator* $\mathbf{P}_2$**L**$\mathbf{F}_2$**PR**$\mathbf{W}_1$ | hebri (histri *sscr*) $\mathbf{W}_1$

certassent utroque pares a cardine laurus:
haec Alamannorum spoliis, Australibus illa
ditior exuuiis; illinc flauente Sygambri
caesarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.
20 ipse albis ueheretur equis currumque secutus
laurigerum festo fremuisset carmine miles.
hi famulos traherent reges; hi facta metallo
oppida uel montes captiuaque flumina ferrent.
hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes;
25 inde catenato gemeret Germania Rheno.
sed non inmodicus proprii iactator honoris
consul, Roma, tuus. non illum praemia tantum
quam labor ipse iuuat; strepitus fastidit inanes
inque animis hominum pompa meliore triumphat.
30 non alium certe Romanae clarius arces
suscepere ducem, nec cum cedente rediret
Fabricius Pyrrho nec cum Capitolia curru
Pellaeae domitor Paulus conscenderet aulae.
nec similis Latias patefecit gloria portas
35 post Numidas Mario, post classica Martis Eoi
Pompeio. nulli pars aemula defuit umquam
quae grauis obstreperet laudi, stimulisque malignis
facta sequebatur quamuis ingentia liuor.
solus hic inuidiae fines uirtute reliquit
40 humanumque modum. quis enim liuescere possit
quod numquam pereant stellae, quod Iuppiter altum
possideat caelum, quod nouerit omnia Phoebus?
est aliquod meriti spatium quod nulla furentis
inuidiae mensura capit. ductoribus illis
45 praeterea diuersus erat fauor: aequior ille
patribus, inuisus plebi; popularibus illi
munito studiis languebat gratia patrum.

16 certassent $\mathbf{P_2LF_2PRW_1}$: certarent $\mathbf{gFF_{17}J_3n_1}$ || **20** ille **P** || **22** traherent famulos $\mathbf{F_{20}}$ | facta] fracta σ : ficta *Heinsius* | metallo $\mathbf{P_2LF_2PRW_1}$: metallis **g***?*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$ || **24** lugerent **g***pc?***P***ul, cett. mei* : lucerent $\mathbf{PP_{11}}$, *Exc. Flor.* || **28** iuuat . . . labor $\mathbf{F_{20}}$ | ipse] iste **Z**, *Bodl. Add. A. 208* : ille μ || **30** laetius *Goodyear* || **33** contenderet $\mathbf{p^2}$ || **34** non $\mathbf{n_1q}$ || **37** quin **g** | laudi *cett. mei, Exc. Flor.* : laudes $\mathbf{gB_1CJ_6J_7}$ || **39** relinquit $\mathbf{F_{20}J_6K_6L_{11}}$ σ || **41** pereant stellae *cett. mei, Exc. Flor.* : st. pereant **L** : pereunt st. $\mathbf{gF_{17}n_1}$*?*$\mathbf{O_3}$*ac*$\mathbf{P_1}$ | iugiter *Heinsius* | altum **g***pc* $\mathbf{P_2LRW_1FP_1Z}$ ϑ : olim $\mathbf{F_2PF_{17}J_3n_1O_3}$ || **42** possideant *Heinsius* || **43** aliquod $\mathbf{gP_2LP}$*pc*$\mathbf{RFJ_3}$: aliquid $\mathbf{F_2W_1n_1}$: $\mathbf{F_{17}}$ *incert.* | meritis *Heinsius* || **44** illis] olim *Flor. Gall.* || **45** diuersus *cett. mei, Exc. Flor.* : diuisus $\mathbf{n_1}$*pc***q** | auctior *Birt*

omnis in hoc uno uariis discordia cessit
ordinibus: laetatur eques plauditque senator
50 uotaque patricio certant plebeia fauori.
o felix, seruata uocat quem Roma parentem!
o mundi communis amor, cui militat omnis
Gallia, quem regum thalamis Hispania nectit,
cuius et aduentum crebris petiere Quirites
55 uocibus et genero meruit praestante senatus!
non sic uirginibus flores, non frugibus imbres,
prospera non fessis optantur flamina nautis
ut tuus aspectus populo. quae numine tanto
litora fatidicas attollunt Delia laurus,
60 uenturi quotiens adfulsit Apollinis arcus?
quae sic aurifero Pactoli fonte tumescit
Lydia, cum domitis apparuit Euhius Indis?
nonne uides et plebe uias et tecta latere
matribus? his, Stilicho, cunctis inopina reluxit
65 te uictore salus. septem circumspice montes,
qui solis radios auri fulgore lacessunt,
indutosque arcus spoliis aequataque templa
nubibus et quidquid tanti struxere triumphi.
quantae profueris, quantam seruaueris urbem,
70 attonitis metire oculis. haec fabula certe
cuncta forent, si Poenus adhuc incumberet Austro.
mos erat in ueterum castris, ut tempora quercu
uelaret, ualidis fuso qui uiribus hoste
casurum potuit morti subducere ciuem.
75 at tibi quae poterit pro tantis ciuica reddi

49 senatus $\mathbf{J_7K_6}$ || **50** fauore $\mathbf{gP_2W_1FF_{17}}$ | *uers. sic refecit* $\mathbf{A_2}$: uotaque patricios iterant (*?*) plebea canores || **51** quem roma uocat seruata $\mathbf{F_{17}A_2B_1F_3O_3}$*ac*$\zeta$ || **55** genero meruit **R***mr, cett. mei, Exc. Flor.* : meruit genero $\mathbf{W_1(n_1)L_1z_1}$ ϑ | praestante **R***mr, cett. mei* : patrante $\mathbf{FK_6}$: patiente *Delrii cod.* || **56** arboribus *Burmannus* || **57** nec $\mathbf{F_{17}A_2}$*?* | fessis $\mathbf{P_2LF_2PR}$, *Iuntina* : lassis $\mathbf{gW_1FJ_3}$*pc*$\mathbf{n_1}$: lapsis $\mathbf{F_{17}(J_3}$*ac*) || **58** populis $\mathbf{F_3}$ | quae $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : quo **R***mr*$\mathbf{J_3}$*ac* : quem $\mathbf{gP_2}$: cui $\mathbf{P_2}$*ul* || **59** laurus (-os) *omnes mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : uoces $\mathbf{J_7}$*pc* : sortes *Heinsius* || **60** adfulsit $\mathbf{gP_2}$*pc*$\mathbf{W_1FF_{17}J_3n_1C}$: adfulget $\mathbf{F_2PRP_{10}}$*ul* : effulsit $\mathbf{A_2}$: effulget **L** λ || **61** quae $\mathbf{J_3}$*ul, cett. mei* : quo $\mathbf{F_{17}}$: non **g***pc*$\mathbf{J_3L_4}$ || **64** his $\mathbf{P_2}$, *cett. mei* : hic* $\mathbf{n_1}$, *Vicetina* : ut* $\mathbf{gP_2}$*ul*$\mathbf{CF_{20}}$, *Exc. Flor.* : in $\mathbf{F_2}$*ac* : o $\mathbf{F_2}$*pc, Camers* | relucet $\mathbf{F_{20}}$: refulsit $\mathit{\Gamma}_1$ || **66** splendore $\mathbf{(n_1)q}$ || **67** indutos- **g***pc*$\mathbf{F_2RFJ_3O_3}$: inductos- **g***ac, cett. mei* || **68** tanti quicquid $\mathbf{P_{14}}$ || **69** quantae *Heinsius* : quantam $\mathbf{C_1}$: quantum *omnes mei* || **71** p(o)enus $\mathbf{F_2}$*pc, cett. mei* : rhenus $\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{W_1}$, *Exc. Flor.* || **73** qui fuso $\mathbf{A_2}$ || **74** morti potuit $\mathbf{P_2F_{17}O_3}$*ac*

moenibus? aut quantae pensabunt facta coronae?
nec solam populi uitam debere fatetur
armis Roma tuis; sed, quo iucundior esset
lucis honoratae fructus, uenerabile famae
80 pondus et amissas uires et regna recepit.
iam non praetumidi supplex Orientis ademptam
legatis poscit Libyam famulosue precatur
(dictu turpe) suos, sed robore freta Gabino
te duce Romana tandem se uindicat ira.
85 ipsa iubet signis bellaturoque togatus
imperat: expectant aquilae decreta senatus.
ipsa tibi trabeas ultro dedit, ipsa curulem
obtulit ultori fastosque ornare coegit.
nil perdit decoris prisci nec libera quaerit
90 saecula, cum donet fasces, cum proelia mandet
seque etiam creuisse uidet. quis Gallica rura,
quis meminit Latio Senonum seruisse ligones?
aut quibus exemplis fecunda Thybris ab Arcto
uexit Lingonico sudatas uomere messes?
95 illa seges non auxilium modo praebuit urbi,
sed fuit indicio, quantum tibi, Roma, liceret:
admonuit dominae gentes instarque tropaei
rettulit ignotum gelidis uectigal ab oris.
hoc quoque maiestas augescit plena Quirini,
100 rectores Libyae populo quod iudice pallent
et post emeritas moderator quisque secures
discrimen letale subit: quid Poenus arator
intulerit, madidus quantum transmiserit Auster.
ardua qui late terris responsa dedere,

76 pensent tua *Heinsius* | facta $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : fata $\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{O}_3$: acta *Birt* || **77** nec] non $\mathbf{n}_1\mathbf{P}_{10}\mathbf{q}$: hic **g** | solam $\mathbf{J}_3$*ac, cett. mei* : -um $\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$*pc* || **78** extet *Heinsius* || **80** et[1]] ut *Barthius* | auulsas $\mathbf{P}_{14}$ | urbes ϑ || **81** *om. add. mg* $\mathbf{J}_3$ || **82** famulosque $\mathbf{J}_3\mathbf{A}_2\mathbf{F}_{20}\mathbf{K}_6\mathbf{L}_4$ || **83** freta] fulta $\mathbf{F}\mathbf{J}_3\mathbf{K}_6\mathbf{L}_4$: firma $\mathbf{F}_{20}$ || **85** bella-turo- **g***pc, cett. mei* : bellaturis- $\mathbf{W}_2$: bellatori- $\mathbf{P}_{14}$: belator- $\mathbf{n}_1$ || **86** et spectant *Vicetina* || **88** ultori **L** (*in ras.*) $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : haec ultro $\mathbf{g}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_3$ | fastosque $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}_{20}$*ul***Z** : fastos $\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$: fascesque $\mathbf{P}_2$*ul***L** : fasces $\mathbf{g}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$ || **90** cum . . . cum *omnes mei, Exc. Flor.* : cui . . . cui *Exc. Flor. ul* || **91** seque] sepe $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$: sese $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{O}_2$*ul* : nunc $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{n}_1$ | rura] iura $\mathbf{P}_2$: rutra *Heinsius* || **92** inseruisse $\mathbf{A}_2$: ser-uire $\mathbf{K}_6\mathbf{L}_4$ || **93** ab alto $\mathbf{W}_1\mathbf{F}$ || **94** sulcatas *Wakefield* | terras **g** || **95** praebuit] pertulit $\mathbf{p}_2$: praestitit $\mathbf{L}_3$ || **97** triumphi $\mathbf{A}_2$ || **98** detulit $\mathbf{P}_{11}$ || **99** hoc **R***mr, cett. mei* : haec $\mathbf{g}\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{O}_3$: hic $\mathbf{P}_2$ | quirini **R***mr, cett. mei* : quiritu *?* $\mathbf{L}_1$: Quiriti *Heinsius* || **100** libyae pop. *Exc. Flor.?, Iuntina, Exc. Gyr.* : libyci pop.* *omnes mei* : pop. li-bici $\mathbf{P}_{14}$ || **102** mortale $\mathbf{P}_{10}$*ac* | quid *cett. mei, Exc. Flor.* : quod $\mathbf{L}\mathbf{n}_1$ || **104** terris] populo $\mathbf{K}_4$

105 hic trepidant humiles; tremuit quos Africa nuper,
cernunt rostra reos. cani uirtutibus aeui
materiem pandit Stilicho populumque uetusti
culminis inmemorem dominandi rursus in usum
excitat, ut magnos calcet metuendus honores,
110 pendat iustitia crimen, pietate remittat
errorem purosque probet damnetque nocentes
et patrias iterum clemens exerceat artes.
  fallitur egregio si quis sub principe credit
seruitium. numquam libertas gratior extat
115 quam sub rege pio. quos praeficit ipse regendis
rebus, ad arbitrium plebis patrumque reducit
conceditque libens, meritis seu praemia poscant
seu punire uelint. posito iam purpura fastu
de se iudicium non indignatur haberi.
120 sic docuit regnare socer, sic casta iuuentae
frena dedit, teneros his moribus imbuit annos,
uerior Augusti genitor, fiducia belli,
pacis consilium, per quem squalore remoto
pristina Romuleis iam floruit artibus aetas,
125 per quem fracta diu translataque paene potestas
non oblita sui seruilibus exulat aruis,
in proprium sed ducta larem uictricia reddit
fata solo fruiturque iterum, quibus haeserat olim,
auspiciis capitique errantia membra reponit.
130   proxime dis consul, tantae qui prospicis urbi,
qua nihil in terris conplectitur altius aether,
cuius nec spatium uisus nec corda decorem
nec laudem uox ulla capit, quae luce metalli

105 hic $\mathbf{RFJ_3}$*pc*$\mathbf{Z}$: hinc $\mathbf{P_2F_2PW_1F_{17}n_1}$: hii $\mathbf{gLJ_3}$*ac* : nunc* $\mathbf{P}$*ul* | tremuit $\mathbf{gF_2}$*?pc, sscr,* $\mathbf{FF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3n_1}$: tenuit $\mathbf{F_{17}}$*ac* : timuit $\mathbf{P_2LPRW_1}$ || **106** cani] docti $\mathbf{J_6}$*sscr* || **110** pandat $\mathbf{P_2}$ || **112** *om.* $\mathbf{P_2F_2}$ (*add. mg*) || **113** si quis $\mathbf{n_1q}$: quisquis *cett. mei* || **114** nusquam *Burmannus* || **117** poscat $\mathbf{W_1K_6}$: poscunt *Vicetina* || **118** uelit $\mathbf{K_6}$ || **119** dedignatur $\mathbf{P_2F_{17}}$ || **120** regnare socer ($\mathbf{n_1}$), *cett. mei* : regni socer et $\mathbf{C_1J_6J_7}$*ac*$\mathbf{S_3}$, *Exc. Flor.* | casta] cauta* *Exc. Flor.* : tanta $\mathbf{P_{13}}$: acta $\mathbf{A_2}$: arta $\mathbf{B_1}$ *ac*$\mathbf{J_6Z}$*pc* : apta $\mathbf{C}$*pc*$\mathbf{P_4}\boldsymbol{\Gamma_1}$*pc, Flor. Gall.* || **121** his $\mathbf{gW_1FF_{17}J_3n_1}$: sic $\mathbf{P_2LF_2PR}$ | imbuit $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : induit $\mathbf{gW_1J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* : instruit $\mathbf{L_3}$ || **124** iam floruit *Heinsius* : infloruit *codd.* : en floruit *Heinsius* : effloruit *uel* refloruit *Burmannus* : inclaruit *Wakefield* | arcibus $\mathbf{K_4}$ || **125** *om. add. mg* $\mathbf{F_{17}J_3}$ || **126** exulat aruis (*nouam Romam significat poeta, quam rexerat seruus Eutropius*)] exulat armis $\mathbf{FA_2}$ $\mathbf{P_{14}Z}\,\boldsymbol{\vartheta}$ *ac* : exul ab aruis *Paul* || **127** in primum $\mathbf{P_2}$ | sed ducta $\mathbf{K_4}$, *Exc. Flor.?* : seducta *omnes mei* || **128** arx erat *Goodyear* || **129** reliquit $\mathbf{F_3}$ || **131** nil $\mathbf{F_{17}L_{11}}$ || **132** non . . . nec $\mathbf{O_3Z}$ || **133** laudis $\mathbf{O_7}$

aemula uicinis fastigia conserit astris,
135 quae septem scopulis zonas imitatur Olympi,
armorum legumque parens, quae fundit in omnes
imperium primique dedit cunabula iuris,
haec est exiguis quae finibus orta tetendit
in geminos axes paruaque a sede profecta
140 dispersit cum sole manus. haec obuia fatis
innumeras uno gereret cum tempore pugnas,
Hispanas caperet, Siculas obsideret urbes
et Gallum terris prosterneret, aequore Poenum,
numquam succubuit damnis et territa nullo
145 uulnere post Cannas maior Trebiamque fremebat,
et, cum iam premerent flammae murumque feriret
hostis, in extremos aciem mittebat Hiberos,
nec stetit Oceano remisque ingressa profundum
uincendos alio quaesiuit in orbe Britannos.
150 haec est in gremium uictos quae sola recepit
humanumque genus communi nomine fouit,
matris, non dominae ritu, ciuesque uocauit
quos domuit nexuque pio longinqua reuinxit.
huius pacificis debemus moribus omnes
155 quod ueluti patriis regionibus utitur hospes,
quod sedem mutare licet, quod cernere Thylen
lusus et horrendos quondam penetrare recessus,
quod bibimus passim Rhodanum, potamus Oronten,
quod cuncti gens una sumus. nec terminus umquam
160 Romanae dicionis erit. nam cetera regna
luxuries uitiis odiisque superbia uertit:

135 et $\mathbf{J}_{7}$*ac* || **136** potens $\mathbf{R}_{4}$ | fundit $\mathbf{F}_{2}$*pc, cett. mei* : fudit $\mathbf{J}_{3}$ || **138** tetendit *cett. mei, Exc. Flor.* : retendit*?* **F** : recedit $\mathbf{B}_{1}$*ul*$\mathbf{W}_{2}$ || **139** in] ad $\mathbf{K}_{4}$ | (profecta $\mathbf{F}_{17}$*? ac, cett. mei* : profectas* $\mathbf{L}\mathbf{W}_{1}\mathbf{F}_{17}$*pc?*$\mathbf{C}\mathbf{J}_{7}\mathbf{L}_{4}\mathbf{S}_{3}$, *Exc. Flor.* : **g** *incert.* || **140** dispersit] expandit *Escor. Q. I. 14* : dispescit *Scaliger* (*teste Heinsio*) | fatis $\mathbf{g}\mathbf{L}\mathbf{F}_{2}\mathbf{R}$*mr*$\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_{3}\mathbf{n}_{1}$, *Exc. Flor.* : uotis $\mathbf{P}_{2}\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{W}_{1}\mathbf{F}_{17}$*mg*$\mathbf{F}_{20}$*ul* || **142** obsideret ($\mathbf{P}_{2}$), *cett. mei* : submitteret $\mathbf{n}_{1}$: subuerteret *Abrinc. 135* || **146** premerent $\mathbf{g}\mathbf{L}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_{3}\mathbf{n}_{1}$: premeret (flammis) $\mathbf{A}_{2}$: fremerent (-et $\mathbf{W}_{1}$) $\mathbf{P}_{2}\mathbf{F}_{2}\mathbf{P}\mathbf{R}$ | feriret (-ent **R**) $\mathbf{P}_{2}\mathbf{L}\mathbf{F}_{2}\mathbf{P}\mathbf{W}_{1}$, *Iuntina* : teneret $\mathbf{g}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_{3}\mathbf{n}_{1}$ || **147** ad **F** | acies $\boldsymbol{\mu}$ | mutabat $\mathbf{J}_{7}\mathbf{z}_{1}$ || **148** remis (*om.* -que) $\mathbf{F}_{2}$ || **149** praesciuit $\mathbf{L}_{4}$ || **150** gremio $\mathbf{F}_{20}$ | (quae uictos **Z** || **152** dominae $\mathbf{P}_{2}$*pc, cett. mei* : domino $\mathbf{P}_{2}$*ac*$\mathbf{P}$: domini $\mathbf{L}_{3}$ || **153** suo *Heinsii Iunianus* || **154** cuius $\boldsymbol{\lambda}$ || **155** patriis $\mathbf{P}_{2}$*pc, cett. mei* : patris $\mathbf{P}_{2}$*ac* : propriis *Oxon. Exon. 23* || **157** lusus $\mathbf{R}\mathbf{W}_{1}$ $\boldsymbol{\vartheta}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : rursus *cett. mei* : ludus *Birt* | hostiles $\mathbf{K}_{6}\mathbf{L}_{4}$ | penetrare ($\mathbf{n}_{1}$), *cett. mei* : terebrare $\boldsymbol{\vartheta}$*ac* : tenebrosa $\mathbf{W}_{1}$ || **158** passim **g** (*ante* bibimus *sscr*) $\mathbf{J}_{3}$*pc, cett. mei* : phasim $\mathbf{J}_{3}$*ac*$\mathbf{A}_{2}$: rodanum (*ante* passim) $\mathbf{F}_{17}$

sic male sublimes fregit Spartanus Athenas
atque idem Thebis cecidit; sic Medus ademit
Assyrio Medoque tulit moderamina Perses;
165 subiecit Persen Macedo, cessurus et ipse
Romanis. haec auguriis firmata Sibyllae,
haec sacris animata Numae; huic fulmina uibrat
Iuppiter; hanc tota Tritonia Gorgone uelat;
arcanas huc Vesta faces, huc orgia secum
170 transtulit et Phrygios genetrix turrita leones;
huc defensurus morbos Epidaurius ultro
reptauit placido tractu uectumque per undas
insula Paeonium texit Tiberina draconem;
hanc tu cum superis, Stilicho praeclare, tueris,
175 protegis hanc clipeo, patriam regumque ducumque
praecipueque tuam; dedit haec exordia lucis
Eucherio puerumque ferens hic regia mater
Augusto monstrauit auo: laetatus at ille
sustulit in Tyria reptantem ueste nepotem,
180 Romaque uenturi gaudebat praescia fati,
quod te iam tanto meruisset pignore ciuem.
nec tamen ingratum nec qui benefacta referre
nesciat, hunc credas populum. si uoluere priscos
annales libeat, quotiens hic proelia sumpsit
185 pro sociis, quotiens dono concessit amicis
regibus Ausonio quaesitas sanguine terras!
publica sed numquam tanto se gratia fudit
adsensu: quis enim princeps non omnibus egit
obsequiis dominum sese patremque uocari,

162 sublimes **L***pc, cett. mei* : sublimis **gL***ac***F**$_{17}$, *Exc. Flor.* || **163** cecidit thebis **L** || **165** persen macedo $\mathbf{gW_1FF_{17}J_3n_1}$: macedo persen $\mathbf{P_2LF_2PR}$ || **167** hec animata nume sacris **F** | huic $\mathbf{K_8O_2}$?$\mathbf{P_{13}}$: hinc* *cett. mei* : hic $\mathbf{O_3}$: cum **L** (*in ras.*) $\mathbf{J_3}$ | librat* $\mathbf{FJ_3K_6L_4}$ || **168** hinc $\mathbf{P_2O_2O_3}$*pc* | uallat *Heinsius* || **169** arcanos . . . focos *Heinsius olim* | bacchus $\mathbf{n_1q}$, *Exc. Flor.?*, *Exc. Gyr.* || **171** defensurus $\mathbf{gFF_{17}n_1}$*ul*$\mathbf{CF_{20}}$, *Exc. Flor.* : depresurus $\mathbf{n_1}$: depulsurus $\mathbf{F_{17}}$*ul*, *cett. mei* | ultro $\mathbf{P_2LF_2PR}\,\vartheta$ *ul* : hospes $\mathbf{gW_1FF_{17}J_3n_1}$ || **172** tacito $\mathbf{F_3}$ || **173** texit **g***ac*$\mathbf{P_2LF_2PRW_1}$, *Exc. Flor.* : traxit **g***pc*$\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$ || **175** patriam *omnes mei, Exc. Flor.?* : matrem ϑ *ul* || **176** primordia $\mathbf{J_3K_6L_4}$ || **177** gerens $\mathbf{FC_1L_3P_1}$ | hic $\mathbf{W_1FF_{17}J_3n_1O_3}$: hinc $\mathbf{P_2LF_2PR}\,\lambda$: hunc **gP***sscr***R***sscr***Z** || **181** quae te $\mathbf{F_{20}}$ | tanto *cett. mei, Exc. Flor.* : toto $\mathbf{W_1}$ || **182** nec[1]] non $\mathbf{gW_1FF_{17}n_1}$ | bene- $\mathbf{gP_2}$*pc*$\mathbf{LFF_{17}J_3n_1}$: tua $\mathbf{F_2PRW_1n_1}$ *ul* || **183** populum credas $\mathbf{O_7P_{14}}$ || **184** hinc $\mathbf{P_1}$ || **187** fundit $\mathbf{P_{10}}$*ac* || **188** non $\mathbf{gP_2PR}$*ac*$\mathbf{FP_{11}}$: haec $\mathbf{F_2W_1n_1}$: hoc **LR***pc*$\mathbf{F_{17}}$*sscr*$\mathbf{J_3}$: ex $\mathbf{F_{17}}$ | emit *Heinsius* || **189** dominum sese *cett. mei, Exc. Flor.* : sese dominum* $\mathbf{FF_{17}J_3n_1C_1P_1}\,\mu$

190 quod tibi continuis resonant conuexa diebus?
macte nouis consul titulis! Mauortia plebes
te dominum Bruto non indignante fatetur
et, quod adhuc nullo potuit terrore coacta
libertas Romana pati, Stilichonis amori
195 detulit. exultant auidi, quocumque decorus
conspiciare loco, nomenque ad sidera tollunt;
nec uaga dilecto satiantur lumina uultu,
seu circum trabeis fulgentibus aureus intres,
seu celebres ludos, solio seu fultus eburno
200 cingas iure forum, denso seu turbine uulgi
circumfusa tuae conscendant rostra secures.
  quae uero procerum uoces, quam certa fuere
gaudia, cum totis exurgens ardua pinnis
ipsa duci sacras Victoria panderet aedes!
205 o palma uiridi gaudens et amica tropaeis,
custos imperii uirgo, quae sola mederis
uulneribus nullumque doces sentire laborem,
seu tibi Dictaeae placuerunt astra Coronae
seu magis aestiuo sedes uicina Leoni,
210 seu sceptrum sublime Iouis seu Pallados ambis
aegida, seu fessi mulces suspiria Martis,
adsis perpetuum Latio uotisque senatus
adnue, diua, tui. Stilicho tua saepius ornet
limina teque simul rediens in castra reducat.
215 hunc bellis comitare fauens, hunc redde togatum
consiliis. semper placidis te moribus egit
seruauitque piam uictis nec polluit umquam
laurum saeuitia. ciues nec fronte superba
despicit aut trepidam uexat legionibus urbem,

190 resonent $\mathbf{F_2P_{14}}$: retonant $\mathbf{CO_2}$*ul* Γ_1*ac* || **191** titulis consul $\mathbf{O_3}$ σ || **193** subacta $\mathbf{J_3K_6L_4}$ || **196** aspiciare $\mathbf{A_2}$ || **199–200** *uerba inter* solio *et* seu turbine *om.* $\mathbf{P_2}$ || **200** cingas] stringas $\mathbf{P_{14}}$, *Heinsius* : condas *Burmannus* | iure $\mathbf{J_3}$, *cett. mei* : lege $\mathbf{J_3}$*sscr* : iura *Burmannus* | foro *Burmannus* | *locus obscurus* (iure *enim de lictoribus intellegere, ut uoluit Barthius, durum est*) *et fortasse corruptus* | densi* $\mathbf{O_2}$ || **202** quae uero] quam lete **g***pc*$\mathbf{L_4}$: o quales $\mathbf{O_2}$*ul* || **203** totis ($\mathbf{n_1}$), *cett. mei* : tutis $\mathbf{W_1}$: tantis $\mathbf{P_{14}}$: notis *Heinsius* : rutilis *Paul* | aurea σ || **204** aedes $\mathbf{J_3}$*pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : arces $\mathbf{n_1q}$: alas $\mathbf{gW_1J_3}$*ac*, *Exc. Gyr.* || **205** o $\mathbf{P_2LPRF_{17}J_3}$*ul* : et $\mathbf{gF_2W_1FF_{17}}$*sscr* $\mathbf{J_3n_1}$ | florens $\mathbf{O_3}$ σ | amica $\mathbf{P_2LPR}$*ac*$\mathbf{FF_{17}P_{11}}$*ac* : amicta $\mathbf{gF_2R}$*pc*$\mathbf{W_1F_{17}}$*ul*$\mathbf{J_3n_1}$ || **207** iubes $\mathbf{A_2B_1}$ | dolorem $\mathbf{LJ_3L_{11}O_3}$ || **210** sublime iouis sceptrum σ || **212** perpetuum $\mathbf{F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$*pc*, *cett. mei* : -e $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{L_4}$: -o $\mathbf{F_{17}}$*ac* || **216** emit *Burmannus* || **217** fidem *Burmannus* | uictis $\mathbf{J_3}$*pc*, *cett. mei* : iustis $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{K_6L_{11}}$*pc?*$\mathbf{P_1}$ || **218** non σ || **219** despuit σ

220 sed uerus patriae consul cessantibus armis
contentus lictore uenit nec inutile quaerit
ferri praesidium solo munitus amore.
  magnarum nec parcus opum geminare profundas
distulit inpensas, sed post miracula castris
225 edita uel genero, Romae maiora reseruat.
auratos Rhodiis imbres nascente Minerua
indulsisse Iouem perhibent, Bacchoque paternum
iam laxante femur mutatus palluit Hermus
in pretium, uotique famem passurus auari
230 ditabat rutilo quidquid Mida tangeret auro.
fabula seu uerum, canitur: tua copia uincit
fontem Hermi tactumque Midae pluuiamque Tonantis.
obscurat ueteres obscurabitque futuros
par donis armisque manus; si solueret ignis
235 quot dedit inmanes uili pro pondere massas,
argenti potuere lacus et flumina fundi.
  nec tibi, quae pariter siluis dominaris et astris,
exiguam Stilicho mouit, Latonia, curam.
tu quoque nobilibus spectacula nostra laboras
240 inlustrare feris summoque in uertice rupis
Alpinae socias arcu cessante pudicas
et pharetratarum comitum inuiolabile cogis
concilium. ueniunt umeros et bracchia nudae
armataeque manus iaculis et terga sagittis,
245 incomptae pulchraeque tamen; sudoribus ora
puluerulenta rubent, sexum nec cruda fatetur
uirginitas; sine lege comae; duo cingula uestem
crure tenus pendere uetant. praecedit amicas
flaua Leontodame, sequitur nutrita Lycaeo

222 subsidium μ || **224** sed $\mathbf{P_2LF_2PRZ}$: et $\mathbf{gW_1FF_{17}J_3n_1}$ | miracula] munuscula $\mathbf{F_{20}}$*ul* : tot munera *Heinsius* || **225** uix *Birt* | Romae, genero *Barthius* || **226** rhodiis $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : radiis $\mathbf{F_{17}J_3}$*ac* : diuis $\mathbf{CJ_6}$*ac*$\mathbf{L_1z_1}$, *Exc. Flor.?*, *Exc. Gyr.* || **227** referunt $\mathbf{F_2}$ || **228** laxante $\mathbf{P_2LPRW_1F_{17}}$: lassante $\mathbf{F_2J_3}$*sscr* : pulsante $\mathbf{gF_2}$*ul*$\mathbf{FJ_3n_1}$ || **229** uotique famem $\mathbf{gL}$*ac*$\mathbf{F_2W_1FF_{17}J_3n_1}$*pc* : uoti famam $\mathbf{P_2L}$*pc* $\mathbf{PW_2}$: uotique famam $\mathbf{R}$*mr*$\mathbf{n_1}$*ac* | pasturus *Birt* || **230** ditaret λ : ditarat *Heinsius* || **231** uincit $\mathbf{gP_2L}$*ac*$\mathbf{J_3n_1P_{11}}$: uicit $\mathbf{L}$*pc*$\mathbf{F_2PRW_1FF_{17}}$, *Exc. Flor.* || **232** pluuiam- $\mathbf{P_2LF_2PZ}$, *Exc. Flor.* : pluuias- $\mathbf{g}$*pc?*$\mathbf{R}$*mr*$\mathbf{W_1FF_{17}J_3n_1}$ || **233** obscuras $\mathbf{p_2}$ | obscurabis- $\mathbf{p_2}$ | futuras $\mathbf{O_3p_2}$ || **235** quot *Iunianus, Heinsius* : quod $\mathbf{PR}$*ac*$\mathbf{FP_{11}}$: quos $\mathbf{W_1}$: quas* $\mathbf{R}$*pc, cett. mei* | pro uili $\mathbf{W_2}$: uili ceu *Heinsius* || **238** mouit stilicho $\mathbf{P_2}$ | tritonia $\mathbf{n_1}$ || **243** consilium $\mathbf{P_{14}}$: conscilium $\mathbf{n_1q}$ || **244** sagittis] pharetris $\mathbf{L}$ (*in ras.*), *Heinsius* : lacertis ϑ || **245** incultae $\mathbf{p_2}$ || **246** rubent] horrent $\mathbf{F_{17}}$($\mathbf{n_1}$) $\mathbf{CJ_7L_1qS_3}$: rigent *Heinsius* | nec sexum $\mathbf{P_{14}}$: sexum non $\mathbf{F_2}$ || **249** lyaeo *Exc. Gyr.*

250 Nebrophone telisque domat quae Maenala Thero.
ignea Cretaea properat Britomartis ab Ida
et cursu Zephyris numquam cessura Lycaste.
iungunt se geminae, metuenda feris Hecaerge
et soror, optatum numen uenantibus, Opis,
255 progenitae Scythia: diuas nemorumque potentes
fecit Hyperboreis Delos praelata pruinis.
hae septem uenere duces; exercitus alter
Nympharum incedunt, acies formosa Dianae,
centum Taygeti, centum de uertice Cynthi,
260 et totidem casto genuit quas flumine Ladon.
has ubi collectas uidit, sic Delia coepit:
'o sociae, mecum thalami quae iura perosae
uirgineo gelidos percurritis agmine montes,
cernitis ut Latio superi communibus ornent
265 hunc annum studiis, quantos Neptunus equorum
donet ab orbe greges, laudi quod nulla canendae
fratris plectra uacent? nostram quoque sentiat idem
quam meritis debemus opem. non spicula poscit
iste labor; maneant clausis nunc sicca pharetris
270 omnis et a solitis noster uenatibus arcus
temperet; in solam cruor hic seruetur harenam.
retibus et claustris dilata morte tenendae
ducendaeque ferae. cupidas arcete sagittas;
consulis in plausum casuris parcite monstris.
275 adceleret diuisa manus: mihi cursus anhelas
tenditur ad Syrtes, mecum Dictaea Lycaste
et comes Opis eat. steriles iuuat ire per aestus:

252 nusquam *Heinsius* || **253** siluis metuenda mycharce *Exc. Flor.?*, *Exc. Gyr.* (nicarce) || **254** nomen $\mathbf{F_2W_1}\,\vartheta\,\sigma$ | uenantibus *cett. mei*, *Exc. Flor.* : uenatibus $\mathbf{n_1}\,\lambda$: uirtutibus $\mathbf{W_1}$ || **255** progenitae scythia $\mathbf{P_2LRq}$*ul* λ : progenies scythiae (*uel simm.*)* $\mathbf{gF_2P}$*pc*$\mathbf{W_1FF_{17}J_3}$: progenies sithia $\mathbf{n_1}$ || **258** famosa $\mathbf{FCC_1J_7W_2}$ || **261** has *Exc. Flor.?* : quas *codd.* || **262** thalami mecum $\mathbf{W_1p_2}$ || **263** ordine $\mathbf{LZ}\,\lambda$ || **264** latio $\mathbf{gR}$*ul*$\mathbf{J_3P_{11}}$: leti (*uel simm.*) $\mathbf{R}$, *cett. mei* || **266** ab orbe $\mathbf{gF_2}$*ul*$\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{F_{17}J_3n_1}$, *Exc. Flor.* : ab urbe $\mathbf{P_2LF_2PRW_1F}$: habere *Heinsius* | laudi quod *cett. mei*, *Exc. Flor.* : laudi quam* $\mathbf{Fn_1q}$: laudique $\mathbf{K_4}$: laudique ut *Heinsius* | *nisi poeta in casuum usu lapsus dat. hic pro abl. usurpauit, aliquid corrupti hic alicubi delitescit, haud scio in uerbo* nulla, *pro quo* multa *Gesnerus*, mille *ego*, tota *Goodyear excogitauit. sed nil satis placet* || **268** nec $\mathbf{LZ}\,\lambda\,\sigma$ || **270** uester $\mathbf{n_1}$ || **272** clautris $\mathbf{W_1}$: clatris* *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **275** diuisa $\mathbf{g}$*?ac*$\mathbf{R}$*mr*$\mathbf{J_3}$*ul*, *cett. mei* : diuersa $\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{J_3K_6L_4}$ | mihi $\mathbf{P_2LF_2F_{17}}$*pc* : dum $\mathbf{gP}$*pc*$\mathbf{R}$*mr*$\mathbf{W_1FF_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3n_1}$, *Vicetina*, *Exc. Gyr.* : mihi dum $\mathbf{P}$*ac* | cursus $\mathbf{P_2LF_2PW_1F_{17}}$*pc*$\mathbf{n_1}$: currus $\mathbf{gR}$*mr*$\mathbf{FF_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3}$ || **276** Dictaea] dictynna (*uel simm.*) $\mathbf{P_2LPRJ_3}$*mg* : dilecta $\mathbf{J_3}$ || **277** eat $\mathbf{R}$*mr*, *cett. mei* : eant $\mathbf{L}\,\mu$*ac* : erit $\mathbf{P_2O_2}$*pc*$\mathbf{P_{10}}$

namque feras aliis tellus Maurusia donum
praebuit, huic soli debet ceu uicta tributum.
280 dum nos horribiles Libyae scrutamur alumnos,
Europae uos interea perquirite saltus
et scopulos. posita ludat formidine pastor
securisque canat Stilichonem fistula siluis.
pacet muneribus montes qui legibus urbes.'
285 dixit et extemplo frondosa fertur ab Alpe
trans pelagus; cerui currum subiere iugales,
quos decus esse deae primi sub limine caeli
roscida fecundis concepit Luna cauernis:
par nitor intactis niuibus; frons discolor auro
290 germinat et spatio summas aequantia fagos
cornua ramoso surgunt procera metallo.
Opis frena tenet, fert retia rara Lycaste
auratasque plagas, inmortalesque Molossi
latrantes mediis circum iuga nubibus ibant.
295 quinque aliae paribus (Phoebe sic iusserat) armis
diuersa regione ruunt ducitque cohortem
quaeque suam. uariae formis et gente secuntur
ingenioque canes: illae grauioribus aptae
morsibus, hae pedibus celeres, hae nare sagaces;
300 hirsutaeque fremunt Cressae tenuesque Lacaenae
magnaque taurorum fracturae colla Britannae.
Dalmatiae lucos abruptaque bracchia Pindi
sparsa comam Britomartis agit. tu Gallica cingis
lustra, Leontodame, Germanorumque paludes
305 eruis et si quis defensus harundine Rheni

278 iamque $\mathbf{P}_{11}$, *Jeep* | dono $\mathbf{K}_6$ || **279** debet] prebet $\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{K}_6$: dederat $\mathbf{F}_{17}$ | ceu $\mathbf{F}_{17}$*ul, cett. mei* : sed $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* || **280** horrentes $\mathbf{O}_3$ | arenas *Heinsius* || **281** perquirite $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}$*sscr* : percurrite $\mathbf{g}\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ || **282** ludat posita $\mathbf{A}_2$*pc* ϑ *pc* : posita laudat $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_3$: laudat posita $\mathbf{P}_2$: posita laudet $\mathbf{B}_1$*pc*$\mathbf{O}_3$*pc*$\mathbf{z}_1$ || **284** *om. Cuiacii uetus, post* **285** *locauit* $\mathbf{p}_2$ | pacet $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}$*ul. Exc. Flor.* : placet $\mathbf{J}_6$*ac* : parent $\mathbf{g}\mathbf{F}_2\mathbf{P}$*mg*$\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ | muneribus $\mathbf{P}_2\mathbf{L}$*pc*$\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$: numinibus $\mathbf{g}\mathbf{L}$*ac*$\mathbf{F}_2\mathbf{R}$*ul*$\mathbf{F}\mathbf{n}_1$ | gentes *Burmannus* | qui $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{P}\mathbf{R}$: ut $\mathbf{g}\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: et $\mathbf{p}_2$: aut $\mathbf{P}_{11}$ | urbem *Burmannus* || **286** cerui currum (F), *cett. mei* : cerui rugum $\mathbf{n}_1$: ceruique iugum $\mathbf{F}_{20}\vartheta$ || **287** limine $\mathbf{R}$*pc, cett. mei* : lumine $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{R}$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}$, *Exc. Flor.* : limite $\mathbf{O}_3$ || **288** diua *Paul* || **289** decolor $\mathbf{O}_7$ || **291** procera] spaciosa $\mathbf{n}_1\mathbf{F}_3$(q) : preciosa $\mathbf{F}_3$*ul* || **294** nubibus] montibus $\mathbf{P}_{13}$*ul* : rupibus *Heinsius* || **296** ducunt- $\mathbf{K}_6$, *Exc. Flor.* || **299** hae^2 $\mathbf{R}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : et $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}$*ac* || **300** argutae- *Vlitius* | tenues- *omnes mei, Exc. Flor.* : tenerae- $\mathbf{A}_3$: teretes- *Heinsius* || **303** comas $\mathbf{O}_3\sigma$ | adit *Burmannus* || **304** palude *Wakefield* || **305** excutis *Heinsius* | quisquis $\mathbf{n}_1$

uastus aper nimio dentes curuauerit aeuo.
nubiferas Alpes Appenninique recessus
Garganique niues Hecaerge prompta fatigat.
speluncas canibus Thero rimatur Hiberas
310 informesque cauis ursos detrudit ab antris,
quorum saepe Tagus manantes sanguine rictus
non satiauit aquis et quos iam frigore segnes
Pyrenaea tegit latebrosis frondibus ilex.
Cyrneis Siculisque iugis uenata uirago
315 Nebrophone ceruos aliasque in uincula cogit
non saeuas pecudes sed luxuriantis harenae
delicias, pompam nemorum.
quodcumque tremendum
dentibus aut insigne iubis aut nobile cornu
aut rigidum saetis capitur, decus omne timorque
320 siluarum. non cauta latent, non mole resistunt
fortia, non uolucri fugiunt pernicia cursu.
haec laqueis innexa gemunt; haec clausa feruntur
ilignis domibus. fabri nec tigna polire
sufficiunt; rudibus fagis texuntur et ornis
325 frondentes caueae. ratibus pars ibat onustis
per freta, per fluuios; exanguis dextera torpet
remigis et propriam metuebat nauita mercem.
per terram pars ducta rotis, longoque morantur
ordine plaustra uias montanis plena triumphis
330 et fera sollicitis uehitur captiua iuuencis,
explebat quibus ante famem, quotiensque reflexi
conspexere boues, pauidi temone recedunt.
iamque pererratis Libyae flagrantibus oris
legerat eximios Phoebi germana leones,

306 curuauerit $\mathbf{L}\,\mathbf{A}_2\mathbf{O}_3$*ac*$\mathbf{W}_2\lambda$: -erat *cett. mei* || **310** detrusit $\mathbf{P}_{10}$*ac* || **314** cyrnaeis (*uel simm.*) **g***pc*$\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{P}_{14}\mathbf{Z}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : circeis (cyr-) **L** $\mathbf{F}\mathbf{n}_1$: cyrreis $\mathbf{L}_{11}$ || **316** non $\mathbf{J}_3$*pc*, *cett. mei* : nec $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*ac* : nunc $\mathbf{K}_6$ || **317** nemorum pompam $\mathbf{O}_3$: pompas nemorum $\mathbf{O}_2$*pc*$\mathbf{P}_1\mathbf{z}_1$ | timendum ϑ || **320** cauta $\mathbf{g}\mathbf{L}\mathbf{F}_2$*pc***R** *pc*$\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$: caute $\mathbf{F}_2$*ac***PR***?ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*pc* : capta $\mathbf{P}_{11}$*pc* : capte $\mathbf{P}_2\mathbf{P}_{11}$*ac* || **321** celeri $\mathbf{K}_4$ | pernicia $\mathbf{P}\mathbf{R}(\mathbf{n}_1)$, *cett. mei* : uelocia* **P***sscr***R***sscr* || **323** ilignis **g***pc?***PR** $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor.* : inlignis $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{n}_1$: et lignis **F** | nec fabri $\mathbf{P}_2$: fabri non $\mathbf{K}_6\mathbf{O}_3$ | poliri $\mathbf{P}_2$: parare *Scaliger* || **324** *om.* $\mathbf{n}_1$ || **324–325** *in unum contracti et corrupti in* $\mathbf{P}_2$ || **326** per fluuios $\mathbf{L}\,\mathbf{A}_2\mathbf{B}_1\mathbf{K}_6\mathbf{L}_3\mathbf{P}_{14}\lambda$: uel fluuios* $\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.?* : uel fluuiis* $\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.?* || **328** terras $\mathbf{K}_6$ || **329** montanis . . . triumphis $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}$*pc?* : montani . . . triumphi $\mathbf{g}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}$*?ac*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: montani . . . triumphis $\mathbf{W}_1$ || **330** trahitur $\mathbf{A}_2\mathbf{K}_6$ || **331** expleuit $\mathbf{g}\mathbf{F}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: explerat *Heinsius* || **333** hortis $\mathbf{L}_1$

335 Hesperidas qui saepe fugant uentoque citatis
terrificant Atlanta iubis armentaque longe
uastant Aethiopum quorumque inpune fragosa
murmura pastores numquam excepere per auras.
non illos taedae ardentes, non strata superne
340 lapsuro uirgulta solo, non uocibus haedi
pendentis stimulata fames, non fossa fefellit;
ultro se uoluere capi gaudentque uideri
tantae praeda deae. respirant pascua tandem;
agricolae reserant iam tuta mapalia Mauri.
345 tum uirides pardos et cetera colligit Austri
prodigia inmanesque simul Latonia dentes,
qui secti ferro in tabulas auroque micantes
inscripti rutilum caelato consule nomen
per proceres et uulgus eant. stupor omnibus Indis
350 plurimus ereptis elephans inglorius errat
dentibus: insedit nigra ceruice gementum
et fixum dea quassat ebur penitusque cruentis
stirpibus auulsis patulos exarmat hiatus.
ipsos quin etiam nobis miracula uellet
355 ducere, sed pigra cunctari mole ueretur.
Tyrrhenas fetus Libycos conplexa per undas
classica turba sonat, caudamque a puppe retorquens
ad proram iacet usque leo: uix subleuat unum
tarda ratis. fremitus stagnis auditur in imis

336 longa *Wakefield* || **338** pastores $\mathbf{gFJ_3n_1B_1CK_6}$: pastorum* *cett. mei* | excepere $\mathbf{gFJ_3B_1CK_6}$: uenere* $\mathbf{n_1}$, *cett. mei* | auras $\mathbf{B_1}$*ac*$\mathbf{F_{20}}$*ac*$\mathbf{K_6P_1}$ μ *pc* : aures* *omnes mei* || **340–341** *uerba inter* solo *et* non fossa *om.* $\mathbf{P_2PR}$ (*add. mg*) $\mathbf{L_{11}O_2}$ (*add. mg*) || **341** *om. add. mg* $\mathbf{F_2}$ || **343** suspirant $\mathbf{n_1}$ || **344** tuta $\mathbf{F_2}$*pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : tota $\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{W_1P_{14}}$ $\vartheta\zeta$: cuncta **L** λ || **345** barros $\mathbf{gCJ_6}$*ac*$\mathbf{J_7}$*pc*$\mathbf{L_3L_4}$ || *uersuum* **347–348** *loco legitur unus hic uers.* qui mox in tabulas inscripto consule secti *in* $\mathbf{P_2P}$ (qui secti ferro *tantum mg add.*) **R** (**347–348** *inuerso ordine mg add.*) $\mathbf{L_{11}O_2}$; *in* **L** (*postea tamen del.*) $\mathbf{P_{14}}$ ϑ (*mutato uerb. ordine*) λ *positus est inter* **347** *et* **348**, *inter* **346** *et* **347** *in* $\mathbf{J_6}$ || **348** caelato $\mathbf{gLF_2R}$*mg*, *mr*, $\mathbf{W_1FF_{17}J_3n_1}$: celatum $\mathbf{K_6}$: et lato **R***mg* || **349** amnibus *Clauerius* || **350** pluribus $\mathbf{P_{14}}$ ϑ *ac?* | ereptis $\mathbf{J_3}$*mg*, *cett. mei* : electis $\mathbf{J_3n_1q}$: exsectis *Heinsius* | ibat $\mathbf{A_2P_{14}}$ || **351** insidit *Heinsius* || **352** cassat $\mathbf{P_2O_2}$*ac* || **353** auulso *Heinsius* || **354** munuscula $\mathbf{F_3}$ || **356** fetus lybies $\mathbf{P_2}$: libicos fetus $\mathbf{F_3}$ ζ | complexa $\mathbf{K_4}$: amplexa* *cett. mei* : adnexa $\mathbf{J_3}$: adnixa **g** | *post hunc uers. aliquid excidisse censuit Heinsius* || **357** classica turba sonat $\mathbf{F_2W_1A_2}$ ($\mathbf{L_{11}}$) $\mathbf{P_{14}}$, *Exc. Flor.* : classis turba sonat *cett. mei* : classi turba sonat **P** : clathris turba sonat *Heinsius* : classis torua sonat *Birt* | a $\mathbf{gF_2}$*pc*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1}$: in $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{LF_2}$*ac* $\mathbf{PRW_1}$ | relinquens $\mathbf{P_2O_2}$ || **358** ad $\mathbf{gW_1FF_{17}J_3}$, *Exc. Flor.* : in $\mathbf{P_2LF_2PRn_1}$ | iacit **g***pc?* (*gloss.* extendit), *Scaliger* : '*ex suis*' *Clauerium hanc lectionem deprompsisse dicit Heinsius, sed* iacet *a Clauerio legitur* || **359** tanta *Mommsen* | auditus $\mathbf{p_2}$

360 cunctaque prosiliunt cete terrenaque Nereus
confert monstra suis et non aequare fatetur.
aequora sic uictor quotiens per rubra Lyaeus
nauigat, intorquet clauum Silenus et acres
insudant tonsis Satyri taurinaque pulsu
365 Baccharum Bromios inuitant tympana remos;
transtra ligant hederae, malum circumflua uestit
pampinus, antemnis inlabitur ebria serpens,
perque mero madidos currunt saliuntque rudentes
lynces et insolitae mirantur carbasa tigres.

361 et $\mathbf{P_2RZ}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : sed *cett. mei* : se **F** : sua *Delrius* : nec *Wakefield* || **363** clauos $\mathbf{J_3L_4P_{10}}$ || **364** adsudant $\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{FF_{17}J_3n_1J_6}$, *Exc. Flor.* | satyri tonsis $\mathbf{A_2B_1}$ || **365** Bromios] pronos *Cuiacii uetus* || **366** nectit $\mathbf{O_2}$ || **368** saliunt- *cett. mei, Exc. Flor.* : soluunt- $\mathbf{W_1Fn_1}$ || **369** insolitas *Cuiacii uetus*

subscriptiones: explicit liber tercius de laude stiliconis **R** : de consulatu stiliconis explicit liber III *Exc. Flor.*

25

BELLI GETICI

PRAEFATIO

Post resides annos longo uelut excita somno
  Romanis fruitur nostra Thalia choris.
optatos renouant eadem mihi culmina coetus
  personat et noto Pythia uate domus.
5 consulis hic fasces cecini Libyamque receptam,
  hic mihi prostratis bella canenda Getis.
sed prior effigiem tribuit successus aenam,
  oraque patricius nostra dicauit honos.
adnuit hunc princeps titulum poscente senatu;
10 respice iudicium quam graue, Musa, subis!
ingenio minuit merces properata fauorem:
  carminibus ueniam praemia tanta negant,
et magis intento studium censore laborat
  quod legimur medio conspicimurque foro.
15 materies tamen ipsa iuuat solitumque timorem
  dicturo magna sedula parte leuat,
nam mihi conciliat gratas inpensius aures
  uel meritum belli uel Stilichonis amor.

25 1–18 Γ, gP_2, L, F_2P, W_1, F$F_{17}J_3n_1$

codicum inscriptiones: incipit de bello gothico praefatio ΓC, *Exc. Flor.* : prologus libri duodecimi g : incipit de bello pollentino **R** (*qui tamen carmen ipsum non habet*) : prefacio in librum quartum decimum W_1 : liber de uictoria honorii que attribuitur stiliconi J_3*ma* : prefatio de bello getico B_1L_1 : de bello pollentiaco V_4, *Cuiacii uetus*
25 2 modis O_2O_7 || 3 reuocant K_6 | cantus *Heinsius* || 4 Flauia *Paul* || 5 cecini ΓP_2LF_2*pc*P*pc*FJ_3n_1 : cecinit gP_2*gloss.*F_2*ac*P*ac*W_1F_{17} || 7 aenam Γ, *Exc. Flor., Exc. Gyr., Cuiacii uetus* : amoenam *cett. mei, Exc. Flor.?* || 8 honor $F_3W_2\lambda$ || 9 hunc LF_2*pc*J_3 : huic P_2 : hinc gFF_{17} : hic ΓPW_1n_1 || 11 merces minuit p_2 || 12 magna F_3, *Par. 15155, Escor. Q. I. 14* || 13 censisse *Exc. Flor., Exc. Gyr., unde* et magis intentos studium sensisse laborat *Birt* || 15 timoris *Exc. Flor., Exc. Gyr., unde* solitosque timores *Birt* || 16 leuat] uiuat *Exc. Flor.* : iuuat *Exc. Gyr.* || 17 iam n_1q || 18 belli Γ, *Exc. Puteanea* : libri *cett. quotquot uidi codd.*

26

BELLVM GETICVM

Intacti cum claustra freti, coeuntibus aequor
armatum scopulis, audax inrumperet Argo
Aeeten Colchosque petens, propiore periclo
omnibus attonitis, solus post numina Tiphys
5 incolumem tenui damno seruasse carinam
fertur et ancipitem montis uitasse ruinam
deceptoque uagae concursu rupis in altum
uictricem duxisse ratem; stupuere superbae
arte uiri domitae Symplegades et noua passae
10 iura soli cunctis faciles iam puppibus haerent,
ut uinci didicere semel. quod si ardua Tiphyn
nauis ob innocuae meritum sic gloria uexit,
quae tibi pro tanti pulso discrimine regni
sufficient laudes, Stilicho? licet omnia uates
15 in maius celebrata ferant ipsamque secandis
Argois trabibus iactent sudasse Mineruam
nec nemoris muti iunxisse carentia sensu
robora, sed caeso Tmarii Iouis augure luco
arbore praesaga tabulas animasse loquaces;

26 1–311 ***Γ***, **gP**$_2$, **L**, **F**$_2$**P**, **W**$_1$, **FF**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$ || 312–647 ***Γ***, **gP**$_2$, **L**, **F**$_2$**P**, **W**$_1$, **F**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$

codicum inscriptiones: incipit liber primus de bello gothico ***Γ*** : incipit liber duodecimus **g** : incipit liber quartus decimus de bello gothico **W**$_1$: incipit liber primus de bello getico **B**$_1$: incipit liber de bello getico **L**$_{11}$

26 1 lustra ***Γ*** | cohibentibus *Hertel* || 2 artatum* ***Γ***, *Scaliger* | irruperat ***Γ*** **L** *λ* | argo ***Γ*** **P**$_2$**PW**$_1$**F**$_{17}$**J**$_3$, *Exc. Flor.* : -os **gLF**$_2$**Fn**$_1$: -on **P**$_1$ || 3 Aeeten *Scaliger, teste Birt* (Aeten *teste Jeep : de his formis silent Heinsius et Burmannus, neque ego formam in* -en *cadentem nisi in* **K**$_6$ *repperi, qui* oethē *legit*) : oet(h)(e)am (*uel simm.*) *omnes mei, Exc. Flor.* : aeetan *Exc. Laeti* : Aeetam *Scaliger* (*in Raphelengiana*) : Aeeam *Barthius* | propiore **gF**$_2$**W**$_1$**F** : propriore **P**$_2$*pc***P**, *cett. mei* : grauiore **P***ul* || 5 damno tenui **F**$_{17}$ || 7 concussu **P** || 8 superbae **P**, *cett. mei* : -a **P***sscr* : -i **n**$_1$ || 10 faciles cunctis **Z**, *Vicetina* || 13 tantis . . . regnis *Heinsius* || 14 sufficient **P**$_2$*pc*, *cett. mei* : -iant **J**$_7$: -iunt **z**$_1$: -erent **K**$_6$**L**$_{11}$ | stil. laudes **A**$_2$ || 15 secandis **g***pc*, *cett. mei* : secundis ***Γ*** **g***ac***n**$_1$ || 16 iactent ***Γ*** **g***pc***LF**$_2$**P***sscr***F**$_{17}$*pc***J**$_3$*pc* : -ant **P**$_2$**PW**$_1$**FF**$_{17}$*ac***J**$_3$*ac***n**$_1$ || 17 muti ***Γ*** : tantum **P**$_2$, *cett. mei* : solum **P**$_2$*sscr* || 18 caesa (*cum* arbore 19) *Heinsius* | Tmarii *Heinsius* : tomari **K**$_4$, *Exc. Gyr.* ('legunt quidam') : tonari ***Γ*** *ρ* : tenari **P**$_2$*ac* : teneri *plerique codd., Exc. Gyr.?* : summi **F**$_{17}$*pc***L**$_4$**O**$_3$: monitu **F**$_2$, *Iuntina* : monitus *Clauerius in notis, unde* montis *Birt* || 19 animasse **F**$_2$*ul***W**$_1$*pc?* **J**$_3$, *cett. mei* : armasse **F**$_2$**W**$_1$*?ac***J**$_3$*mg*

20 plurima sed quamuis uariis miracula monstris
• ingeminent teneras uincturo carmine mentes,
Harpyiasque truces insopitisque refusum
tractibus aurati custodem uelleris anguem
et iuga taurorum rapidis ambusta fauillis
25 et uirides galeis sulcos fetasque nouales
Martis et in segetem crescentia semina belli,
nil ueris aequale dabunt. prohibere rapaces
scilicet Harpyias unaque excludere mensa
nobilior titulus, quam tot potuisse paratas
30 in Latii praedam Geticas auertere fauces?
anne ego terrigenas potius mirabor in ipsis
procubuisse satis, uitae quibus attulit idem
principium finemque dies, quam caesa Getarum
agmina, quos tantis aluit Bellona tropaeis
35 totaque sub galeis Mauortia canuit aetas?
per te namque unum mediis exuta tenebris
imperio sua forma redit claustrisque solutae
tristibus exangues audent procedere leges.
iamque potestates priscus discriminat ordo
40 iustitiae, quas ante pares effecerat una
nube timor. tua nos urgenti dextera leto
eripuit, tectisque suis redduntur et agris
damnati fato populi, uirtute renati.
iam non in pecorum morem formidine clausi
45 prospicimus saeuos campis ardentibus ignes
alta nec incertis metimur flumina uotis
excidio latura moram nec poscimus amnes
undosam seruare fidem nubesque fugaces
aut coniuratum querimur splendere serenum.

20 sed] uel *Liuineii Vaticanus* : sic *Birt* || **21** uincturo $\mathbf{F_2}$*?pc?*$\mathbf{J_3}$*?ac*$\mathbf{F_3}$*?*$\mathbf{K_6}$*ac* : uincturi* $\mathbf{\Gamma PFF_{17}n_1O_2O_3P_1}$: uicturo* **L***pc?*$\mathbf{J_3}$*pc?*$\mathbf{J_6L_3}$: uicturi* $\mathbf{gP_2W_1}$, *Exc. Flor.* : ficturi *Goodyear* || **25** et nitidos *Jeep* || **26** crescentia $\mathbf{F_2}$: crescentis *cett. mei, Exc. Flor.* || **28** excludere $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : expellere $\mathbf{J_7}$ || **31** anne $\mathbf{F_2W_1}$*ac*$\mathbf{J_3}$*pc*$\mathbf{P_1P_3W_2}\lambda\,\mu$: an $\mathbf{\Gamma LPW_1}$*pc*$\mathbf{FF_{17}J_3}$*ac* : en $\mathbf{n_1}$: aut **g** : haut $\mathbf{P_2}$: ast $\mathbf{L_4}$ || **32** occubuisse $\mathbf{P_{11}}$ || **34–35** *non dissimile syntaxis genus occurrit infra 482–483 et ad 28, 235–236; cf. et LHS 566* || **36** unum $\mathbf{\Gamma gP_2LP}$*pc, mg,* $\mathbf{W_1J_3}$: uirum $\mathbf{F_2FF_{17}n_1}$, *Isengriniana mg* : iterum *Heinsius* | excita $\mathbf{A_2}$ || **39** presens **P** || **40** effecerat] suffuderat *uel* infecerat *uel* offecerat *Heinsius* : offuderat *Schraderus* || **41** ingenti $\mathbf{n_1}$ || **42** aruis $\mathbf{F_3}$ || **43** fatis $\mathbf{O_3}$ || **44** morem pecorum **F** || **45** aspicimus $\mathbf{LL_4}$ || **46** fulmina $\mathbf{B_1Z}$, *Exc. Gyr.* || **47** nec *cett. mei, Exc. Flor.* : non $\mathbf{W_1J_3}$ || **48** seruasse $\mathbf{gJ_6}$ | nubesue* $\mathbf{\Gamma}$ | fugatas $\mathbf{\Gamma}$

50 ipsa quoque internis furiis exercita plebis
securas iam Roma leuat tranquillior arces.
surge, precor, ueneranda parens, et certa secundis
fide deis humilemque metum depone senectae.
urbs aequaeua polo, tum demum ferrea sumet
55 ius in te Lachesis, cum sic mutauerit axem
foederibus natura nouis, ut flumine uerso
inriget Aegyptum Tanais, Maeotida Nilus,
Eurus ab occasu, Zephyrus se promat ab Indis
Caucaseisque iugis calido nigrantibus Austro
60 Gaetulas Aquilo glacie constringat harenas.
fatales hucusque manus, crebrisque notatae
prodigiis abiere minae. nec sidera pacem
semper habent, ipsumque Iouem turbante Typhoeo,
si fas est, tremuisse ferunt, cum bracchia centum
65 montibus armaret totidem spiramque retorquens
lamberet attonitas erectis anguibus Arctos.
quid mirum, si regna labor mortalia uexat,
cum gemini fratres, genuit quos asper Aloeus,
Martem subdiderint uinclis et in astra negatas
70 temptarint munire uias steteritque reuulsis
paene tribus scopulis caelesti machina bello?
sed caret euentu nimius furor; inproba numquam
spes laetata diu nec peruenere iuuentae
robur Aloidae: dum uellere Pelion Otus
75 nititur, occubuit Phoebo, moriensque Ephialtes
in latus obliquam proiecit languidus Ossam.
aspice, Roma, tuum iam uertice celsior hostem,
aspice, quam rarum referens inglorius agmen
Italia detrusus eat quantumque priori

50 internis $\Gamma g P_2 F_2 P$, *Exc. Flor.* : interius $L W_1 F F_{17} J_3 n_1$: interni *Heinsius* | exercita g*ac*, *cett. mei* : exterrita g*pc* || **51** leua K_4 : leuas ζ*pc* | securior Z || **52** reuerenda L_{11} | certa P_2*ac*, *cett. mei* : cuncta $n_1 q$: tuta P_2*pc* || **53** humilisque *Heinsius* || **55** in te ius A_2 || **56** suis K_4 || **58** promat] prodat J_3 : tollat Z || **60** constringit K_4 | habenas $n_1 q$ || **61** hucusque P_2*pc*, *cett. mei* : nuncusque $g P_2$*ac*$C C_1 S_3$ | notatae P(n_1), *cett. mei*, *Exc. Flor.* : nociue P*ul* || **64** tremuisse $\Gamma g P_2$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : timuisse *cett. mei* || **65** spiram- L*ac*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : spiras- L*pc*$J_3 O_3$*ac*$\Gamma_1 \zeta \mu$ || **70** temptarunt n_1 || **71** caelestis $P W_1$*pc?*$P_1 \zeta$ || **74** robur P_2*ac*, *cett. mei* : robora ΓP_2*pc*W_1 || **76** obliquam J_3*pc*, *cett. mei* : obliqum $L J_3$*ac* || **78** *om.* $L P J_3$ (*add. mg ma*), *alii* (*uide Prolegom.*), *ante* **77** *posuit* g*ac* || **79** detrusus g*pc*F_2*ul*, *cett. mei* : decursus $F_2 J_3 Z$ | eat $\Gamma P_2 L F_2$*ul*P*ac*$W_1 F_{17}$*pc*J_3*pc*n_1*pc* : erat $F_2 F_{17}$*ac* J_3*ac*n_1*ac* : abit F_2*ul*P*pc*F : agit g*pc*

80 dissimilis, qui cuncta sibi cessura ruenti
pollicitus patrii numen iurauerat Histri
non nisi calcatis loricam ponere rostris.
o rerum fatique uices! qui foeda parabat
Romanas ad stupra nurus, sua pignora uidit
85 coniugibus permixta trahi; qui mente profunda
hauserat urbis opes, ultro uictoribus ipse
praeda fuit; nostri quondam qui militis auro
adgressus temptare fidem, desertus ab omni
gente sua manibusque redit truncatus et armis.
90 hoc quoque, quod ueniam leti ualuere mereri,
si positis pendas odiis, ignoscere pulchrum
iam misero poenaeque genus uidisse precantem.
quae uindicta prior quam cum formido superbos
flectit et adsuetum spoliis adfligit egestas?
95 sed magis ex aliis fluxit clementia causis,
consulitur dum, Roma, tibi: tua cura coegit
inclusis aperire fugam, ne peior in arto
saeuiret rabies uenturae conscia mortis;
nec tanti nomen stirpemque abolere Getarum,
100 ut propius peterere, fuit. procul arceat altus
Iuppiter, ut delubra Numae sedemque Quirini
barbaries oculis saltem temerare profanis
possit et arcanum tanti deprendere regni.
quamquam, si ueterum certamina rite recordor,
105 tunc etiam, pulchra cum libertate uigerent
et proprio late florerent milite patres,
semper ab his famae petiere insignia bellis,
quae diuersa procul tuto trans aequora uires
exercere dabant: currus regumque catenae

80 ruenti **P***pc*, *cett. mei* : tuenti $\mathbf{n}_1$**q** : reuerti **P***ac*$\mathbf{P}_{11}$*ac* || **81** patrii nomen $\mathbf{F}_3$: nomen patrii **Z** || **85** profundas* **Γg**$\mathbf{P}_2$, *Exc. Gyr.* : profana $\mathbf{F}_3$ || **86** ille $\mathbf{P}_2$ || **89** manibus rediit $\mathbf{F}_{17}\mathbf{K}_6$: manibus reddit $\mathbf{n}_1$: manibusque uenit $\mathbf{p}_2$ || **90** hoc $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : hec **g** : hic $\mathbf{P}_2$*ul* | leti ueniam $\mathbf{O}_2$: ueniam litui **Γ** || **91** si positis ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* : si depositis $\mathbf{P}_1$: sepositis *Paul* : depositis *Jeep* : sic positis *Birt* | pulchrum est $\mathbf{P}_{10}$ (est *pc?*) $\mathbf{P}_{14}$**μ**, *Lond. Harl. 2745* || **93** superbum *Schroff* || **94** flectit] uincit $\mathbf{F}_3$: sternit *Abrinc. 135* | afflixit $\mathbf{C}_1$: astringit $\mathbf{P}_2$ || **97** fugam $\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* : uiam $\mathbf{F}_{17}$*ac* | peius *Heinsius* || **98** conscia *omnes mei*, *Exc. Flor.* : nuntia *Vicetina*, *Exc. Gyr.* || **100** propius **g**$\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$**F**$\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{O}_2$: proprius **Γ**$\mathbf{P}_2$**LP**$\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_3$: prius $\mathbf{n}_1$ || **101** sedesque *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* || **104** *om. add. ma in* $\mathbf{n}_1$ || **107** iis $\mathbf{K}_4$ || **108** diuisa **Γg**$\mathbf{P}_2$, *Exc. Gyr.* | tuto] tanto **P** : tota $\mathbf{n}_1$: totas $\mathbf{R}_{26}$: tutas *Heinsius* | uirtus *Scaliger* || **109** dabat *Scaliger* | currus] urbes *Birt* | catenae $\mathbf{W}_1$*ac*, *cett. mei* : cateruae $\mathbf{W}_1$*pc*$\mathbf{A}_2\mathbf{B}_1$**C**$\mathbf{z}_1$

110 inter abundantis fati ludibria ductae.
at uero Italiam quotiens circumstetit atrox
tempestas ipsumque caput laesura pependit,
non illis uani ratio uentosa fauoris,
sed grauiter spectata salus ductorque placebat
115 non qui praecipiti traheret semel omnia casu,
sed qui maturo uel laeta uel aspera rerum
consilio momenta regens, nec tristibus inpar
nec pro successu nimius, spatiumque morandi
uincendique modum mutatis nosset habenis.
120 cautius ingentes morbos et proxima cordi
ulcera Paeoniae tractat sollertia curae
parcendoque secat, ferro ne largius acto
inreuocandus eat sectis uitalibus error.
  sublimi certe Curium canit ore uetustas,
125 Aeaciden Italo pepulit qui litore Pyrrhum,
nec magis insignis Pauli Mariique triumphus,
qui captos niueis reges egere quadrigis.
plus fuga laudatur Pyrrhi quam uincla Iugurthae;
et, quamuis gemina fessum iam clade fugauit,
130 post Decii lituos et nulli peruia culpae
pectora Fabricii, donis inuicta uel armis,
plena datur Curio pulsi uictoria Pyrrhi.
quanto maius opus solo Stilichone peractum
cernimus! hic ualidam gentem, quam dura niuosis
135 educat Vrsa plagis, non Chaonas atque Molossos,
quos Epirus alit, nec Dodonaea subegit
agmina fatidicam frustra iactantia quercum.

111 circumstitit **W**$_1$, *Exc. Flor.* : -dedit *Flor. Gall.* : -strepit *Wakefield* | atrox] horror **F**$_3$*ul* : atra *Birt* || **112** pependit **n**$_1$, *cett. mei* : petitum **n**$_1$*ul***q***ul* : petiuit *Heinsius* || **113** ratio uani **F**$_3$ | fauoris] furoris **P**$_2$**Z**, *Exc. Gyr.* : timoris **F**$_3$: tumoris *Heinsius* || **114** grauitas . . . satis *Burmannus* | ductor- **P**$_2$*sscr***P***ul, Exc. Flor.* : doctor- **P**$_2$**P** || **115** semel **F**$_{17}$*ac, cett. mei* : simul **F**$_2$**W**$_1$**F**$_{17}$*pc***F**$_3$**J**$_7$ || **117** non **F**$_2$, *Flor. Gall.* || **118** pro] pre **K**$_4$: post *Heinsius* | nimius **P**$_2$*mg***F**$_2$*pc***F**$_{17}$*pc, cett. mei* : nimio **W**$_1$: minuas **P**$_2$**P***ac* : tumidus **P***pc, mg,* **FL**$_3$*pc***P**$_{14}$ || **120** internos *uel* ingenitos *Birt* || **122** largius **F**$_2$**J**$_3$, *cett. mei* : longius **F**$_2$*ul***J**$_3$*ul***K**$_6$**P**$_{10}$: latius **A**$_2$: laxius *Wakefield* || **123** irreuocatus **P**$_2$ | strictis *Wakefield* || **126** *om.* **n**$_1$ | non **P**$_2$**F**$_2$**W**$_1$**O**$_2$ | marii pauli- *Vicetina* || **126–127** *superfluere existimat Schroff* || **128** *in suspicionem uocauit Birt, delendum censet Gnilka* || **129** fugauit **F**$_2$*ul* **n**$_1$ **P**$_{10}$*ac***q** : fugarit **F**$_2$, *cett. mei* : fugaret **gP**$_1$*ac* || **130** titulos *Heinsii Iunianus* (-o **O**$_3$*ac*) || **132** curii *Exc. Flor.* | perculsi gloria *Paul* || **135** iugis **L** (*in ras.*) **J**$_3$ **A**$_2$*ul* || **137** sortem **A**$_2$

primus fulmineum lento luctamine Poenum
conpressit Fabius, campo post ausus aperto
140 Marcellus uinci docuit, sed tertia uirtus
Scipiadae Latiis tandem deterruit oris.
unus in hoc Stilicho diuersis artibus hoste
tres potuit conplere duces: fregitque furentem
cunctando uicitque manu uictumque relegat.
145 atque haec tanta breui. miscentem incendia Pyrrhum
sustinuit toto maerens Oenotria lustro,
et prope ter senas Itali per graminis herbas
Massylus Poeno sonipes uastante cucurrit
Hannibalemque senem uix ad sua reppulit arua
150 uindex sera patrum post bellum nata iuuentus.
hic celer effecit bruma ne longior una
esset hiemps rerum, primis sed mensibus aestas
temperiem caelo pariter terraeque referret.
sed quid ego Hannibalem contra Pyrrhumque tot annis
155 certatum memorem, uilis cum Spartacus omne
per latus Italiae ferro bacchatus et igni
consulibusque palam totiens congressus inertes
exuerit castris dominos et strage pudenda
fuderit inbelles aquilas seruilibus armis?
160 nos, terrorum expers et luxu mollior aetas,
deficimus queruli, si bos abductus aratro,
si libata seges. non hanc ergastula nobis
inmisere manum nec coniurantis harenae
turba fuit: qualem Stilicho deiecerit hostem
165 Thraces et Haemonii poterunt Moesique fateri.
frigida ter deciens nudatum frondibus Haemum
tendit hiemps uestire gelu totiensque solutis

138 luctamine] cunctamine* *Exc. Laeti, Heinsius* : certamine $\mathbf{B_1 Z}$ || **141** tandem latiis $\mathbf{P_1}\,\zeta\,\mu$ || **142** unus **P**, *cett. mei* : solus **P***ul* || **143** complere $\mathbf{F_{17} W_1}$*ul*, *cett. mei* : superare $\mathbf{F_2 F_{17}}$*ul*$\mathbf{W_1}$, *Isengriniana mg* | frangit- *Scaliger* || **144** uicit- $\mathbf{\Gamma P_2}$ **L***pc*$\mathbf{J_3}$: uincit **L** *ac*, *cett. mei* || **145** grauem *F. Baehrens* | proelia $\mathbf{F_2 W_1}$, *Isengriniana mg* || **146** toto **P***ul*, *cett. mei* : tanto $\mathbf{F_2 P}$*ac*$\mathbf{W_2}$ | moriens *Barthii cod.* || **150** per *Paul* || **152** mensibus $\mathbf{\Gamma g P_2}$*pc***P***pc*$\mathbf{W_1}$*pc*$\mathbf{F J_3}$, *Exc. Flor.* : messibus $\mathbf{L F_2 W_1}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$ $\mathbf{n_1}\,\lambda$*pc* || **153** terrae- *Hall* : bello- *codd.* : regno- *Birt* : Latio- *Koch* : patriae- *Postgate* || **155** cum uilis $\mathbf{K_4 O_3}$*ac* : uili cum *Exc. Laeti* || **156** furto *Exc. Laeti* | igni $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : igne $\mathbf{W_1}$*sscr*$\mathbf{K_6 P_1}\,\mu$ || **157** -que palam $\mathbf{J_3}$*pc*, *cett. mei* : palam $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$: coram $\mathbf{F_3}$ || **158** dominos castris $\mathbf{J_3}$ || **160** lusu $\mathbf{P_2 P F_{17} P_1 Z}$, *Exc. Flor.* || **161** deficimus **P**, *cett. mei* : efficimur **P***ul* : deficimur *Heinsius* | abductus $\mathbf{W_1}$*pc*, *cett. mei*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.?* : ad- $\mathbf{L P W_1}$*ac*$\mathbf{n_1}$ || **163** neque $\mathbf{J_3 A_2}$: non $\mathbf{K_6}$: num $\mathbf{L}\,\lambda$ || **167** totidem-* *Exc. Flor.*

uer niuibus uiridem monti reparauit amictum,
ex quo iam patrios gens haec oblita Triones
170 atque Histrum transuecta semel uestigia fixit
Threicio funesta solo, seu fata uocabant,
seu grauis ira deum, seriem meditata ruinis.
ex illo, quocumque uagos inpegit Erinys,
grandinis aut morbi ritu per deuia rerum
175 praecipites, per clausa ruunt, nec contigit ullis
amnibus aut scopulis proprias defendere terras.
nil Rhodope, nil uastus Athos, nil profuit Haemus
Odrysiis; facili contemptum Strymona saltu
et frustra rapidum damnant Haliacmona Bessi.
180 nubibus intactum Macedo miratur Olympum
more pererratum campi; gemit inrita Tempe
Thessalus et domitis inrisam cautibus Oeten.
Sperchiusque et uirginibus dilectus Enipeus
barbaricas lauere comas. non obice Pindi
185 seruati Dryopes nec nubifer Actia texit
litora Leucates; ipsae, quae durius olim
restiterant Medis, primo conamine ruptae
Thermopylae; uallata mari Scironia rupes
et duo continuo conectens aequora muro
190 Isthmos et angusti patuerunt claustra Lechaei;
nec tibi Parrhasios licuit munire colonos
frondosis, Erymanthe, iugis, equitataque summi
culmina Taygeti trepidae uidistis, Amyclae.
  tandem supplicium cunctis pro montibus Alpes

168 niu. uiridem . . . amictum (**P**), *cett. mei* : uiridem niu. . . . amictum $\mathbf{J}_3$: niu. uirides . . . amictus $\mathbf{L}_4$ | monti **g***ac*, *cett. mei* : montis **g***pc*$\mathbf{K}_4$ | reparabat $\mathbf{K}_6$ || **169** gens est $\mathbf{J}_7$ || **174** *om. add. mg* $\mathbf{n}_1$*ma* | deuia rerum] dura uiarum *Paul* : deuia rursum *Mommsen* : deuia rura *Koch* || **175** clausa $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{gFC}_1\mathbf{P}_1\mathbf{W}_2\boldsymbol{\Gamma}_1$, *Exc. Flor.* : claustra* $\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_2\mathbf{PF}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: lustra $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3$*ul*$\mathbf{L}_4\mathbf{L}_{11}$, *Isengriniana mg* || **176** et $\boldsymbol{\Gamma}_1$ | messes ζ || **177** haemus *Vicetina* : hebrus *codd.*, *Exc. Flor.* || **180** nubibus intactum (*'quia nubibus altior' Heinsius*)] nub. intractum $\mathbf{K}_6$: nubibus en tectum *uel* hinc tectum *uel* hinc tactum *Heinsius olim* : nub. intectum *Freinshemius* : nub. inductum *uel* insertum *uel* obtectum *Burmannus* : nub. incinctum *Birt* : nub. intactis *De Venuto* : intactis niuibus *Scarcia ap. De Venuto* || **185** nubibus $\mathbf{A}_2$ || **187** restiterunt *Heinsius* | conamine $\mathbf{F}_{17}$ (*in ras.*), *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : certamine $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{F}_2\mathbf{A}_2\boldsymbol{\lambda}$ | raptae *Exc. Flor.* || **188** mari $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{P}_2$*pc***L***pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{P}_1$, *Exc. Flor.* : maris **gL***ac*$\mathbf{F}_2\mathbf{PFn}_1$ | rupes $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{J}_6$*pc*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : rupis $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{gP}_2$*ac*$\mathbf{LF}_2\mathbf{P}$*ac* $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*pc* : ripis **P***pc*$\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{n}_1$: ripa *Burmannus* || **190** lechaei $\mathbf{K}_4$*mg*, *Scaliger* : lichaei (*uel simm.*) *omnes mei* || **191** non $\mathbf{A}_2$ || **192** aequataque $\boldsymbol{\Gamma}$ || **194** pro cunctis $\mathbf{B}_1$

195 exegere Getis; tandem tot flumina uictor
uindicat Eridanus; docuit nunc exitus alte
fatorum secreta tegi. quisquamne reclusis
Alpibus ulterius Latii fore credidit umbram?
nonne uelut capta rumor miserabilis urbe
200 trans freta, trans Gallos Pyrenaeumque cucurrit,
Famaque nigrantes succincta pauoribus alas,
secum cuncta trahens, a Gadibus usque Britannum
terruit Oceanum et nostro procul axe remotam
insolito belli tremefecit murmure Thylen?
205 mandemusne Noti flabris quoscumque timores
pertulimus, festae doleant ne tristibus aures,
an potius meminisse iuuat semperque uicissim
gaudia praemissi cumulant inopina dolores,
utque sub occidua iactatis Pleiade nautis
210 commendat placidum maris inclementia portum,
sic mihi tum maior Stilicho, cum laeta periclis
metior atque illi redeunt in corda tumultus?
nonne uidebantur, quamuis adamante rigentes,
turribus inualidis fragiles procumbere muri
215 ferrataeque Getis ultro se pandere portae,
nec uallum densaeque sudes arcere uolantes
cornipedum saltus? iamiam conscendere puppes
Sardoniosque habitare sinus et inhospita Cyrni
saxa parant uitamque freto spumante tueri
220 (ipsa etiam diffisa breui Trinacria ponto,
si rerum natura sinat, discedere longe

195 exegere *cett. mei, Exc. Flor.* : exercere $\boldsymbol{\Gamma}$ | getas $\boldsymbol{\Gamma}$ | tandem tot $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{gP_2}$*pc* (tandem *om. add. mg*) **Z**, *Exc. Flor.* : tot tandem* *cett. mei* || **196** tunc $\mathbf{A_2B_1K_6Z}$ || **198** socii $\mathbf{n_1}$ || **201** uaporibus $\boldsymbol{\Gamma}$ || **202** *quomodo uerba* secum ... Oceanum *intellegenda sint uel quomodo construenda, non plane uideo. quid enim* terruit Fama*? * cuncta*? an* Oceanum*? meliusne* Britannum *adiectiue an substantiue capiemus?* usque *cum* a Gadibus *an* Oceanum *coniungendum est? fortasse corruptela hic latet* || **203** orbe $\mathbf{J_3O_3}$ || **205** quodcumque timoris* $\boldsymbol{\Gamma}$ || **206** festae] fessae $\mathbf{L_4}$: lete *Flor. Gall.* || **207** an] et *Par. 7647* : at *Atreb. 65, Birt* : quin *Birt* : ah *Mommsen* || **208** praemissi $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : praesumant $\mathbf{F_{17}}$*ac* : praesumpti *Heinsius* || **211** tum] nunc $\mathbf{A_2B_1}$ | stilicho maior $\mathbf{F_{17}}$ || **212** atque illi] atque feri (feri *add. sscr*) **g** : ac belli *A. Kraemer* | corde $\mathbf{F_2}$ || **214** incumbere $\mathbf{FO_3}$*ac* : se pandere **P***pc* : consurgere **P***ul* : componere **Z** || **216** uolantum $\boldsymbol{\Gamma}$: uolentes $\mathbf{F_2}$: ualentes $\mathbf{A_2}$ || **217** cornipedis μ || **218** sardoos- *Cuiacii uetus, Scaliger* | Cyrni *Parm. ed. e coni. anonymi, Scaliger* : cyaeni $\boldsymbol{\Gamma}$: cypri (*uel simm.*) *cett. mei* || **220** diffisa $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{P_2W_1}$*pc*$\mathbf{J_3}$*pc, Exc. Flor.* : diffissa $\mathbf{C_1}$, *Scaliger* : diuisa $\mathbf{J_6}$: diffusa **g***ac*$\mathbf{LF_2PW_1}$*ac*$\mathbf{FJ_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$, *Cuiacii uetus* : distincta $\mathbf{F_{17}J_7(K_6)P_{10}}$*ac* : diuulsa *Exc. Laeti* : distenta *Heinsius olim* || **221** sinas $\mathbf{P_4}$

optat et Ionium refugo laxare Peloro),
fultaque despiciens auro laquearia diues
tutior Aeoliis mallet uixisse cauernis;
225 iamque oneri creduntur opes tandemque libido
haesit auaritiae grauioribus obruta curis.
utque est ingenioque loquax et plurima fingi
permittens credique timor, tum somnia uulgo
narrari, tum monstra deum monitusque sinistri:
230 quid meditentur aues, quid cum mortalibus aether
fulmineo uelit igne loqui, quid carmine poscat
fatidico custos Romani carbasus aeui.
territat adsiduus lunae labor atraque Phoebe
noctibus aerisonas crebris ululata per urbes;
235 nec credunt uetito fraudatam Sole sororem
telluris subeunte globo, sed castra secutas
barbara Thessalidas patriis lunare uenenis
incestare iubar. tunc anni signa prioris,
et si quod fortasse quies neclexerat omen,
240 addit cura nouis: lapidosos grandinis ictus
molitasque examen apes passimque crematas
perbacchata domos nullis incendia causis,
et numquam caelo spectatum inpune cometen,
qui primum roseo Phoebi prolatus ab ortu,
245 qua micat astrigera senior cum coniuge Cepheus,
inde Lycaoniam paulatim expulsus ad Arcton
crine uago Getici foedauit sidera Plaustri,
donec in exiguum moriens uanesceret ignem.
sed grauius mentes caesorum ostenta luporum
250 horrificant. duo quippe lupi sub principis ora,
dum campis exercet equos, uiolenter adorti
agmen et excepti telis inmane relatu
prodigium miramque notam duxere futuri.

222 optat] captat **Z** : optet *Heinsius* || **223** fulta-] fulua- **F** *μac, Heinsius* : culta- *Heinsius* | respiciens $\mathbf{K}_4$ || **224** cathenis **Z** || **226** heret *Flor. Gall.* | obruta] oblita **Z** : obsita $\mathbf{z}_1$: excita *Isengriniana mg* || **228** tunc omina *Heinsius* || **231** cardine $\mathbf{L}_{11}$ || **233** terret et *Birt* || **234** aerisonas crebris $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : aerisonis crebras *Delrii cod.* : horrisonas crebris $\mathbf{O}_3\boldsymbol{\Gamma}_1$, *Vicetina* : ausonias crebris $\mathbf{W}_1$, *Isengriniana mg* : horrisonis crebras *Delrius* || **235** non $\mathbf{P}_1\mathbf{p}_2\mathbf{Z}$ || **239** neglexerit $\mathbf{O}_3\mathbf{R}_{26}$: despexerat *ζ* || **243** in caelo $\mathbf{F}_3$ | spectandum *Heinsius* || **245** astrigera ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* : -fera $\mathbf{L}(\mathbf{F}_3)\mathbf{W}_2$ *λ* || **246** lycaoniam . . . ad arcton (*uel simm.*) $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{g}\mathbf{J}_3\mathbf{P}_{10}$*pc, Exc. Flor.* : licaonia . . . ab arcto (*uel simm.*) *cett. mei* | exclusus $\mathbf{L}_{11}$ || **247** geticis . . . plaustris $\mathbf{A}_2$ | foedarat $\mathbf{F}_{17}$ || **249** ostensa $\mathbf{P}_2\mathbf{W}_2$*ac μ* || **250** terrificant $\mathbf{F}_3$ || **251** adorsi $\mathbf{P}_{11}$*pc* || **253** ueram- *Heinsius*

nam simul humano geminas de corpore palmas
255 utraque perfossis emisit belua costis:
illo laeua tremens, hoc dextera uentre latebat,
intentis ambae digitis et sanguine uiuo.
scrutari si uera uelis, fera nuntia Martis
ore sub Augusti casurum prodidit hostem;
260 utque manus utero uirides patuere retecto,
Romula post ruptas uirtus sic emicat Alpes.
sed malus interpres rerum metus omne trahebat
augurium peiore uia: truncataque membra
nutricemque lupam Romae regnoque minari.
265 tum reputant annos interceptoque uolatu
uulturis incidunt properatis saecula metis.
  solus erat Stilicho qui desperantibus augur
sponderet meliora manu, dubiaeque salutis
dux idem uatesque fuit. 'durate parumper'
270 inquit, 'et excussis muliebribus ore querellis
fatorum toleremus onus. nil nautica prosunt
turbatae lamenta rati nec segnibus undae
planctibus aut uanis mitescunt flamina uotis.
nunc instare manu, toto nunc robore niti
275 communi pro luce decet: succurrere uelis,
exhaurire fretum, uarios aptare rudentes,
omnibus et docti iussis parere magistri.
non, si perfidia nacti penetrabile tempus
inrupere Getae, nostras dum Raetia uires
280 occupat atque alio desudant Marte cohortes,
idcirco spes omnis abit. mirabile posset
esse mihi, si fraude noua uel calle reperto

254 humanas geminas $\mathbf{J}_7$*ac* : humanas gemino *Scaliger teste Burmanno* || **256** latebat $\mathbf{F}_2$*pc?*$\mathbf{P}$*pc, cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : latebant $\mathbf{\Gamma g P}$*ac*$\mathbf{n}_1$ || **258** scitari $\mathbf{P}_{11}$ || **259** ore $\mathbf{g}$*ac, cett. mei* : ora $\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{J}_6$*pc* || **260** retecte $\mathbf{P}_2$: retexto $\mathbf{C}_1$: resecto *Heinsius* || **261** sic uirtus $\mathbf{\Gamma}_1$ || **262** timor omne $\mathbf{P}$ || **265–266** *in suspicionem uocat Schroff* || **265** nunc $\mathbf{P}_{11}$ | reputant *omnes mei, Exc. Flor.* : repetunt $\mathbf{F}_3$, *Vicetina* || **268** meliora $\mathbf{F}$*sscr, cett. mei, Exc. Flor.* : meliore $\mathbf{F n}_1$ | mora $\mathbf{O}_3$*ul*$\mathbf{P}_1$ || **272** nec $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei, Exc. Frising.* : ne $\mathbf{J}_3$*ac* : neque $\mathbf{A}_2$ || **273** planctibus *omnes mei, Exc. Frising.* : flatibus $\mathbf{O}_3$: fletibus *Heinsius* || **274** nunc[1]] tunc ($\mathbf{g}$*pc*)$\mathbf{F A}_2$, *Berol. DBS 60* | nunc toto $\mathbf{L B}_1\mathbf{F}_3$: toto tunc $\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{F}$: tunc toto *Berol. DBS 60* | robore $\mathbf{W}_1$*ul, cett. mei* : pectore $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$, *Iuntina* || **275** luce ($\mathbf{P}$*ac*), *cett. mei* : pace $\mathbf{P}$*pc* : puppe *Marklandus* | succedere $\mathbf{A}_2$ || **278** si $\mathbf{F}_{17}$*ac, cett. mei* : nisi $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{O}_3$*pc*$\mathbf{Z}$, *Iuntina* | perfidia $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : perfidiae *Heinsius* | nancti $\mathbf{\Gamma P}_{11}$ || **279** raetia (*uel simm.*) $\mathbf{P}$, *cett. mei, Exc. Flor.* : grecia $\mathbf{\Gamma P}$*sscr*$\mathbf{n}_1$ || **281** abit] hebet $\mathbf{R}_{26}$*pc* : *uerb. om.* $\mathbf{L}$ | posset $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : possit $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{F}$ || **282** nouo *Burmannus*

barbarus ignotas inuaderet inscius Alpes:
nunc uero geminis clades repetita tyrannis
285 famosum uulgauit iter nec nota fefellit
semita praestructum bellis ciuilibus hostem.
per solitas uenere uias, aditusque sequendos
barbarico Romana dedit discordia bello.
  sed nec praeteritis haec res incognita saeclis.
290 saepe lacessitam, sed non inpune, fatemur
Ausoniam. haec Senonum restinxit sanguine flammas,
haec et Teutonico quondam patefacta furori
colla catenati uidit squalentia Cimbri.
uile decus, quod non erexit praeuius horror;
295 ingentes generant discrimina magna triumphos.
  quid turpes iam mente fugas, quid Gallica rura
respicitis Latioque libet post terga relicto
longinquum profugis Ararim praecingere castris?
scilicet Arctois concessa gentibus urbe
300 considet regnum Rhodano capitique superstes
truncus erit? uestros stimulant si pignora sensus,
me quoque non inpar naturae cura remordet,
nec ferro sic corda rigent ut nosse recusem
quam sanctum soceri nomen, quam dulce mariti,
305 quantus prolis amor. sed numquam oblita decoris
obscaenam latebram pietas ignaua requiret.
nec uobis fortis monitor, mihi cautior uni.
hic coniunx, hic progenies, hic carior omni
luce gener: pars nulla mei subducta procellae.
310 accipe tu nostrae, tellus Oenotria, mentis
uincula communes tecum subeuntia casus,
exiguamque moram muris inpende tuendis
dum redeo lectum referens in classica robur.'

283 ignaras ζ | euaderet *Burmannus* || **284** tunc $\mathbf{A_2}$ || **286** perstructum $\mathbf{F_2PZ}$: prestrictum **F** : prostratum $\mathbf{A_2}$ || **287** sequendos] secandos $\mathbf{LA_2}$: secundos $\mathbf{O_3}$ || **289** res haec $\mathbf{LF_3W_2}\lambda$ || **291** restinxit $\mathbf{\Gamma P}$*?*$\mathbf{W_1F_{17}}$*mg, Exc. Flor.* : restrinxit **P***?* $\mathbf{F_{17}}$($\mathbf{n_1}$), *cett. mei* : restringit $\mathbf{B_1}$*ac***C***ac*$\mathbf{W_2Z}$ || **292** furore $\mathbf{F_2}$: timori $\mathbf{R_{26}}$ || **294** euexit *Wakefield* || **295** generant $\mathbf{\Gamma g}$ (*add. sscr*) $\mathbf{O_2}$*?, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : geminant* $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* || **296** in mente $\mathbf{R_{26}}$ | quid gallica $\mathbf{\Gamma F_2F_{17}Z}$: iam gallica *cett. mei* || **298** refugis $\mathbf{gFF_3K_6P_{10}}$ | signis $\mathbf{F_3}$ || **303** ut *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.?* : aut $\mathbf{F_2P}$*pc*$\mathbf{W_1n_1}$, *Exc. Gyr.* : at **P***ac* | recusem *cett. mei, Exc. Flor.* : recusent $\mathbf{LCF_3}$, *Exc. Gyr.* : recusant $\mathbf{F_2W_1n_1}$: laborent $\mathbf{A_2}$ || **304** nomen soceri $\mathbf{F_3}$ || **306** requiret $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : -at $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{O_2}$: -it **Z** || **307** nec] neu *Clauerius* || **310** accipe $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : aspice $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{L_{11}}$ || **311** pignora *Vicetina* || **313** redeam* $\mathbf{F_2J_7K_6}$ | referens] rediens $\mathbf{n_1qR_{26}}$: redigens *Heinsius*

his dictis pauidi firmauit inertia uulgi
315 pectora migrantisque fugam conpescuit aulae;
ausaque tum primum tenebris emergere pulsis
Hesperia, ut secum iunxisse pericula uidit
Augustum, tantoque sui stetit obside fati.
protinus, umbrosa uestit qua litus oliua
320 Larius et dulci mentitur Nerea fluctu,
parua puppe lacum praeteruolat; ocius inde
scandit inaccessos brumali sidere montes
nil hiemis caeliue memor: sic ille relinquens
ieiunos antro catulos inmanior exit
325 hiberna sub nocte leo tacitusque per altas
incedit furiale niues; stant colla pruinis
aspera; flauentes adstringit stiria saetas;
nec meminit leti nimbosue aut frigora curat,
dum natis alimenta paret.
sublimis in Arcton
330 prominet Hercyniae confinis Raetia siluae,
quae se Danubii iactat Rhenique parentem,
utraque Romuleo praetendens flumina regno:
primo fonte breues, alto mox gurgite regnant
et fluuios cogunt unda coeunte minores
335 in nomen transire suum. te Cimbrica Tethys
diuisum bifido consumit, Rhene, meatu;
Thracia quinque uadis Histrum uorat Amphitrite:
ambo habiles remis, ambo glacialia secti
terga rotis, ambo Boreae Martique sodales.
340 sed latus, Hesperiae quo Raetia iungitur orae,
praeruptis ferit astra iugis panditque tremendam
uix aestate uiam. multi ceu Gorgone uisa
obriguere gelu; multos hausere profundae
uasta mole niues, cumque ipsis saepe iuuencis

318 tanto- $\mathbf{\Gamma P}_2$*pc*$\mathbf{L}$*pc*$\mathbf{F}_2$*pc?*$\mathbf{W}_1$*pc?*$\mathbf{J}_3$: toto- $\mathbf{gP}_2$*ac*$\mathbf{L}$*ac*$\mathbf{PF}_{17}\mathbf{n}_1$: tuto- *Heinsius olim* | sibi $\mathbf{\Gamma}$ || **320** metitur $\mathbf{\Gamma}$ || **322** inaccensos $\mathbf{\Gamma W}_1$ || **323** ipse* *Goodyear* || **327** constringit $\mathbf{L}_4$ || **328** non leti meminit $\mathbf{K}_6$ | nimbosue aut **P***ac, cett. mei, Exc. Gyr.* : nimbos aut $\mathbf{n}_1\mathbf{O}_3$*ac* : nimbosaue **P***pc, Heinsius* || **329** ut $\mathbf{C}_1$ | parat $\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}\mathbf{B}_1\mathbf{J}_6$ || **333** prima fronte $\mathbf{n}_1\mathbf{q}\mathbf{R}_{26}$ | alto] arcto $\mathbf{A}_2$: aucto *uel* lato *Heinsius* || **334** coeunte $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : redeunte $\mathbf{F}_2$*ac***P** : superante *Isengriniana mg* || **339** marti- $\mathbf{P}_2$*ac, cett. mei* : martis-* $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{O}_7\mathbf{P}_1$ || **340** quo $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : qua $\mathbf{R}_{26}$, *Par. 7647, Isengriniana* | mergitur **Z** || **341** tremendam (g)$\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : tenendam $\mathbf{P}_2$*ul* : terendam *Delrius* : premendam *Heinsius* : tremendum *Buecheler* || **342** uix] ipsa *Heinsius* | multi hic *Mommsen* | ceu **P***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : seu **P***ac*$\mathbf{n}_1$

345 naufraga candenti merguntur plaustra barathro.
interdum subitam glacie labente ruinam
mons dedit et tepidis fundamina subruit Austris
pendenti male fida solo.
per talia tendit
frigoribus mediis Stilicho loca. nulla Lyaei
350 pocula; rara Ceres; raptos contentus in armis
delibasse cibos madidoque oneratus amictu
algentem pulsabat equum. nec mollia fesso
strata dedere torum; tenebris si caeca repressit
nox iter, aut spelaea subit metuenda ferarum
355 aut pastorali iacuit sub culmine fultus
ceruicem clipeo. stat pallidus hospite magno
pastor et ignoto praeclarum nomine uultum
rustica sordenti genetrix ostendit alumno.
illa sub horrendis praedura cubilia siluis,
360 illi sub niuibus somni curaeque laborque
peruigil hanc requiem terris, haec otia rebus
insperata dabant; illae tibi, Roma, salutem
Alpinae peperere casae.
iam foedera gentes
exuerant Latiique audita clade feroces
365 Vindelicos saltus et Norica claustra tenebant.
ac ueluti famuli, mendax quos mortis erilis
nuntius in luxum falso rumore resoluit,
dum marcent epulis atque inter uina chorosque
persultat uacuis effrena licentia tectis,
370 si reducem dominum sors inprouisa reuexit,
haerent attoniti libertatemque perosus

345 canenti *Heinsius* | merguntur] iunguntur **L** : clauduntur *Flor. Gall.* || **346** glacie subitam $\mathbf{A}_2\mathbf{Z}$ | titubante **g***pc, sscr* || **347** et tepidis **Γg***ac*$\mathbf{P}_2$*pc***L***ac*$\mathbf{F}_2$*ul***P**$\mathbf{W}_1$, *Exc. Flor.* : et trepidis **g***pc***L***pc*$\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$*pc, Exc. Gyr.?* : ut tepidus *Jeep* | subruit $\mathbf{F}_2$, *cett. mei* : subluit $\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{L}_{11}$ | austris *Par. 7647 pc, Scaliger* : astris *cett. mei* : antris **g** : Auster *Jeep* || **348** male fixa *Jeep* || **350** rara $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : nulla **L λ** : cruda $\mathbf{O}_3$*ul* | seges **g** | raptos $\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{W}_1$*ul, cett. mei* : raros $\mathbf{g}\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{J}_7\mathbf{P}_{14}$, *Isengriniana mg* || **354** subit $\mathbf{P}_2$*ac***P***ul, cett. mei* : fugit $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{P}\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$: tegit $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{O}_2$*ul* || **355** tegmine $\mathbf{A}_2$, *Abrinc. 135ac* || **360** illi **P***pc*$\mathbf{W}_1$*pc*$\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : illis $\mathbf{\Gamma}\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{F}_2$*pc?***P***ac*$\mathbf{W}_1$*ac*$\mathbf{F}_{17}$*pc* || **364** exuerunt **q** || **365** uandalicos **g** : uuandalicos $\mathbf{O}_3$: Vindelici *Jeep* | claustra *Heinsius* : castra $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$, *Isengriniana mg* : rura $\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{W}_1$*ul, cett. mei* : regna $\mathbf{C}_1\mathbf{K}_6\mathbf{O}_3$*ul*$\mathbf{P}_{10}\mathbf{P}_{11}$ || **367** ludum **P** | resoluit] solutos **P** : refudit $\mathbf{C}_1$ || **370** fors* $\mathbf{\Gamma}\mathbf{g}\mathbf{P}_2$ | reuexit *cett. mei, Exc. Gyr.* : reuixit $\mathbf{F}_{17}\mathbf{Z}$, *Camers, Exc. Gyr.* : reuinxit *Iuntina* : reduxit $\mathbf{F}_{17}$*sscr*$\mathbf{A}_2$ || **371** horrent $\mathbf{B}_1$

conscia seruilis praecordia concutit horror:
sic ducis aspectu cuncti stupuere rebelles,
inque uno princeps Latiumque et tota refulsit
375 Roma uiro. frons laeta parum, non tristior aequo,
non deiecta malis, mixta sed nobilis ira:
qualis in Herculeo, quotiens infanda iubebat
Eurystheus, fuit ore dolor uel qualis in atram
sollicitus nubem maesto Ioue cogitur aether.
380 'tantane uos' inquit 'Getici fiducia belli
erigit? hinc animo frustra tumuistis inani?
non ita Romanum fati uiolentia nomen
opprimit ut uestros nequeat punire tumultus
parte sui. ne uos longe sermone petito
385 demorer, exemplum ueteris cognoscite facti:
cum ferus Ausonias perfringeret Hannibal arces
et Trebiam saeuo geminassent funere Cannae,
nequiquam Emathium pepulit spes uana Philippum
ut uelut adflictos ferro temptaret inerti
390 Romanos. commouit atrox iniuria patres,
urgerent maiora licet, grauiterque tulere,
urbibus inter se claris de culmine rerum
congressis, aliquid gentes audere minores.
nec poenam differre placet, sed bella gerenti
395 Punica Laeuino regis quoque proelia mandant.
paruit imperiis consul, fususque Philippus,
uilia dum grauibus populis interserit arma,
praetereunte manu didicit non esse potentum
temptandas mediis quamuis in luctibus iras.'

372 concutit] percutit **L** : concitat **Z** : contulit **g** || **373** aspectum $\mathbf{O_2W_2}$ | cunei *Burmannus* || **374–375** roma . . . / tota $\mathbf{P_{11}}$ || **375** nec **L**_pc_$\mathbf{J_3n_1}$**Z** || **376** non $\mathbf{F_2W_1n_1C_1}$**q** : nec *cett. mei, Exc. Flor.* | sed mixta $\mathbf{F_2W_1}\Gamma_1$: iusta sed *Schroff* || **377** iubebat $\mathbf{F_2}$*pc***P***pc, cett. mei* : uidebat $\mathbf{P_2P}$*ac*$\mathbf{W_1}$ || **378** color $\mathbf{LJ_3n_1F_3}$*ul*$\mathbf{O_3}$**q** || **379** cogitur $\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{W_1}$*ul*$\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : cingitur $\mathbf{F_2W_1J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$**q** | aether $\mathbf{W_1}$*ul, cett. mei* : aer* $\mathbf{F_2W_1}$ || **381** hinc $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : hic $\mathbf{K_4}$ || **384** ne $\Gamma$$\mathbf{gP_2F_{17}J_3}$: nec $\mathbf{LF_2PW_1}$: neque $\mathbf{A_2}$: neu $\mathbf{n_1}$ | longo . . . petito $\Gamma\mathbf{P_1}$: longo . . . peritos *Birt* || **385** demoror $\mathbf{K_6}$ | uestri *Ker* | facti *cett. mei, Exc. Flor.* : fati $\mathbf{LB_1}$*ac*$\mathbf{C_1}$*ac*$\mathbf{P_{14}}$ || **386** perfringeret **P***pc*($\mathbf{n_1}$), *cett. mei, Exc. Flor.* : perstringeret $\mathbf{gO_2O_3}$: confringeret $\mathbf{K_4}$ || **387** saeuo $\mathbf{F_{17}}$, *cett. mei* : socio $\mathbf{F_{17}}$*ul, Isengriniana mg* || **388** nequaquam $\mathbf{W_1}$ || **389** tentasset *Exc. Flor.* | inani $\mathbf{K_4}$ || **390** *post* Romanos *distinxit Burmannus, et sic iam* $\mathbf{gP_2LF_{17}}$ || **391** tulerunt **g***pc* || **394** non $\mathbf{K_6}$ | gerentes *Jeep* || **396** imperio $\mathbf{O_2}$ | praetor *Jeep* || **397** *melius afuturum censuit Gesnerus* | grauibus] graiis $\mathbf{P_2O_2}$ || **398** intereunte *F. Baehrens* || **399** *om. add. mg* **P** | tempnendas $\mathbf{B_1}$ | quamuis mediis *Flor. Gall.*

400 hoc monitu pariter nascentia bella repressit
et bello quaesiuit opes, legitque precantes
auxilio mensus numerum qui congruus esset
nec grauis Italiae formidandusue regenti.
nec minus accepto nostrae rumore cohortes
405 (sic ducis urget amor) properantibus undique signis
conueniunt, uisoque animis Stilichone receptis
singultus uarios lacrimosaque gaudia miscent:
sic armenta boum, uastis quae turbida siluis
sparsit hiemps, cantus ac sibila nota magistri
410 certatim repetunt et auitae pascua uallis
inque uicem se uoce regunt gaudentque fideles
reddere mugitus et, qua sonus attigit aurem,
rara per obscuras apparent cornua frondes.
accurrit uicina manus, quam Raetia nuper
415 Vandalicis auctam spoliis defensa probauit;
uenit et extremis legio praetenta Britannis,
quae Scotto dat frena truci ferroque notatas
perlegit exanimes Picto moriente figuras;
agmina quin etiam flauis obiecta Sygambris
420 quaeque domant Chattos inmansuetosque Cheruscos
huc omnes uertere minas tutumque remotis
excubiis Rhenum solo terrore relinquunt.
ullane posteritas credet? Germania quondam
illa ferox populis, quae uix instantibus olim
425 principibus tota poterat cum mole teneri,
tam sese placidam praebet Stilichonis habenis,
ut nec praesidiis nudato limite temptet

401 petentes *Heinsius* || **402—403** qui congruus, esset / ne grauis *Burmannus* || **403** formidandusue $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : -que $\mathbf{J}_3$*ac* || **406** animis . . . receptis **g***pc, Heinsius* : animi . . . recepti *cett. mei* || **407** uarios] gratos *uel* suaues *Birt* : hilares *uel* hilaros *uel* laetos *Koch* || **408** quae uastis $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2\boldsymbol{\Gamma}_1$ || **409** spargit $\mathbf{F}_2\mathbf{n}_1$ | et $\mathbf{L}_4\boldsymbol{\Gamma}_1$ || **410** et auitae $\boldsymbol{\Gamma}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : et notae $\mathbf{P}_1$: uel notae *cett. mei* | pabula $\mathbf{O}_2$ || **411** rogant *Delrii uetus* || **412** qua $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : quo $\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{A}_2$ | aures $\mathbf{R}_{26}\mathbf{z}_1$ || **413** uara *Heinsius* || **414** occurrit $\mathbf{A}_2\mathbf{O}_3\mathbf{P}_{11}$ | raetia (*uel simm.*) $\mathbf{P}_2$, *cett. mei* : grecia $\mathbf{P}_2$*ul*$\mathbf{O}_2$*ul*$\mathbf{O}_3$ || **415** uindelicis $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{F}_2$, *Iuntina* | actam $\mathbf{gLF}_3\mathbf{Z}$ || **416** *om. add. mg* $\mathbf{W}_1$ || **418** exangues $\mathbf{F}_2\mathbf{A}_2$, *Isengriniana mg* || **419** britannis $\mathbf{n}_1$ || **421** manus $\zeta\,\mu$*pc* | remotis] retactis **P***ac* : retectis **P***pc* || **422** solo $\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei* : solito $\mathbf{F}_{17}$*ac* || **423** crederit $\mathbf{n}_1$: credat $\mathbf{A}_2$ || **424** ferox populi *Exc. Puteanea* : ferax populis *uel* populi *Burmannus* || **425** poterat $\mathbf{P}_2$*pc***P***pc*$\mathbf{F}_{17}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : poterit **P***ac*$\mathbf{n}_1$: potuit $\mathbf{O}_7$ || **426** tam $\boldsymbol{\Gamma}$. *Barthius* : iam *cett. mei* | placidam praestat $\mathbf{J}_3$ || **427** neque $\mathbf{A}_2\mathbf{F}_3$ | limite $\mathbf{W}_1$*ul*$\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* : limine **g** : milite $\mathbf{F}_{17}$*ul*$\mathbf{n}_1\mathbf{q}$: principe $\mathbf{W}_1$

expositum calcare solum nec transeat amnem,
incustoditam metuens attingere ripam.
430 celsior o cunctis unique aequande Camillo!
uestris namque armis Alarici fracta quieuit
ac Brenni rabies; confusis rebus uterque
diuinam tribuistis opem, sed tardior ille
iam captae uindex patriae, tu sospitis ultor.
435 o quantum mutata tuo fortuna regressu!
ut sese pariter diffudit in omnia regni
membra uigor uiuusque redit color urbibus aegris!
creditur Herculeis lucem renouasse lacertis
femina dilecti fatis inpensa mariti;
440 et iuuenem spretae laniatum fraude nouercae
non sine Circaeis Latonia reddidit herbis;
Cretaque, si uerax narratur fabula, uidit
Minoum rupto puerum prodire sepulchro,
quem senior uates auium clangore repertum
445 gramine restituit; mirae nam munere sortis
dulcia mella necem, uitam dedit horridus anguis:
at tuus aduentus non unum corpus ab umbris,
sed tot communi populos sub morte iacentes
totaque Tartareis e faucibus oppida traxit.
450 ipso Roma die (nec adhuc ostenditur auctor)
personuit uenisse ducem, laetisque Quirites
uocibus auspicium certi plausere triumphi,
muniti Stilichone suo. quis gaudia uero
principis, amplexus alacris quis disserat aulae?
455 pulueris ambiguam nubem speculamur ab altis
turribus, incerti socios adportet an hostes

429 contingere ζ : astringere $\mathbf{O}_2$ || **430** unique] solique $\mathbf{K}_6\boldsymbol{\Gamma}_1$: uniue *Goodyear* || **432** confusis] nam fessis *uel* nam lapsis *Burmannus* : contusis *Wakefield* || **435** fortuna . . . mutata $\mathbf{P}_2\mathbf{L}\mathbf{O}_2$ | recessu $\mathbf{n}_1$ || **436** diffundit **P** || **437** rigor *Vicetina* | uiuus- $\mathbf{F}_2$*sscr* **P***ac, cett. mei* : uiuis- $\mathbf{P}_2$: primus- **P***pc* : niueus- $\mathbf{L}_4$: totus- $\mathbf{L}_3$ | redit color *cett. mei, Exc. Flor.* : redit calor $\mathbf{n}_1$: color redit $\mathbf{L}\mathbf{F}_3$*ul*$\mathbf{O}_7\mathbf{W}_2\mathbf{Z}$: calor redit $\mathbf{F}_3$ || **438** renouasse **P***pc, cett. mei* : reuocasse *Exc. Laeti* : reparasse $\mathbf{K}_8$, *Hertel* : repetisse *Hertel* || **439** maritis $\mathbf{P}_{11}$ || **441** non sine] uitae *Birt* || **443** prodisse $\boldsymbol{\Gamma}_1$: redire $\mathbf{n}_1$ || **444** clangore $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{P}\mathbf{W}_1$*ul*$\mathbf{F}_{17}$: clamore $\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: languore **L** || **445** constituit **q** | munere] numine $\mathbf{F}_3$: uulnere $\mathbf{J}_7$ || **449** tanta- *Heinsius* | ex $\mathbf{K}_6$: a *Heinsii Iunianus* || **450** ipsa $\mathbf{J}_3\mathbf{P}_1\mathbf{Z}\boldsymbol{\Gamma}_1$ | auctor] actor $\mathbf{P}\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$: ultor $\mathbf{A}_2\mathbf{Z}$ || **453** uero $\mathbf{J}_3$*ac, cett. mei* : ueri $\mathbf{J}_3$*pc* : uera $\mathbf{O}_2$: ueros *Camers* || **454** alacres $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{K}_6$*sscr* | disserat $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{g}\mathbf{P}_2\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{J}_3$*pc* : differat $\mathbf{F}_2$: deserat **LP***ac* $\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{n}_1$: dixerat $\mathbf{J}_3$*ac* : dixerit **Z** || **455** speculantur *Colinaeus* | in $\mathbf{R}_{26}$ | altis $\mathbf{P}_2$*pc, cett. mei* : artis $\mathbf{P}_2$*ac* || **456** deportet $\mathbf{J}_6$*pc*

ille globus. mentem suspensa silentia librant,
donec puluereo sub turbine sideris instar
emicuit Stilichonis apex et cognita fulsit
460 canities. gauisa repens per moenia clamor
tollitur 'ipse uenit'. portas secura per omnes
turba salutatis effunditur obuia signis.
non iam dilectus miseri nec falce per agros
deposita iaculum uibrans ignobile messor
465 nec temptans clipeum proiectis sumere rastris
Bellona ridente Ceres humilisque nouorum
seditio clamosa ducum, sed uera iuuentus,
uerus ductor adest et uiuida Martis imago.
  prospera sed quantum nostrae spes addita menti,
470 tantum exempta Getis. qui uertice proximus astris
post Alpes iam cuncta sibi promisit aperta,
nil superesse ratus, postquam tot lumina pubis,
tot subitos pedites, equitum tot conspicit alas
cinctaque fluminibus crebris ac moenibus arua,
475 seque uelut clausum laqueis, sub pectore furtim
aestuat et nimium prono feruore petitae
iam piget Italiae, sperataque Roma teneri
uisa procul; magni subeunt iam taedia coepti.
occultat tamen ore metum primosque suorum
480 consultare iubet, bellis annisque uerendos.
crinigeri sedere patres, pellita Getarum

458 *om.* **P** | turbine] uertice $\mathbf{A_2F_3Z}$: uortice *Heinsius* || **460** recens **Z** || **462** salutandis* *Heinsius* : salutatrix *Burmannus* || **463** non] nec $\mathbf{F_3}$ | dilectus $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{gF_2n_1O_3}$, *Exc. Flor.* : delectus $\mathbf{P_2LF_2}$*ul*$\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{W_1F_{17}J_3}$, *Cuiacii uetus, Vgoletus* : delictus **P***ac* | nec $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : ne $\mathbf{P_2}$*ac* : non $\mathbf{q}\zeta$ || **465** nec *cett. mei, Exc. Flor.* : non $\mathbf{F_2W_1n_1}$ | temptans *Birt* : temptat *codd., Exc. Flor.* | rutris *Schraderus* || **466–467** *sic fere intellego : et duces humili origine qui adeo inperiti sunt ut inter se dissentiant et adlatrent* | *uerba inter* humilisque *et* iuuentus *om.* **g** || **466** humilisue *Jeep* || **467** damnosa $\mathbf{P_2O_2}$*pc?* || **470** exempta $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : excepta $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{O_2}$*ac* : extracta $\mathbf{A_2}$ | getis *cett. mei, Exc. Flor.* : getae* $\mathbf{LJ_3}$*pc?*$\mathbf{F_3L_{11}}$ || **471** promittit $\mathbf{F_2}$, *Iuntina* | aperta *Heinsius* : apertas *codd.* || **472** lumina $\boldsymbol{\Gamma}$: flumina $\mathbf{W_1}$*ul, cett. mei* : fulmina $\mathbf{L_{11}}$: flamina $\mathbf{W_1}$: culmina *Jeep* | pubis $\boldsymbol{\Gamma}$: pulsis $\mathbf{P_2LF_2PW_1J_3n_1}$: pulsus $\mathbf{gz_1}$*pc* : pulsa $\mathbf{F_{17}}$: passis $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{O_2}$*ul* : passim $\mathbf{F_{17}}$*ul* : uallis *Heinsius* : rursus *Burmannus, Schraderus* || **473** *suo loco adest in* $\boldsymbol{\Gamma}$: *in cett. quotquot noui codd. post* **474** *migrauit* | subitos $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{gP_2Z}$, *Exc. Flor.* : subitus $\mathbf{P_{12}}$: subito *cett. mei* || **474** cincta- $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : cuncta- $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$: iuncta- $\mathbf{P_{11}}$: dempta- **g***pc* | fluminibus] fulminibus **Z** : criminibus $\mathbf{n_1}$: luminibus *Scarcia* | ac moenibus arua $\boldsymbol{\Gamma}$: tot moenia cernit *cett. mei* || **475** laqueis clausum $\mathbf{F_3}$ || **477** teneri] tueri $\mathbf{K_4}$: priusquam *Birt* || **478** magni] uani *Heinsius* || **479** ira $\mathbf{R_{23}}$ || **480** annis- $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{W_1}$*ul, cett. mei* : animis- $\mathbf{F_2W_1}$ || **481** senes $\boldsymbol{\Gamma}$*pc*ζ*sscr*

curia, quos plagis decorat numerosa cicatrix
et tremulos regit hasta gradus et nititur altis
pro baculo contis non exarmata senectus.
485 hic aliquis grauior natu, cui plurima dictis
consiliisque fides, defixus lumina terrae
concutiensque comam capuloque adclinis eburno,
'si numero non fallor' ait 'tricesima currit
bruma fere, rapidum postquam tranauimus Histrum,
490 Romanamque manum tantis eludimus annis.
sed numquam Mauors adeo constrinxit in artum
res, Alarice, tuas. per tot certamina docto
crede seni, qui te tenero uice patris ab aeuo
gestatum parua solitus donare pharetra
495 atque aptare breues umeris puerilibus arcus.
saepe quidem frustra monui, seruator ut icti
foederis Emathia tutus tellure maneres;
sed quoniam calidae rapuit te flamma iuuentae,
nunc saltem, si cura tibi manet ulla tuorum,
500 his claustris euade, precor, dumque agmina longe,
dum licet, Hesperiis praeceps elabere terris,
ne noua praedari cupiens et parta reponas
pastorique lupus scelerum delicta priorum
intra saepta luas. quid palmitis uber Etrusci,
505 quid mihi nescio quam proprio cum Thybride Romam
semper in ore geris? referunt si uera parentes,
hanc urbem insano nullus qui Marte petiuit
laetatus uiolasse redit; nec numina sedem
destituunt: iactata procul dicuntur in hostem
510 fulmina diuinique uolant pro moenibus ignes,
seu caelum seu Roma tonat. si temnis Olympum,

483 et[1]] at *Cuiacii uetus* | et[2]] aut *Mommsen* | alto **Γ** || **485** dicti* $\mathbf{F}_2\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{P}_{11}$*? ac?* || **486** *om. add. mg* $\mathbf{J}_3$ | consilii-* $\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{C}_1\mathbf{P}_{11}\mathbf{\Gamma}_1$: consilio- $\mathbf{K}_4$ || **487** adclinis (*uel simm.*) *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : affixus **L** : adnixus $\mathbf{n}_1$ (*ut opinor*) : innixus $\mathbf{C}_1$ || **489** transiuimus $\mathbf{R}_{26}$ || **490** eludimus $\mathbf{P}_2\mathbf{P}$, *cett. mei* : elusimus $\mathbf{g}\mathbf{P}_2$*ul* **P***sscr*$\mathbf{J}_3$ | armis $\mathbf{n}_1$ || **491** constrinxit $\mathbf{P}_2$*ul*, *cett. mei* : construxit $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{P}\mathbf{n}_1$: constringit $\mathbf{B}_1\mathbf{O}_7\mathbf{Z}\,\mu$ || **492** discrimina $\mathbf{g}\mathbf{C}_1\mathbf{F}_3\mathbf{J}_6$ | docto $\mathbf{F}_2\mathbf{J}_3$, *cett. mei* : ducto $\mathbf{P}_2\mathbf{L}$*pc* $\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{J}_3$*ul* : ductum $\mathbf{P}_2$*ul* : ductas $\mathbf{P}_2$*ul* || **496** frustra monui **Γ***pc* ($\mathbf{W}_1$), *cett. mei* : monui frustra **Γ***ac*$\mathbf{O}_3$ | icti **ΓL** (*in ras.*) $\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3\mathbf{P}_1\mathbf{P}_{13}$: istinc $\mathbf{P}_2$*pc?*$\mathbf{W}_1$: istis $\mathbf{P}_2$*ac?***P***ac*$\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{n}_1$: hostis $\mathbf{F}_2$: huius **g** : esses **P***pc* || **501** dum licet] Italica *uel* Romulea *Goodyear* | princeps $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{C}\mathbf{Z}$ | elabere *cett. mei, Vicetina* : delabere $\mathbf{R}_{26}$*pc* : uelabere $\mathbf{n}_1$: illabere $\mathbf{F}_2\mathbf{P}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$*ul* || **502** ne **P***pc*, *cett. mei* : nec $\mathbf{F}_2$**P***ac*$\mathbf{W}_1$ $\mathbf{F}_{17}$ | rapta *Heinsius* || **504** inter **LP** || **505** propero *Heinsius* || **507** insano $\mathbf{n}_1$*ac*, *cett. mei* : infando $\mathbf{n}_1$*pc* || **509** ducuntur $\mathbf{F}_3\mathbf{Z}$

a magno Stilichone caue, qui semper iniquos
Fortuna famulante premit. scis ipse, per oras
Arcadiae quam densa rogis cumulauerit ossa,
515 sanguine quam largo Graios calefecerit amnes;
extinctusque fores, ni te sub nomine legum
proditio regnique fauor texisset Eoi.'
talia grandaeuum flammata fronte loquentem
obliquisque tuens oculis non pertulit ultra,
520 sed rupit rabidas accensa superbia uoces:
'si non mentis inops fraudataque sensibus aetas
praeberet ueniam, numquam haec opprobria linguae
turpia Danubius me sospite ferret inultus.
anne, tot Augustos Hebro qui teste fugaui,
525 te patiar suadente fugam, cum cesserit omnis
obsequiis natura meis? subsidere nostris
sub pedibus montes, arescere uidimus amnes.
non ita di Getici faxint Manesque parentum
ut mea conuerso relegam uestigia cursu.
530 hanc ego uel uictor regno uel morte tenebo
uictus humum. per tot populos urbesque cucurri,
fregi Alpes galeisque Padum uictricibus hausi:
quid restat nisi Roma mihi? gens robore nostra
tum quoque pollebat, nullis cum fideret armis.
535 at nunc Illyrici postquam mihi tradita iura
meque suum fecere ducem, tot tela, tot enses,
tot galeas multo Thracum sudore paraui
inque meos usus uectigal uertere ferri
oppida legitimo iussu Romana coegi.
540 sic me fata fouent: ipsi, quos omnibus annis
uastabam, seruire dati; nocitura gementes

513 famulante J_3*pc, cett. mei* : stimulante LJ_3*ac*$F_3K_6L_{11}$ | per oras Γ : perosus *cett. mei* : perosis *Exc. Flor.* : peresis *Scaliger* : perustis *Heinsius* : perustae *Burmannus* || **514** rogis *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : iugis n_1q, *Vicetina* | cumulauerat $P_2O_2\Gamma_1$: -eris *Mommsen* || **515** graios *cett. mei, Exc. Flor.* : grates F_{17} : graecos *Vicetina, Exc. Flor.?* | calefecerit P_2*pc*(J_3), *cett. mei, Exc. Flor.* : calefecerat Γ_1 : confecerit F_{17} : calefeceris *Mommsen* || **519** tuentem Γ || **520** rabidas $\Gamma J_3(O_3)$: rapidas *cett. mei* || **521** estas n_1 || **525** suadente] sudante Γ : suadere *Scaliger* || **528** faxint ΓgW_1*ul*O_2*pc*$(P_1)P_{11}W_2Z$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : faciant J_3n_1 : faciunt P_2LF_2*pc?*$(P)W_1F_{17}$ || **530** uictor regno *codd., Exc. Flor.* : regno uictor *Vicetina* || **534** cum nullis $z_1\zeta$ | aruis *Burmannus* || **535** iura J_3, *cett. mei* : cura J_3*ul* : rura O_3*?, Heinsius* || **537** parari F_3 || **538** ducere K_6L_4 | faeni R_{26} || **540** aruis *Heinsius* || **541** *om. add. mg ma in* n_1 | seruare J_6*ac, Birt*

arma dabant flammisque diu mollitus et arte
in sua damna chalybs fabro lugente rubebat.
hortantes his adde deos. non somnia nobis
545 nec uolucres, sed clara palam uox edita luco:
"rumpe omnes, Alarice, moras; hoc inpiger anno
Alpibus Italiae ruptis penetrabis ad Vrbem."
huc iter usque datur. quis iam post talia segnis
ambigat aut caelo dubitet parere uocanti?'
550 sic ait hortatusque suos belloque uiaeque
instruit. attollunt uanos oracula fastus.
o semper tacita sortes ambage malignae
euentuque patens et nescia uatibus ipsis
ueri sera fides! Ligurum regione suprema
555 peruenit ad fluuium, miri cognominis, Vrbem,
atque illic domitus uix tandem interprete casu
agnouit dubiis inlusa uocabula fatis.
nec non et Stilicho pugnam poscentia mouit
pleno castra gradu dictisque instigat euntes:
560 'nunc nunc, o socii, temeratae sumite tandem
Italiae poenas, obsessi principis armis
excusate nefas deploratumque Timauo
uulnus et Alpinum gladiis abolete pudorem.
hic est, quem totiens campis fudistis Achiuis,
565 quem discors odiisque anceps ciuilibus orbis,
non sua uis tutata diu, dum foedera fallax
ludit et alternae periuria uenditat aulae.
credite nunc omnes quas dira Britannia gentes,
quas Hister, quas Rhenus alit, pendere paratas

542 dabant $\mathbf{P}_2$*ac*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : dabunt $\mathbf{P}_2$*pc* $\boldsymbol{\Gamma}_1$*pc*, *Exc. Gyr.* | flama- $\boldsymbol{\Gamma}_1$ || **543** rubebat $\boldsymbol{\Gamma}$**g**$\mathbf{P}_2$*ac***LPW**$_1$**J**$_3$, *Exc. Flor.* : rubebit $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{F}_2$*?pc?* : rudebat **Z** : ruebat $\mathbf{P}_{11}$: iubebat $\mathbf{F}_{17}$*pc*, *Exc. Gyr.* : fremebat $\mathbf{O}_3$: *nugas* $\mathbf{n}_1$: fluebat *Heinsius* || **545** non $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3\mathbf{K}_6$ | reddita $\mathbf{K}_6$ | luco $\mathbf{P}_2$: luco est *cett. mei* || **546—547** *acrotelestichon* ROMA *agnouit Koch* || **549** aut] an **L** : et $\mathbf{O}_3\boldsymbol{\Gamma}_1$ | dubitet caelo **L** $\boldsymbol{\lambda}$ || **550** hortatus- $\boldsymbol{\Gamma}$, *Exc. Flor.* : hortatur- *cett. mei* | belli- **Z** | uiae- *cett. mei*, *Exc. Flor.* : uia- $\mathbf{n}_1$ || **551** uastos **P** | fastos $\mathbf{R}_{26}$*ac* || **552** heu $\mathbf{P}_{11}$ || **553** carens *Jeep* | et nescia *Gronouius* : et noxia *codd.* : nec conscia *Birt* || **554** sera *codd.*, *Exc. Flor.* : sacra *Vicetina* : rara *Jeep* || **555** fluuium et miri cognominis urbem *Heinsius olim* : fluuii ripas cognominis Vrbi (urbi *iam* $\mathbf{A}_3$ *praebet*) *uel* fluuium, diri nunc ominis, Vrbem *Burmannus* || **557** agnoscit *Birt* || **559**dictu - *Heinsii Iunianus* : ductu- $\mathbf{O}_3$ | instigat *omnes mei*, *Exc. Flor.* : inflammat *Vicetina* || **560** nunc nunc o $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei* : nunc o $\mathbf{P}_2$*ac*$\mathbf{n}_1$: nunc o nunc $\mathbf{K}_4$ || **562** excusate] explorate $\mathbf{K}_4$: expurgate *Clauerius ad Gild. 430* (*an memoriae lapsu?*) || **566** nec sua $\mathbf{P}_2$ | diu est $\mathbf{O}_2$ || **567** uenditat (-cat) **g***ac*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* : uindicat **g***pc* || **568** omnes] socii $\mathbf{K}_6$ | dura* $\mathbf{K}_6\mathbf{O}_2$*?ac* || **569** rhenus . . . hister $\mathbf{z}_1$

570 in speculis: uno tot proelia uincite bello.
Romanum reparate decus molemque labantis
imperii fulcite umeris: hic omnia campus
uindicat, haec mundo pacem uictoria sancit.
non in Threiciis Haemi decernimus oris
575 nec super Alpheas umbrantia Maenala ripas
constitimus; non hic Tegean Argosque tuemur:
uisceribus mediis ipsoque in corde uidetis
bella geri. patrem clipeis defendite Thybrim.'
talia nunc pediti, turmae nunc mixtus equestri
580 dicta dabat. simul externis praecepta ferebat
auxiliis. ibat patiens dicionis Alanus
qua nostrae iussere tubae, mortemque petendam
pro Latio docuit †gentis praeclarus Alanae
cui natura breues animis ingentibus artus
585 finxerat inmanique oculos infecerat ira;
uulneribus pars nulla uacat rescissaque contis
gloria foedati splendet iactantior oris.
ille tamen mandante procul Stilichone citatis
adcelerauit equis Italamque momordit harenam.
590 felix Elysiisque plagis et carmine dignus,
qui male suspectam nobis inpensius arsit
uel leto purgare fidem, qui iudice ferro

570 proelia uincite $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{W_1}$ *ul, cett. mei* : proelia uincere $\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{PW_1}$: uincite proelia $\mathbf{A_2}$ || **571** reparare $\mathbf{Pn_1}$ | labantis $\boldsymbol{\Gamma}$**g**$\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{LF_2P}$*pc*$\mathbf{F_{17}}$*?ac*$\mathbf{J_3}$, *Exc. Flor.* : labentis $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{W_1F_{17}}$*pc?*$\mathbf{n_1}$: cadentis $\mathbf{L_3}$ || **573** pacem mundo $\boldsymbol{\mu}$ | sanxit $\mathbf{L_4O_2}$: fauent $\mathbf{n_1}$ || **574** decreuimus $\mathbf{LR_{26}}$*ac* $\boldsymbol{\lambda}$ || **575** *om.* **g** | non $\mathbf{LF_3W_2}$ $\boldsymbol{\lambda}$ || **576** tegeen* $\mathbf{F_3L_4}$, *Cuiacii uetus* | argosue $\mathbf{O_7}$: argonque $\boldsymbol{\mu}$: agrosque $\mathbf{P_{11}}$ || **578** patrium $\boldsymbol{\zeta}$ || **579** turbae $\mathbf{K_4}$ || **580** simul] nunc $\mathbf{K_4}$ | praecepta $\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{F_{17}}$, *cett. mei* : edicta $\mathbf{F_2}$ $\mathbf{F_{17}}$*ul* || **582** qua $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : quae $\boldsymbol{\Gamma}$: quam $\mathbf{n_1}$: quod $\mathbf{A_2}$ | petebat $\boldsymbol{\Gamma}$**g**, *Exc. Flor.* || **583** docuit] ductor *F. Baehrens* | gentis praeclarus alanae *omnes mei* : genti praeclarus alanae $\mathbf{A_2}$: gentis praelatus alanae $\boldsymbol{\zeta}$, *Cuiacii uetus* : gentis praefectus alanae $\mathbf{R_{13}}$*ul, Jeep* : gentis dux clarus Alanae *Delrius* : genti praelatus Alanae *Scaliger* : gentes praeclara *** *Barthius* (*ita ut* praeclara *cum* natura *coniungeretur et nomen ipsius uiri uersum adinpleret*) : gentis praeclarius unus *Birt* : gentes praeclarus Alanus *De Venuto* : gentis praeclarus alumnus *Ferraro* (*Atene e Roma 15* [*1970*] *31 sqq.*). *sub adiect.* Alanae *fieri potest ut lateat proprium nomen, sed, uerum ut fatear, hic haereo* || **584** pares *Birt* || **585** finxerat] fixerat $\mathbf{Ln_1}$: auxerat *Goodyear* | infixerat $\mathbf{K_4}$ || **586** rescissa- **g**$\mathbf{F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3J_6L_3W_2}$*pc, Exc. Flor.* : rescisa- $\mathbf{LF_2}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$*ac* : recisa- $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{PW_1n_1}$: retisa- $\mathbf{P_2}$: prescisa- $\boldsymbol{\mu}$: incisa- *Cuiacii uetus* : praecisa *Scaliger* : inuisa- *Barthius* | contis **g**$\mathbf{J_3n_1}$: cunctis $\boldsymbol{\Gamma}\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{LPW_1F_{17}}$: conctis *Exc. Flor.* : cunptis? $\mathbf{F_2}$: certis $\mathbf{P_2}$ || **588** mille *Burmannus* | tamen] agmen *uel* aciem *Birt* | *nonnihil ante hunc uers. excidisse censuit Mommsen* || **589** accelerauit *omnes mei, Exc. Flor.* : acceleratur *Vicetina* || **592** uindice $\mathbf{O_3}$

diluit inmeritum laudato sanguine crimen!
morte uiri turbatus eques flectebat habenas
595 totaque praeciso nutassent agmina cornu,
ni celer instructa Stilicho legione secutus
subsidiis peditum pugnam instaurasset equestrem.
quis Musis ipsoque licet Paeane recepto
enarrare queat, quantum Gradiuus in illa
600 luce suae dederit fundator originis urbi?
altius haud umquam toto descendimus ense
in iugulum Scythiae, tanta nec clade superbum
contudimus Tanain uel cornua fregimus Histri.
inuisum miles sitiens haurire cruorem
605 per uarias uestes onerataque plaustra metallo
transit et argenti cumulos, et caedis auarus
contemptas proculcat opes; pretiosior auro
sanguis erat; passim neclecti prodiga lucri
ira furens strictis odium mucronibus explet.
610 purpureos cultus absumptique igne Valentis
exuuias miserisque graues crateras ab Argis
raptaque flagranti spirantia signa Corintho
callidus ante pedes uenientibus obicit hostis
incassum; neque enim feralis praeda moratur,
615 sed iustos praebent stimulos monumenta doloris.
asseritur ferro captiuum uulgus, et omnes
diuersae uocis populi, quos traxerat hostis
seruitio, tandem dominorum strage redempti
blanda cruentatis affigunt oscula dextris,
620 desertosque lares et pignora laeta reuisunt.
miratur sua quemque domus cladesque renarrant

595 praeciso ΓP_2*pc*LJ_3 : presciso n_1 : praescisso gPW_1F_{17} : precisso F_2 : conciso p_2 : perculso *Schraderus* | nutassent Γg*pc?*LF_2*pc*PW_1F_{17}*pc*J_3, *Exc. Flor.* : mutassent P_2F_2*ac*F_{17}*ac*(n_1) : turbassent B_1Z || **602** nec tanta K_6 | laude n_1 || **606** auidusque cruoris p_2 || **607–608** '*Verba* pretiosior . . . passim *pro spuriis expunxerim; nam et sententia ipsa abundat et offendit* erat' *Birt. quem si sequaris, non tum sententia abundet, sed prodeat Septipes uersus* || **609** ira P_2*pc*F_2*pc*P*pc*F_{17}*pc*, *cett. mei* : illa P_2*ac*F_2*ac*P*ac*F_{17}*ac*n_1 : turba K_4 | strictis odium ΓgP_2*ul*$F_2W_1F_{17}$*pc*J_3 : strictis odio P_2PF_{17}*ac*n_1 : odium strictis μ : odio strictis $L\lambda$ || **610** absumptique Γ*ac* : absumptasque Γ*pc*(F_2) : assumptas n_1 : absumptoque (ass-) *cett. mei* : exemptas *Birt* | ualentis *Cuiacii uetus* : ualentes P_2, *cett. mei* : calentes P_2*ul* || **611** miseris- P_2*pc*, *cett. mei.* : miseri- P_2*ac* : mersis- O_2*ac* || **612** capta- P_{11} | spumantia P_2O_2 || **613** *om. add. mg* F_2 | abicit P_2 || **614** nec F_2W_1 || **615** praebet *Heinsius* | momenta A_2 | dolori *Heinsius* || **618** redempti *omnes mei, Exc. Flor.* : recepti O_3 || **619** affingunt $L\lambda$ || **620–622** *ut interpolatos exclusit Jeep* || **620** desertos-] desuetos- g, *Exc. Laeti* : misertos- n_1 : dilectos- C_1 || **621** miratur *omnes mei, Exc. Flor.* : mirantur *Vicetina*

ordine, tum grati referunt miracula belli.
  quis tibi tunc, Alarice, dolor, cum Marte perirent
diuitiae spoliisque diu quaesita supellex,
625 pulsaretque tuas ululatus coniugis aures,
coniugis, inuicto dudum quae freta marito
demens Ausonidum gemmata monilia matrum
Romanasque alta famulas ceruice petebat!
scilicet Argolicas Ephyreiadasque puellas
630 coeperat et pulchras iam fastidire Lacaenas!
sed dea quae nimiis obstat Rhamnusia uotis
ingemuit flexitque rotam: domat aspera uictos
pauperies, unoque die Romana rependit
quidquid ter denis acies amisimus annis.
635   o celebranda mihi cunctis Pollentia saeclis,
o meritum nomen felicibus apta triumphis,
uirtuti fatale solum, memorabile bustum
barbariae! nam saepe locis ac finibus illis
plena lacessito rediit uindicta Quirino.
640 illic Oceani stagnis excita supremis
Cimbrica tempestas aliasque inmissa per Alpes
isdem procubuit campis. iam protinus aetas
adueniens geminae gentis permisceat ossa
et duplices signet titulos, commune tropaeum:
645 'hic Cimbros fortesque Getas, Stilichone peremptos
et Mario, claris ducibus, tegit Itala tellus.
discite, uaesanae, Romam non temnere, gentes.'

622 tum grati $\mathbf{\Gamma g J_3 O_3} \mu$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : tunc grati $\mathbf{L}\lambda$: cum grati $\mathbf{F_{17}}$: congrati $\mathbf{F_2 P}$: cognati $\mathbf{n_1}$, *Vicetina* : cognatis **P***ul*, *Scaliger* : congressi $\mathbf{P_2 W_1}$ || **623** tunc *omnes mei*, *Exc. Gyr.* : nunc $\mathbf{B_1 Z} \mu$ || **625** coniugis $\mathbf{J_3}$*ac*, *cett. mei* : flebilis* $\mathbf{J_3}$*pc*$\mathbf{F_3 Z z_1}$ || **626** quae dudum $\mathbf{A_2} \zeta$ || **628** petebat $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{F_2}$*sscr*, *cett. mei* : patebat $\mathbf{P_2}$*ac* : parabat $\mathbf{F_2 L_{11}}$, *Isengriniana mg* || **632** ingemuit] infremuit *Heinsius, Schraderus* : intumuit *Marklandus* || **633** pependit $\mathbf{F_2 n_1 O_3 Z}$ || **634** *om.* $\mathbf{J_3}$ | commisimus **g** : amisit in *Koch* || **635** celebranda $\mathbf{F_{17}}$, *cett. mei* : ueneranda $\mathbf{F_2}$ $\mathbf{F_{17}}$*ul* || **637** uirtuti *Heinsius* : uirtutis *cett. mei* : uirtutum $\mathbf{P_2 O_2}$ | natale *Birt* || **638** istis *Heinsii Iunianus* || **639** Quiriti *Heinsius* || **640** supremi *Heinsius* || **641** alias- **g***ac*$\mathbf{F_2}$*pc?***P***pc*, *cett. mei*, : alias **g***pc*, *Exc. Flor.* : altas-* **P***ac* | emissa *Exc. Flor.* || **642** procubuit *omnes mei*, *Exc. Flor.* : procumbit $\mathbf{z_1}$ | aestas *Heinsius* || **643** geminae gentis $\mathbf{\Gamma g P_2 L F_2}$*pc*$\mathbf{W_1}$*pc*$\mathbf{F_{17} J_3}$*pc*$\mathbf{n_1}$: getice gentis $\mathbf{F_2}$*ac*$\mathbf{W_1}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$*ul*, *Isengriniana* : gentem gentis **P***ac* : tante gentis $\mathbf{J_3}$*ac* : cimbris geticorum **P***pc*$\mathbf{A_2 L_3}$ | admisceat $\mathbf{F_2 P W_1 A_2 L_3}$ || **644** duplici . . . titulo *Heinsius* | iunget *uel* iungat *Birt* || **645** forti- $\mathbf{L_4}$: strictos- $\mathbf{n_1}$ (*in uersu foede lacerato*) || **646** ducibus claris $\mathbf{P_1}$ || **647** tem(p)nere] tendere $\mathbf{K_6}$: spernere $\mathbf{z_1}$

codicum subscriptiones: claudiani de bello gothico explicit $\mathbf{\Gamma}$: explicit $\mathbf{P_2}$: explicit liber tertius decimus et ultimus claudiani $\mathbf{F_2}$: explicit de bello gotico *Exc. Flor.*

27

PANEGYRICI DICTI HONORIO AVGVSTO SEXTVM CONSVLI

PRAEFATIO

Omnia quae sensu uoluuntur uota diurno
  pectore sopito reddit amica quies.
uenator defessa toro cum membra reponit,
  mens tamen ad siluas et sua lustra redit.
5 iudicibus lites, aurigae somnia currus
  uanaque nocturnis meta cauetur equis.
furto gaudet amans, permutat nauita merces
  et uigil elapsas quaerit auarus opes,
blandaque largitur frustra sitientibus aegris
10 inriguus gelido pocula fonte sopor.

27 1–10 **gP$_2$, L, F$_2$P, R, W$_1$, F$_{17}$J$_3$n$_1$**, *Voss.* (*i. e. Ausonii cod. Vossianus 111, saec. ix*) || 11–26 **gP$_2$, L, F$_2$P, R, W$_1$, F$_{17}$J$_3$n$_1$**

codicum inscriptiones: prologus libri undecimi **g** : incipit liber octauus super laude honorii et stiliconis **F$_2$***mr* : incipit de cons̄ honorio augusto **R** : prefacio in librum septimum **W$_1$** : prefacio ad sextum librum **J$_3$***ma* : prefatio de sexto consulatu honorii augusti **B$_1$L$_3$** : incipit paneguricus de sexto consulatu honorii augusti praefatio *Exc. Flor.* (*similiter* **CC$_1$L$_1$O$_7$**ζ). *extat haec praef. in plurimis qui opus de raptu Proserpinae continent codicibus* (*e quibus nunc* **g$_3$K$_4$p$_2$** ψ_1 *hic illic profero, additis litteris DRP*), *tertio illius operis libro praefixa. illi loco a Claudiano designatam huc postea a librariis translatam esse suspicatur Gualandri* : *mihi contra, quod plerisque conprobatum est, hinc illuc migrauisse persuasum est*

27 2 pectore sopito *omnes mei, Voss.* : tempore sopito **K$_4$** (*DRP*) : tempore nocturno **p$_2$** (*DRP*) || 3 defessa (lassata *Par. 15155*) toro cum membra *cett. mei, Voss., Exc. Flor., Exc. Gyr.* : cum membra toro defessa **J$_3$K$_6$** : dum (cum *Heinsii Iunianus*) fessa toro sua membra **g$_3$** (*DRP*)**K$_4$** (*DRP*) ψ_1 (*DRP*) || 5 cursus **P$_{11}$***ac, Voss.* || 7 furto gaudet amans *omnes mei, Voss.* : gaudet amans furto **K$_4$** (*DRP*) **p$_2$** (*DRP*) | merces **P**, *cett. mei, Voss.* : metas **P***ul* || 8 et uigil elapsas *omnes mei, Voss.* : peruigil elapsas ψ_1 (*DRP*) : et uigili elapsas *Gesnerus* : et uigili lapsas *Buecheler*

me quoque Musarum studium sub nocte silenti
artibus adsuetis sollicitare solet.
namque poli media stellantis in arce uidebar
ante pedes summi carmina ferre Iouis;
15 utque fauet somnus, plaudebant numina dictis
et circumfusi sacra corona chori.
Enceladus mihi carmen erat uictusque Typhoeus
(hic subit Inarimen, hunc grauis Aetna domat);
quam laetus post bella Iouem susceperit Aether
20 Phlegraeae referens praemia militiae.
additur ecce fides nec me mea lusit imago,
inrita nec falsum somnia misit ebur.
en princeps, en orbis apex aequatus Olympo,
en, quales memini, turba uerenda, deos!
25 fingere nil maius potuit sopor, altaque uati
conuentum caelo praebuit aula parem.

11 studio $\mathbf{F_2}$: studiis $\mathbf{A_2}$ || **12** assiduis $\mathbf{J_3K_6L_4P_{10}}$ | inuigilare iubet $\mathbf{K_4}$ || **13** arce ($\mathbf{n_1}$), *cett. mei* : axe $\mathbf{g_3}$ (*DRP*) : orbe $\mathbf{P_2}$ || **14** iouis . . . pedes σ || **15** plauserunt $\mathbf{p_2}$ || **17** uinctus-* $\mathbf{gPW_1L_1P_{10}}$ ϱ*?* || **18** hic subit inarimen (*uel simm.*) *cett. mei, Exc. Flor.* : hunc premit inarimes (*uel simm.*) $\mathbf{F_2F_3F_{20}W_2}$, *Vicetina, Exc. Gyr.* | (h)enna $\mathbf{Pn_1O_2}$ | premit $\mathbf{L_3p_2}$ (*DRP*) || **19** laetum $\mathbf{PRn_1}$ | susceperat $\mathbf{P_2RP_{10}}$ || **21** me mea lusit $\mathbf{gF_2PJ_3n_1}$: te mea lusit $\mathbf{RO_2}$: iam mea lusit $\mathbf{LF_{17}}$*ac* : iam me lusit $\mathbf{P_2F_{17}}$*pc* : me iam lusit $\mathbf{W_1}$: me mea fallit ψ_1 (*DRP*) : me delusit *Goodyear* || **23** aequatus **g***?pc*$\mathbf{F_2PR}$, *Exc. Flor., Iuntina, Exc. Gyr.* : aequatur **g***?ac, cett. mei* : aequandus *Delrii cod.* || **24** memini **gLR***pc*$\mathbf{W_1J_3}$: meminit $\mathbf{P_2F_2PR}$*ac* $\mathbf{F_{17}n_1}$ | dei *Scaliger*

28

PANEGYRICVS DICTVS HONORIO AVGVSTO SEXTVM CONSVLI

Aurea Fortunae Reduci si templa priores
ob reditum uouere ducum, non dignius umquam
haec dea pro meritis amplas sibi posceret aedes
quam sua cum pariter trabeis reparatur et urbi
5 maiestas; neque enim campus sollemnis et urna
luditur in morem, species nec dissona coetu
aut peregrina nitet simulati iuris imago.
indigenas habitus natiua Palatia sumunt,
et, patriis plebem castris sociante Quirino,
10 Mars Augusta sui renouat suffragia campi.
qualis erit terris, quem mons Euandrius offert
Romanis auibus, quem Thybris inaugurat, annus?
quamquam omnes, quicumque tui cognominis, anni
semper inoffensum dederint successibus omen
15 sintque tropaea tuas semper comitata secures,
hic tamen ante omnes miro promittitur ortu
urbis et Augusti geminato numine felix.
namque uelut stellas Babylonia cura salubres
optima tum spondet mortalibus edere fata,

28 **1–551** $\mathbf{gP_2Z, L, F_2P, R, W_1, F_{17}J_3n_1}$ || **552–619** $\mathbf{gP_2Z, F_2P, R, W_1, F_{17}J_3n_1}$ || **620–660** $\mathbf{gP_2Z, L, F_2P, R, W_1, F_{17}J_3n_1}$

codicum inscriptiones: incipit liber undecimus **g** : narratio **R***mr* : incipit liber septimus. panagericus de sexto consulatu honorii augusti liber quartus $\mathbf{W_1}$: liber de VI consulatu honorii $\mathbf{J_3}$*ma* : claudiani panegyris in sextum honorii augusti consulatum ϑ

28 **2** ob redditus $\mathbf{P_1}$: pro reditu $\mathbf{B_1}$ | non] num* $\mathbf{F_3}\zeta$: nec λ : nunc $\mathbf{P_1}$ || **3** amplas ... aedes] latàs ... edes $\mathbf{B_1}$: amplis ... aedem *Jeep* || **4** trabeis pariter $\mathbf{F_2}$ | reparatur **ZL** (*in ras.*) $\mathbf{F_2PRF_{17}}$*ul***Z** ϑ : reparetur *Exc. Flor.?*, *Exc. Gyr.* : repetatur **g***pc?*$\mathbf{P_2W_1F_{17}J_3n_1}$ | urbis $\mathbf{gCL_1P_1S_3}$ || **5** neque *cett. mei*, *Exc. Flor.* : nec $\mathbf{P_2J_3O_2P_{10}}$ | campi ... urnae *Scaliger* || **6** non $\mathbf{J_3K_6O_7P_{14}}$ | cultu $\mathbf{F_3}$*ul*ζ*ul*, *Schraderus* || **9** patribus plebem sanctis *Paul* || **10** reuocat $\mathbf{P_2}$ || **11** erat $\mathbf{gC_1J_7}$*ac* $\mathbf{K_6L_4z_1}$: eat *Heinsius* || **12** annum* $\mathbf{F_2F_3F_{20}J_6}$ || **13** quicumque $\mathbf{P_2}$*ac*, *cett. mei* : quoscumque $\mathbf{P_2}$*pc* : quotcumque *Heinsius* || **14** dederint $\mathbf{gP_2L}$*pc*$\mathbf{F_2PRF_{17}}$*pc?* $\mathbf{J_3}$*pc?*, *Exc. Flor.* : dederant **ZL***ac*$\mathbf{W_1F_{17}}$*?ac*$\mathbf{J_3}$*?ac*$\mathbf{n_1}$: dederunt* *Heinsius* || **15** sint- **L***pc*, *cett. mei* : sunt-* **ZL***ac*$\mathbf{W_1n_1}$, *Heinsius* || **17** urbis et] ter bis in *Scaliger* | numine $\mathbf{gP_2}$*pc*$\mathbf{F_{17}J_3}$*ac*$\mathbf{n_1}$, *Exc. Flor.* : nomine $\mathbf{ZLF_2PRW_1F_{17}}$*sscr*$\mathbf{J_3}$*pc* || **19** tunc $\mathbf{P_2}$*pc*, *cett. mei* : *correxi* : nunc $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{ZLW_1}$ | facta $\mathbf{ZLW_1}$

20 caelicolae cum celsa tenent summoque feruntur
cardine nec radios humili statione retundunt,
haud aliter Latiae sublimis Signifer aulae,
imperii sidus propria cum sede locauit,
auget spes Italas; et certius omina surgunt
25 uictrici concepta solo.
cum pulcher Apollo
lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras,
nil tum Castaliae riuis communibus undae
dissimiles, uili nec discrepat arbore laurus
antraque maesta silent inconsultique recessus.
30 at si Phoebus adest et frenis grypa iugalem
Riphaeo tripodas repetens detorsit ab axe,
tum siluae, tunc antra loqui, tum uiuere fontes,
tum sacer horror aquis adytisque effunditur echo
clarior et doctae spirant praesagia rupes.
35 ecce Palatino creuit reuerentia monti
exultatque habitante deo potioraque Delphis
supplicibus late populis oracula pandit
atque suas ad signa iubet reuirescere laurus.
non alium certe decuit rectoribus orbis
40 esse larem, nulloque magis se colle potestas
aestimat et summi sentit fastigia iuris.
attollens apicem subiectis regia rostris
tot circum delubra uidet tantisque deorum
cingitur excubiis. iuuat infra tecta Tonantis
45 cernere Tarpeia pendentes rupe Gigantas
caelatasque fores mediisque uolantia signa
nubibus et densum stipantibus aethera templis
aeraque uestitis numerosa puppe columnis

20 fruuntur **L** || **21** radiis *Heinsius* (*cum* recumbunt) | retundunt $\mathbf{C_1}$, *Gesnerus* : recundunt $\mathbf{K_6}$: recondunt *cett. mei* : recedunt **Z** : recumbunt *Exc. Gyr.* || **23** prima cum *Exc. Laeti, Iuntina* || **24** omina $\mathbf{gZLRW_1n_1}$: omnia $\mathbf{P_2PF_2F_{17}J_3}$ || **25** completa $\mathbf{K_4}$ || **26** aras $\mathbf{W_1}$*pc*, *cett. mei* : auras $\mathbf{F_2J_3L_3P_{14}}$: arces **g** : Arctos *Heinsius* || **31** repetens **Z***sscr*, *cett. mei* : ueniens **Z** || **32** uiuere frondes *Delrius* || **34** *om. add. mg* **P** || **36** exultat- **R***pc*, *cett. mei* : -ant- **ZLR***ac* || **37** fundit **ZL** λ || **41** sentit *cett. mei, Exc. Flor.* : sensit $\mathbf{ZW_1n_1}$ ϑ : sancit *Heinsius* : scandit *Birt* | fastigia] uestigia **ZL** : suffragia $\mathbf{P_1}$ || **42** nostris $\mathbf{gn_1P_1}$, *Exc. Flor.* || **44** infra **gL***pc***R***mr*$\mathbf{W_1F_{17}J_3n_1}$: intra $\mathbf{P_2ZL}$*ac*$\mathbf{F_2PR}$: inter *Jeep* | tecta $\mathbf{P_2}$*?ac***R***mr*, *cett. mei* : templa $\mathbf{P_2}$*pc* **P***ul***R***ul* : tela **PR** || **46** caelatas- $\mathbf{P_2}$*ul*$\mathbf{J_3}$*pc*, *cett. mei* : elatas- $\mathbf{P_2J_3}$*ac* | thoros ϑ || **47** demptum *Birt* | telis $\mathbf{O_2}$*pc* || **48** aruaque *Koch* | numerosa puppe $\mathbf{ZLF_2P}$*ac* $\mathbf{RJ_3n_1}$: numerosa ueste **g** (*in ras.*) $\mathbf{P_2P}$*pc***R***ul*$\mathbf{W_1F_{17}}$: numeroso uecte *Heinsius*

consita subnixasque iugis inmanibus aedes,
50 naturam cumulante manu, spoliisque micantes
innumeros arcus. acies stupet igne metalli
et circumfuso trepidans obtunditur auro.
  agnoscisne tuos, princeps uenerande, penates?
haec sunt quae primis olim miratus in annis
55 patre pio monstrante puer. nil optimus ille
diuorum toto meruit felicius aeuo
quam quod Romuleis uictor sub moenibus egit
te consorte dies, cum se melioribus addens
exemplis ciuem gereret terrore remoto,
60 alternos cum plebe iocos dilectaque passus
iurgia patriciasque domos priuataque passim
uisere deposito dignatus limina fastu.
publicus hinc ardescit amor, cum moribus aequis
inclinat populo regale modestia culmen.
65 teque rudem uitae, quamuis diademate necdum
cingebare comas, socium sumebat honorum
purpureo fotum gremio, paruumque triumphis
imbuit et magnis docuit praeludere fatis.
te linguis uariae gentes missique rogatum
70 foedera Persarum proceres cum patre sedentem
hac quondam uidere domo positoque tiaran
summisere genu. tecum praelarga uocauit
ditandas ad dona tribus; fulgentia tecum
collecti trabeatus adit delubra senatus
75 Romano puerum gaudens offerre fauori,
ut nouus imperio iam tunc adsuesceret heres.
  hinc tibi concreta radice tenacius haesit
et penitus totis inoleuit Roma medullis,

49 condita $\mathbf{J}_7$ | *loquendi rationem hic agnoscere mihi uideor non dissimilem eius quam ad Manil. I 539 inlustrat Housman* : aera *enim sunt rostra, neque aliud uerba* numerosa puppe *significant quam numerosis rostris. hoc tantum uoluit dicere poeta, plurima ex aere rostra columnis adfixa cerni* || **51** innumeris* *Barthius, Heinsius* || **53** custos $\mathbf{P}_2$ || **54** miratus **PR***mr, cett. mei* : miratur $\mathbf{n}_1$ ϑ : miseratus **P***?sscr* | ab annis $\mathbf{ZLF}_{20}$ || **55** puer **P** : petis **R***mr, cett. mei* : uias *Camers mg* | nihil $\mathbf{F}_3\mathbf{P}_{14}$ || **56** tanto ϑ || **57** quod] -quam **LR***mr* λ*ac* : quos *Heinsius* || **59** gereret ciuem ζ || **61** *om. add. mg* $\mathbf{F}_{17}$ | seria *Schraderus* || **62** limina . . . uisere *Flor. Gall.* || **64** inclinet $\mathbf{L}_4$ || **65** nondum $\mathbf{F}_3\mathbf{O}_3\mathbf{P}_{11}$ || **66** honoris **Z** λ || **67** fotum ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* : fetum $\mathbf{ZF}_{20}\mathbf{S}_3$: secum $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2\mathbf{P}_1$ | trophaeis $\mathbf{J}_7$ || **68** induit $\mathbf{P}_2\mathbf{LF}_2\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$ λ | fatis **R***ac*$\mathbf{P}_{11}$, *Exc. Flor.* : fastis **R***pc, cett. mei* || **72** preclara **R** || **74** collecti . . . senatus **P***ac, cett. mei* : collecto . . . senatu **P***pc*$\mathbf{O}_3$ μ*pc* || **75** afferre $\mathbf{L}_4$ || **77** *om.* **L** | hic $\mathbf{K}_6$ || **78** inoleuit **P**, *cett. mei* : assueuit **P***sscr*

dilectaeque urbis tenero conceptus ab ungue
80 tecum creuit amor; nec te mutare reuersum
eualuit propria nutritor Bosporos arce.
et quotiens optare tibi quae moenia malles
alludens genitor regni pro parte dedisset,
diuitis Aurorae solium sortemque paratam
85 sponte remittebas fratri: 'regat ille uolentes
Assyrios; habeat Pharium cum Tigride Nilum;
contingat mea Roma mihi.' nec uota fefellit
euentus. Fortuna nouum molita tyrannum
iam tibi quaerebat Latium, belloque secundo
90 protinus, Eoa uelox accitus ab aula,
suscipis Hesperiam patrio bis Marte receptam.
ipsa per Illyricas urbes Oriente relicto
ire Serena comes nullo deterrita casu,
materna te mente fouens Latioque futurum
95 rectorem generumque sibi, seniore supernas
iam repetente plagas. illo sub cardine rerum
sedula seruatum per tot discrimina pignus
restituit sceptris patrui castrisque mariti.
certauit pietate domus, fidaeque reductum
100 coniugis officio Stilichonis cura recepit.
  felix ille parens, qui te securus Olympum
succedente petit! quam laetus ab aethere cernit
se factis creuisse tuis! duo namque fuere
Europae Libyaeque hostes: Maurusius Atlans
105 Gildonis furias, Alaricum barbara Peuce
nutrierat, qui saepe tuum spreuere profana
mente patrem. Thracum uenientem e finibus alter
Hebri clausit aquis; alter praecepta uocantis
respuit auxiliisque ad proxima bella negatis
110 abiurata palam Libyae possederat arua.

79 urbi $\mathbf{F}_3$ | tenero . . . ungue **P***pc***R** : teneris . . . annis *cett. mei* || **82** malles *cett. mei, Exc. Flor.* : uelles **g***?pc*$\mathbf{W}_1\mathbf{B}_1$ ϑ || **90** accinctus ϑ || **91** receptam] repertam $\mathbf{n}_1$: retentam $\mathbf{O}_3$ || **93** deterrita **P**, *cett. mei* : perterrita **P***mg* $\mathbf{P}_1$ μ || **95** seniore] rectore $\mathbf{O}_3$: genitore *Schraderus* || **99** fidae- *omnes mei, Exc. Gyr.* : fido- $\mathbf{P}_{10}$*?* || **100** officio $\mathbf{P}_2\mathbf{ZLRW}_1\mathbf{J}_3$: officii $\mathbf{PF}_{17}$*ac*$\mathbf{P}_{11}$: officiis $\mathbf{gF}_2\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{n}_1\mathbf{K}_6$: obsequiis '*Ambros. primus*' *Heinsii* (*sed non praesto est in* $\mathbf{K}_6$) || **102** qui $\mathbf{A}_2$ || **103** fastis $\mathbf{J}_7$ ϑ || **107** uenientem e $\mathbf{A}_2$: uenientem* $\mathbf{ZLF}_2$*pc*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$: euenientem $\mathbf{W}_1$: ueniens e **g***pc*$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*ac***PR** $\mathbf{F}_{17}$*ul*$\mathbf{J}_3$: ueniens a $\mathbf{F}_3$: uenienti (*cum* aquas **108**) *Heinsius* || **108** aquas **gL**$\mathbf{J}_7$*ac*$\mathbf{L}_{11}$ || **109** auxiliisque **L***ac*, *cett. mei* : auxiliis **L***pc*$\mathbf{F}_2\mathbf{B}_1$*ac*$\mathbf{F}_3$ ϑ*ac* || **110** adiurata $\mathbf{F}_{20}\mathbf{L}_1$ | libyes *Heinsii Iunianus*

quorum nunc meritam repetens non inmemor iram
suppliciis fruitur natoque ultore triumphat.
ense Thyestiadae poenas exegit Orestes,
sed mixtum pietate nefas dubitandaque caedis
115 gloria materno laudem cum crimine pensat;
pauit Iuleos inuiso sanguine Manes
Augustus, sed falsa pii praeconia sumpsit
in luctum patriae ciuili strage parentans:
at tibi causa patris rerum coniuncta saluti
120 bellorum duplicat laurus, isdemque tropaeis
reddita libertas orbi, uindicta parenti.
sed mihi iam pridem captum Parnasia Maurum
Pieriis egit fidibus chelys; arma Getarum
nuper apud socerum plectro celebrata recenti.
125 aduentus nunc sacra tui libet edere Musis
grataque patratis exordia sumere bellis.
iam Pollentini tenuatus funere campi,
concessaque sibi (rerum sic admonet usus)
luce, tot amissis sociis atque omnibus una
130 direptis opibus, Latio discedere iussus
hostis et inmensi reuolutus culmine fati
turpe retexit iter. qualis piratica puppis,
quae cunctis infensa fretis scelerumque referta
diuitiis multasque diu populata carinas
135 incidit in magnam bellatricemque triremim,
dum praedam de more parat; uiduataque caesis
remigiis, scissis uelorum debilis alis,
orba gubernaclis, antemnis saucia fractis,
ludibrium pelagi uento iactatur et unda
140 uastato tandem poenas luitura profundo:
talis ab urbe minas retro flectebat inanes

112 triumphans **F_3** || **113** thyestiadae (*uel simm.*) **g***pc***F_2***pc***P***pc***R***pc***J_3**, *Exc. Gyr.* : thyestiaden (*uel simm.*) **ZLF_2***ac***P***ac***R***ac***$W_1$$F_{17}$$n_1$**, *Exc. Flor.* : tiastiadis **P_2** || **115** materno **gZF_2***ac***PR$W_1$$F_{17}$** : maternae **$P_2LF_2$***pc***$J_3$$n_1$** || **117** saeua **$K_6$** || **118** parentans **g***?ac***$P_2$$F_{17}$***ac***$J_3$** *ul* **C(P$_1$)** : parentis **g***pc***F_{17}***pc***J_3**, *cett. mei* || **120** triumphis **F_{17}** || **125** tuis (*iam* **P***ac***F_{17}***?ac*) libet edere muris *Heinsius* || **127–330** *ad hunc locum non pertinere censuit Paul, contra quem dixit Goetz, RhM 31 (1876) 342 sqq.* || **131** *inter* **127** *et* **128** *locatus est in* **J_3** || **132** retraxit **n_1q** || **133** sceleris **$J_3$$C_1$$K_6$$P_{11}$** | referta **P***pc***R***pc*, *cett. mei* : reperta **P***ac***R***ac* : refecta **$n_1$$P_{11}$q** : repleta **$O_2$** || **136** parat **$F_2$***sscr***$F_3$** *ul* **$O_3$** : putat **$F_2$**, *cett. mei* : petit *Heinsius* || **137** remigiis **O_7** : remigibus *cett. quotquot noui omnes*

Italiam fugiens, et quae uenientibus ante
prona fuit, iam difficilis, iam dura reuersis.
clausa putat sibi cuncta pauor, retroque relictos,
145 quos modo temnebat, rediens exhorruit amnes.
undosa tum forte domo uitreisque sub antris
rerum ignarus adhuc ingentes pectore curas
uoluebat pater Eridanus: quis bella maneret
exitus, imperiumne Ioui legesque placerent
150 et uitae Romana quies, an iura perosus
ad priscos pecudum damnaret saecula ritus?
talia dum secum mouet anxius, aduolat una
Naiadum resoluta comam, conplexaque patrem,
'en Alaricus' ait, 'non qualem nuper ouantem
155 uidimus; exangues, genitor, mirabere uultus.
percensere manum tantaque ex gente iuuabit
reliquias numerasse breues. iam desine maesta
fronte queri, Nymphasque choris iam redde sorores.'
dixerat; ille caput placidis sublime fluentis
160 extulit et totis lucem spargentia ripis
aurea roranti micuerunt cornua uultu.
non illi madidum uulgaris harundine crinem
uelat honos; rami caput umbrauere uirentes
Heliadum totisque fluunt electra capillis.
165 palla tegit latos umeros, curruque paterno
intextus Phaethon glaucos incendit amictus,
fultaque sub gremio caelatis nobilis astris
aetherium probat urna decus. namque omnia luctus
argumenta sui Titan signauit Olympo:
170 mutatumque senem plumis et fronde sorores,
et fluuium, nati qui uulnera lauit anheli;
stat gelidis Auriga plagis; uestigia fratris

142 *post* **151** *translocauit* **R**, *sed postea corr.*, *post* **150** (**151** *mg tantum*) $\mathbf{P}_2$, *qui tamen postea del. et mg suo loco exarauit* : **142** *om. add. mg* $\mathbf{L}_3$ || **142** italiam **P***mg***R***pc*, *cett. mei* : italia **P** (*in textu*) **R***ac*, *Exc. Flor.* || **143** p. f. i. d. i. d. r. **P** *add. mg* **R***pc*, *cett. mei* : diff. iam p. f. nec dura r. **R***ac* : diff. iam pena f. nec dura r. **P** (*sed tum uers. del.*) $\mathbf{L}_3$ || **145** temnebat $\mathbf{P}_2$**ZPR** : terrebat **Z***ul***R***ul*, *cett. mei*, *Exc. Flor.* | amnes **P**, *cett. mei* : hostes **P***ul* || **146** domu $\mathbf{C}\mathbf{L}_1\mathbf{O}_7\mathbf{S}_3$ || **147** ingentes *cett. mei*, *Exc. Flor.* : ingenti $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1$: **L** *incert.* || **149** legesne $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **151** ritus **P***mg*, *pc*, ($\mathbf{n}_1$), *cett. mei* : rictus **P***mg*, *ac* : uictus *Heinsii Iunianus* || **156** manus $\mathbf{K}_6$ || **157** numerare $\mathbf{K}_6$ || **158** i redde *Heinsius* | sorores **P***pc*$\mathbf{F}_{17}$*ac*, *cett. mei* : sonores $\mathbf{P}_2$**P***ac* : sonoris* **R**$\mathbf{F}_{17}$*? pc*$\mathbf{F}_{20}$*ul*$\mathbf{O}_2$ || **159** placidum **ZL** : plandis $\mathbf{n}_1$: blandis $\mathit{\Gamma}_1$*pc* || **164** ruunt $\mathit{\Gamma}_1$ || **167** fulta-] multa- $\mathbf{P}_{11}$: fulua- *Isengriniana mg* : sculpta- $\mathbf{J}_7$: pulchra- *Jeep* || **167–177** *ut spurios damnauit F. Baehrens* || **170** mutauit- $\mathbf{Z}\mathbf{L}\mathbf{F}_2\mathbf{n}_1$ | fronte $\mathbf{O}_3$

germanae seruant Hyades, Cycnique sodalis
lacteus extentas aspergit circulus alas;
175 stelliger Eridanus sinuatis flexibus errans
clara Noti conuexa rigat gladioque tremendum
gurgite sidereo subterluit Oriona.
hoc deus effulgens habitu prospexit euntes
deiecta ceruice Getas; tum talia fatur:
180 'sicine mutatis properas, Alarice, reuerti
consiliis? Italae sic te iam paenitet orae?
nec iam cornipedem Thybrino gramine pascis,
ut rebare tuum, Tuscis nec figis aratrum
collibus? o cunctis Erebi dignissime poenis,
185 tune Giganteis urbem temptare deorum
adgressus furiis? nec te meus, inprobe, saltem
terruit exemplo Phaethon, qui fulmina praeceps
in nostris efflauit aquis, dum flammea caeli
flectere terrenis meditatur frena lacertis
190 mortalique diem sperat diffundere uultu?
crede mihi, simili bacchatur crimine, quisquis
adspirat Romae spoliis aut Solis habenis.'
sic fatus Ligures Venetosque erectior amnes
magna uoce ciet. frondentibus umida ripis
195 colla leuant pulcher Ticinus et Addua uisu
caerulus et uelox Athesis tardusque meatu
Mincius inque nouem consurgens ora Timauus.
insultant omnes profugo pacataque laetum
inuitant ad prata pecus; iam Pana Lycaeum,
200 iam Dryadas reuocant et, rustica numina, Faunos.
tu quoque non paruum Getico, Verona, triumpho
adiungis cumulum, nec plus Pollentia rebus
contulit Ausoniis aut moenia uindicis Astae.

173 sodales $\mathbf{gO_2}$*ac*$\mathbf{P_{11}W_2}$, *Exc. Flor.* || 174 extensas $\mathbf{n_1P_{10}qW_2}$ | aspergit **R***ul*, *cett. mei* : aspersit $\mathbf{p_2}$: extendit **R** || 175 stelliger $\mathbf{gP_2F_2PRW_1F_{17}}$*pc?*, *Exc. Flor.* : stellifer $\mathbf{ZLF_{17}}$*ac?*$\mathbf{J_3}$($\mathbf{n_1}$) : signifer $\mathbf{C_1}$ | sinuatis] symoontis $\mathbf{O_3}$: sinuosis *Heinsius* | flexibus **PR**, *Exc. Flor.* : fluctibus **R***ul*, *cett. mei* || 176 gladii- $\mathbf{O_3}$ || 177 subterfluit $\mathbf{L_4}$ || 178 prospexit $\mathbf{P_2F_2PRF_{17}}$: prospectat* $\mathbf{gZLW_1J_3n_1}$ || 181 sic te iam] iam te sic $\mathbf{J_3}$: sic iam te $\mathbf{n_1}$: iam sic te **Z** : sic te pe(niteat) $\mathbf{W_1}$ || 182–183 cornipedes . . . / . . . tuos $\mathbf{P_1}$: cornipedem . . . / . . . tuo *Burmannus* || 183 frangis ζ || 187 fulmine* $\mathbf{P_1}$, *Birt* : flumina **L** : flamina $\mathbf{K_6}$ || 192 aut] ut ϑ*ac*, *Scaliger* : an *Heinsii Iunianus* : ac *Schraderus*, *Wakefield* || 195 et $\mathbf{ZF_2PR}$: atque *cett. mei* | addua **g***pc?***L** (*? in ras.*) $\mathbf{RJ_3}$*pc*, *Exc. Flor.* : adua $\mathbf{W_1}$: ardua $\mathbf{P_2ZF_2PF_{17}}$: adito $\mathbf{n_1}$ || 198 exultant $\mathbf{P_{11}}$ || 199 Lycaeo *Schraderus* || 200 et] ac $\mathbf{\Gamma_1}$*pc* : iam $\mathbf{K_4}$ || 203 aut] ut $\mathbf{K_6}$: nec *Delrii cod.*

hic, rursus dum pacta mouet damnisque coactus
205 extremo mutare parat praesentia casu,
nil sibi periurum sensit prodesse furorem
conuerti nec fata loco, multisque suorum
diras pauit aues, inimicaque corpora uoluens
Ionios Athesis mutauit sanguine fluctus.
210 oblatum Stilicho uiolato foedere Martem
omnibus adripuit uotis, ubi Roma periclo
iam procul et belli medio Padus arbiter ibat.
iamque opportunam motu strepuisse rebelli
gaudet perfidiam praebensque exempla labori
215 sustinet accensos aestiuo puluere soles.
ipse manu metuendus adest inopinaque cunctis
instruit arma locis et, quo uocat usus, ab omni
parte uenit. fesso si deficit agmine miles,
utitur auxiliis damni securus, et astu
220 debilitat saeuum cognatis uiribus Histrum
et duplici lucro committens proelia uertit
in se barbariem nobis utrimque cadentem.
ipsum te caperet letoque, Alarice, dedisset,
ni calor incauti male festinatus Alani
225 dispositum turbasset opus; prope captus anhelum
uerbere cogis equum, nec te uitasse dolemus.
i potius genti reliquus tantisque superstes
Danubii populis, i, nostrum, uiue, tropaeum.
non tamen ingenium tantis se cladibus atrox
230 deicit: occulto temptabat tramite montes,
si qua per scopulos subitas exquirere posset
in Raetos Gallosque uias. sed fortior obstat

204 mouet] uouet O_3 : manet n_1 : nouat *Heinsius* | damno- p_2 || **206** sentit $P_2F_2PRW_2$ || **207** conuerti R*pc*(n_1), *cett. mei* : -it ZPR*ac* | dolo *Birt* | membris- *Goodyear* || **211** ut n_1 || **212** belli medio P_2PR*ac*O_2 : belli medius P_2*sscr* R*pc*, *cett. mei* : medius belli* p_2, *Barthius* || **213** importunam g*pc* || **214** peruidiam gaudet p_2 | praebensque $P_2F_2PRJ_3$, *Exc. Flor.* : praebens $gZLW_1F_{17}n_1$: praebent CO_3S_3 : relegens F_3 | labori g*?ac*PRn_1O_2 : laboris g*pc?*$ZLF_2W_1F_{17}$*pc*J_3 : labores F_{17}*ac* CF_{20}*ac*J_6 : laborum $P_2A_2P_{10}$ || **215** aestiuos accenso *Heinsius* || **216** certis O_3 || **217** quo O_3 : qua *omnes mei* || **223–228** *interpolatos putat Jeep* || **223** raperet q || **224** incauti (n_1), *cett. mei, Exc. Flor.* : incautus (*cum* festinantis F_{20} *ul* O_3) *Heinsius* || **227** genti PRF_{17}*?ac*J_3*pc*, *Exc. Flor.* : gentis* F_{17}*pc?*J_3*ac*, *cett. mei* | reliquus g*pc* $LRF_{17}J_3A_2\vartheta$: reliquum* $P_2ZF_2PW_1n_1CK_6O_3$ || **228** i $F_2J_3n_1P_{11}$: in gL : et *cett. mei* || **229** nec P_1 || **230** obliquo F_3 *ul* | uertice $W_1F_{17}n_1CO_2$ *ul* $O_3P_1\vartheta$ || **231** qua g*?ac*P_2*ac*ZF_2PRF_{17}*pc?*, *Exc. Flor.* : quas g*pc?*P_2*pc*LW_1F_{17}*?ac*J_3n_1 | populos W_1 || **232** gallos rethos- A_2 | extat B_1P_{11}

cura ducis. quis enim diuinum fallere pectus
possit et excubiis uigilantia lumina regni?
235 cuius consilium non umquam repperit hostis
nec potuit texisse suum. secreta Getarum
nosse prior celerique dolis occurrere sensu.
  omnibus exclusus coeptis considit in uno
colle tremens; frondesque licet depastus amaras
240 arboreo figat sonipes in cortice morsus
et taetris collecta cibis annique uapore
saeuiat aucta lues et miles probra superbus
ingerat obsesso captiuaque pignora monstret,
non tamen aut morbi tabes aut omne periclum
245 docta subire fames aut praedae luctus ademptae
aut pudor aut dictis mouere procacibus irae,
ut male temptato totiens se credere campo
comminus auderet. nulla est uictoria maior
quam quae confessos animo quoque subiugat hostes.
250 iamque frequens rarum decerpere transfuga robur
coeperat inque dies numerus decrescere castris;
nec iam deditio paucis occulta parari,
sed cunei totaeque palam discedere turmae.
consequitur uanoque fremens clamore retentat
255 cumque suis iam bella gerit; mox nomina supplex
cum precibus fletuque ciet ueterumque laborum
admonet et frustra iugulum parcentibus offert,
defixoque malis animo sua membra suasque
cernit abire manus: qualis Cybeleia quassans
260 Hyblaeus procul aera senex reuocare fugaces

233–234 pectus / possit (-et $\mathbf{W_1}$) *omnes mei* : possit / pectus $\mathbf{A_2W_2}$ || **234** excubias *Heinsius* | lumina *cett. mei, Exc. Flor.* : numina $\mathbf{W_1F_{17}n_1}$: munera $\mathbf{O_3}$ || **235** huius *Flor. Gall.* || **236** non $\mathbf{O_3}\mathit{\Gamma}_1$ || **238** exclusis $\mathbf{ZLW_1F_{17}}$: elusus *Buecheler* | considit $\mathbf{F_2F_{17}}$*ac*$\mathbf{n_1}$ ($\mathbf{O_3}$)$\mathbf{P_{10}}\mathit{\Gamma}_1$, *Exc. Flor.* : consedit **P***pc*$\mathbf{F_{17}}$*?pc, cett. mei* : concedit **P***ac* || **241** cibis] herbis $\mathbf{A_2}$ | annique uapore **L***pc***R***ac, cett. mei* : annisque uapore **R***pc* ϑ : annique pauore **q** : animique uapore $\mathbf{O_3}\mathit{\Gamma}_1$*ac* : animique pauore $\mathbf{n_1}$, *Exc. Gyr.* : Austrique uapore *Heinsius* : stagnique uapore *Birt* || **242** aucta $\mathbf{P_2}$*pc* **P***pc*$\mathbf{RW_1F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3n_1}$: acta $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{ZLF_2P}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$*ac***q** : atra $\mathbf{gC_1}$ || **244** nec **q** | tabes $\mathbf{J_3}$, *cett. mei, Exc. Flor.* : rabies $\mathbf{J_3}$*sscr*$\mathbf{F_{20}}$*ac, Vicetina* || **249** confertos *Heinsius* || **250** rarum $\mathbf{ZLF_2}$*ac*$\mathbf{PRW_1F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$: rerum $\mathbf{gP_2F_2}$*pc*$\mathbf{F_{17}}$*pc*$\mathbf{n_1P_1}$ || **252** iam nec **Z** : non iam $\mathbf{P_{10}}$ | seditio* $\mathbf{P_2O_2}$*pc*$\mathbf{P_1}$ || **253** simul **g** | discedere $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : descendere $\mathbf{P_2F_{17}}$*ac*$\mathbf{n_1}$: desciscere $\mathbf{K_4}$: decrescere $\mathbf{W_1}$ | turbae $\mathbf{RO_3}$ || **255** nomina **gP***ul***R***pc*$\mathbf{F_{17}J_3}$*pc*$\mathbf{n_1}$: numina **R***ac*$\mathbf{F_{17}}$*ul*$\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* : nomine *Burmannus* || **256** precibus fletu- $\mathbf{gW_1F_{17}J_3n_1}$: fletu precibus-* $\mathbf{P_2ZLF_2PR}$: precibus uotis- $\mathbf{C_1}$

tinnitu conatur apes, quae sponte relictis
desciuere fauis, sonituque exhaustus inani
raptas mellis opes solitaeque oblita latebrae
perfida deplorat uacuis examina ceris.
265 ergo ubi praeclusae uoci laxata remisit
frena dolor, notas oculis umentibus Alpes
aspicit et nimium diuersi stamine fati
praesentes reditus fortunatosque reuoluit
ingressus: solo peragens tum murmure bellum
270 protento leuiter frangebat moenia conto,
inridens scopulos; nunc desolatus et expes
debita pulsato reddit spectacula monti.
tum sic Ausonium respectans aethera fatur:
'heu regio funesta Getis, heu terra sinistris
275 auguriis calcata mihi, satiare nocentum
cladibus et tandem nostris inflectere poenis!
en ego, qui toto sublimior orbe ferebar
ante tuum felix aditum, ceu legibus exul
addictusque reus flatu propiore sequentum
280 terga premor. quae prima miser, quae funera dictis
posteriora querar? non me Pollentia tantum
nec captae cruciastis opes; hoc aspera fati
sors tulerit Martisque uices. non funditus armis
concideram; stipatus adhuc equitumque cateruis
285 integer ad montes reliquo cum robore cessi,
quos Appenninum perhibent (hunc esse ferebat
incola, qui Siculum porrectus ad usque Pelorum
finibus ab Ligurum populos conplectitur omnes
Italiae geminumque latus stringentia longe
290 utraque perpetuo discriminat aequora tractu).

261 conatus $\mathbf{P_1}$ || **261–262** relictis / destituere fauis $\mathbf{O_3}$: relictos / deseruere fauos $\mathbf{F_{20}}$ || **263** tenebrae $\mathbf{O_3}\,\zeta$ || **265** remittit $\mathbf{P_2}$ || **266** notas $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : notasque $\mathbf{n_1 q}$, *Vicetina* || **267** diuersi stamina $\mathbf{A_2}$, *Hertel* : diuerso stamine* $\mathbf{F_3}\,\zeta$, *Wakefield, Jeep* || **269** tum $\mathbf{n_1 O_3 P_{11}}$, *Exc. Flor.* : tunc $\mathbf{gP_2ZPRW_1}$: cum $\mathbf{LF_2F_{17}J_3}$ || **270** praetento *Heinsius* || **271** expes $\mathbf{R}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : expers $\mathbf{P_2ZL}$*ac*$\mathbf{R}$*ac*$\mathbf{n_1}$: amens *Barthii cod.* || **273** aonium $\mathbf{P_2O_2}$*ac* | dixit $\mathbf{K_6L_4P_{10}}$ || **275** satiere $\mathbf{F_3}$ || **279** propriore $\mathbf{LW_1F_{17}n_1}$ | sequutum $\mathbf{W_1}$: frequentum $\mathbf{n_1q}$: frementum *Heinsius* || **281** non me $\mathbf{gW_1F_{17}J_3F_{20}S_3}\,\vartheta$, *Exc. Flor.* : nec me $\mathbf{P_2ZL F_2n_1}$: me non* $\mathbf{PR}$ || **282** non $\mathbf{O_3}\,\mu$ | captae] caute $\mathbf{L}$: raptae* $\mathbf{L_3O_3}$ | cruciastis $\mathbf{J_3}$*pc, cett. mei* : cruciatis $\mathbf{gF_2W_1J_3}$*ac* | hoc $\mathbf{gPR}$, *Exc. Flor.* : haec *cett. mei* | aspera] prospera $\mathbf{K_6P_{10}}$: proaspera $\mathbf{J_3}$ || **283** fors $\mathbf{P_{11}}$, *Heinsius* | nec $\mathbf{L}$ || **285** inpiger $\mathbf{P_2}$ || **288** ab $\mathbf{PR}$: a *cett. mei* : ad $\mathbf{n_1P_{10}}$*ac*$\mathbf{qW_2}$*ac* || **290** disterminat $\mathbf{J_3L_4P_{10}}$

haec ego continuum si per iuga tendere cursum,
ut prior iratae fuerat sententia menti,
iam desperata uoluissem luce, quid ultra?
omnibus oppeterem fama maiore perustis!
295 et certe moriens propius te, Roma, uiderem,
ipsaque per cultas segetes mors nostra secuto
uictori damnosa foret! sed pignora nobis
Romanus carasque nurus praedamque tenebat:
hoc magis exertum raperem succinctior agmen!
300 heu, quibus insidiis, qua me circumdedit arte
fatalis semper Stilicho! dum parcere fingit,
rettudit hostiles animos bellumque remenso
eualuit transferre Pado. pro foedera saeuo
deteriora iugo! tum uis extincta Getarum;
305 tum mihi, tum letum pepigi. uiolentior armis
omnibus expugnat nostram clementia gentem,
Mars grauior sub pace latet, capiorque uicissim
fraudibus ipse meis. quis iam solacia fesso
consiliumue dabit? socius suspectior hoste.
310 atque utinam cunctos licuisset perdere bello!
nam quisquis duro cecidit certamine, numquam
desinit esse meus. melius mucrone perirent,
auferretque mihi luctu leuiore sodales
uicta manus quam laesa fides. nullusne clientum
315 permanet? offensi comites? odere propinqui?
quid moror inuisam lucem? qua sede recondam

291 haec **g**?*pc*?$\mathbf{J}_3$*pc*, *Scaliger* : huc **P***pc* : hic $\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$: hunc $\mathbf{P}_2$**ZL***ac*$\mathbf{F}_2$**P***ac***R**, *Exc. Flor.* : hinc $\mathbf{W}_1$ | currere $\mathbf{n}_1$ || **292** menti **P***pc*, *cett. mei* : mentis **P***ac* || **293** ualuissem **L**$\mathbf{n}_1$**q**λ || **294** fama **Z***pc*, *cett. mei* : forma **Z***ac* : flamma *Scaliger* | maiore *omnes mei*, *Exc. Flor.* : meliore $\mathbf{B}_1\mathbf{W}_2$ | perustis **P**, *cett. mei* : peremptis **P***ul*$\mathbf{F}_3$*ul*$\mathbf{W}_2$*ul* : praeustis *Heinsius* : peractis *Jeep* || **295** proprius **ZP**$\mathbf{n}_1$ || **296** sequenti **L** || **297** nobis] nostra $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\mathbf{L}_{11}\mathbf{P}_{10}\vartheta$: non sunt $\mathbf{O}_3$ || **299** exertum] excitum $\mathbf{W}_1\mathbf{J}_3\vartheta$: extremum *Jeep* || **301** feralis $\mathbf{R}_{23}$ || **302** ret(t)udit **g**?*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{J}_3$*ac*, *Isengriniana mg* : ret(t)ulit $\mathbf{P}_2$**ZL**$\mathbf{F}_2$**PR**$\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{J}_3$*pc*$\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.* : contudit **g***pc* $\mathbf{P}_2$*ul* : obruit $\mathbf{P}_{11}$*pc* : reppulit $\mathbf{F}_{14}$ | animas $\mathbf{n}_1$**q** || **303** pro(h) $\mathbf{P}_2$*sscr***LP***sscr***R**$\mathbf{W}_1$ $\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$: per **g**$\mathbf{P}_2$**Z**$\mathbf{F}_2$**P** : *uerb. om.* $\mathbf{n}_1$ || **305** tum letum *cett. mei*, *Exc. Flor.* : cum letum $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$: deletum *Goodyear* || **306** gentem $\mathbf{F}_{17}$*ul*, *cett. mei* : mentem $\mathbf{K}_4$: regem $\mathbf{F}_{17}$ || **307** cum pace $\mathbf{n}_1$ | rapior- $\mathbf{L}_{11}$ || **308** quisnam $\mathbf{L}_4\vartheta$*ac* || **309** consiliumque $\mathbf{L}_4$**q** | dabit $\mathbf{P}_2$**ZL**$\mathbf{F}_2$**PR** : ferat **g**$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: feret $\mathbf{W}_1\mathbf{L}_{11}\Gamma_1\vartheta$*mg* | hoste est **C***pc*$\mathbf{J}_6\mathbf{z}_1$ || **310** atque utinam **g**$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{O}_3\mathbf{P}_1$**q** : o utinam $\mathbf{P}_2$**ZL**$\mathbf{F}_2$**PR**λ | meritos $\mathbf{W}_2$ || **311** nusquam *Heinsius* || **312** desinit $\mathbf{n}_1$?, *cett. mei* : desinet $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{P}_{10}$, *Mommsen* : desiit **ZL**$\mathbf{F}_2\mathbf{J}_3$*pc*λ || **314** laesa] leua $\mathbf{P}_2$: lassa Γ_1 : nulla $\mathbf{O}_3$: lapsa *Heinsius olim* | nullusne $\mathbf{J}_3$*pc*, *cett. mei* : -que $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$**q** || **315** infensi $\mathbf{K}_4$, *Iuntina*

naufragii fragmenta mei? quaeue arua requiram
in quibus haud umquam Stilicho nimiumque potentis
Italiae nomen nostras circumsonet aures?'
320 haec memorans instante fugam Stilichone tetendit,
expertas horrens aquilas; comitatur euntem
Pallor et atra Fames et saucia liuidus ora
Luctus et inferno stridentes agmine Morbi.
lustralem sic rite facem, cui lumen odorum
325 sulphure caeruleo nigroque bitumine fumat,
circum membra rotat doctus purganda sacerdos,
rore pio spargens et dira fugantibus herbis
numina, purificumque Iouem Triuiamque precatus
trans caput auersis manibus iaculatur in Austrum
330 secum rapturas cantata piacula taedas.
acrior interea uisendi principis ardor
accendit cum plebe patres et saepe negatum
flagitat aduentum. nec tali publica uota
consensu tradunt ataui caluisse per urbem,
335 Dacica bellipotens cum fregerat Vlpius arma
atque indignantes in iura redegerat Arctos,
cum fasces cinxere Hypanin mirataque leges
Romanum stupuit Maeotia terra tribunal;
nec tantis patriae studiis ad templa uocatus,
340 clemens Marce, redis, cum gentibus undique cinctam
exuit Hesperiam paribus Fortuna periclis.
laus ibi nulla ducum; nam flammeus imber in hostem
decidit; hunc dorso trepidum fumante ferebat
ambustus sonipes; hic tabescente solutus

317 quaue $\mathbf{P}_1$: quaenam **g***pc* : *uerb. om.* $\mathbf{n}_1$ || **319** nomen nostras **g**$\mathbf{P}_2$*pc***ZL**$\mathbf{F}_2$**PR**, *Exc. Flor.* : nostras nomen $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$ | circumsonet $\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* : -sonat **Z***ac?* $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*ac* : -tonet *Wakefield* || **320** hoc $\mathbf{A}_2$ | tetendit **R**, *cett. mei* : retendit $\mathbf{P}_2$*pc* **R***ul*$\mathbf{W}_1$ **ϑ** : tenendus $\mathbf{n}_1$**q** || **321** comitantur $\mathbf{p}_2$ **ϑ***ac* || **322** liuidus **R***ul*, *cett. mei* : languidus **PR** || **323** ordine $\mathbf{C}_1$ || **324** sic] tum *Exc. Flor.* | rite **PR**$\mathbf{P}_{11}$: triste *cett. mei* || **325** piceo- **g***pc* || **327** fugacibus **Z** || **328** purificum- **gZR**$\mathbf{F}_{17}$*ul*$\mathbf{F}_{20}$, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : t(h)urificum- **P**$\mathbf{F}_{17}$*ac*$\mathbf{C}_1\mathbf{J}_7\mathbf{K}_6\mathbf{L}_1\mathbf{P}_{14}$: terrificum- $\mathbf{P}_2$**L**$\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: lustrificum- *Heinsius olim* || **329** auersis $\mathbf{F}_2$**PR**$\mathbf{F}_{17}$: aduersis *cett. mei* | iaculatus $\mathbf{L}_1$ | ad $\mathbf{O}_7$ | Austrum] histrum $\mathbf{O}_2$*ul* : astra **g***pc* : altum *libri Barthiani* || **333** tali nec *Birt* || **335** dacica $\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : dacia ($\mathbf{P}_2$**Z**)**L**$\mathbf{F}_{17}$*ac* | fregerat **gLPR**$\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor.* : fregerit $\mathbf{P}_2$*pc***Z**$\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{n}_1$: frangeret $\mathbf{O}_3$ || **336** redegerat **g**$\mathbf{P}_2$**ZL**$\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor.* : redegerit $\mathbf{F}_2$*pc***R***pc*$\mathbf{n}_1$: redigeret **PR***ac* || **338** maeotia **g***ac***PR***ac*$\mathbf{F}_{17}$*ac*, *Exc. Flor.* : maeotica **g***pc***R***pc*$\mathbf{F}_{17}$*pc*, *cett. mei* || **339** nec *cett. mei*, *Exc. Flor.* : ne $\mathbf{n}_1$**q** || **341** ytaliam $\mathbf{F}_{20}$ || **342** hostes $\mathbf{C}_1\mathbf{P}_{11}$*pc?* || **343** fumante **R**, *Isengriniana mg* : flammante *cett. mei*

345 subsedit galea liquefactaque fulgure cuspis
canduit et subitis fluxere uaporibus enses.
tum, contenta polo, mortalis nescia teli
pugna fuit, Chaldaea mago seu carmina ritu
armauere deos, seu, quod reor, omne Tonantis
350 obsequium Marci mores potuere mereri.
nunc quoque praesidium Latio non desset Olympi,
deficeret si nostra manus; sed prouidus Aether
noluit humano titulos auferre labori,
ne tibi iam, princeps, soceri sudore paratam,
355 quam meruit uirtus, ambirent fulmina laurum.
  iam totiens missi proceres responsa morantis
rettulerant, donec differri longius urbis
communes non passa preces penetralibus altis
prosiluit uultusque palam confessa coruscos
360 inpulit ipsa suis cunctantem Roma querellis:
  'dissimulata diu tristes in amore repulsas
uestra parens, Auguste, queror. quonam usque tenebit
praelatus mea uota Ligus, uetitumque propinqua
luce frui, spatiis discernens gaudia paruis,
365 torquebit Rubicon uicino numine Thybrim?
nonne semel spreuisse satis, cum reddita bellis
Africa uenturi lusit spe principis urbem
nec duras tantis precibus permouimus aures?
ast ego frenabam geminos, quibus altior ires,
370 electi candoris equos, et nominis arcum
iam molita tui, per quem radiante decorus
ingrederere toga, pugnae monumenta dicabam

345 subsedit **F**$_2$*ac***F**$_{17}$*ul, cett. mei* : -sidit* **ZF**$_2$*pc***W**$_1$**F**$_{17}$**CS**$_3$ | sulphure **P**$_{14}$ || **347** concepta **gZn**$_1$ | teli (**g**), *cett. mei* : ritu **g***ul* : fati **B**$_1$*ac* || **348** carmina] gramina *ϑ* : numina *Exc. Gyr.* || **350** marci mores **gF**$_2$**RW**$_1$**F**$_{17}$*ul***J**$_3$, *Exc. Flor.* : mores marci **B**$_1$**O**$_2$: martis mores **ZLn**$_1$: **P**$_2$**PF**$_{17}$ *nil hic moror* || **351** subsidium *Liuineii Vaticanus* || **354** receptam *ζ* || **355** fulmina] flumina **J**$_6$*ac* : fulgura *Heinsius* || **356** morantis *Paul* : moranti **F**$_{17}$*ac, Heinsius* : morandi **F**$_{17}$*pc, cett. mei* || **357** attulerant **O**$_3$: detulerant **C**$_1$ | orbis *Barthius* || **358** artis **K**$_6$ || **361** iustas **W**$_1$ || **362** precor **P**$_2$**O**$_2$ || **363** ligus **P**?*ac***R**, *Exc. Flor.* : ligur* **P**?*pc?*, *cett. mei* : ligna **n**$_1$ || **364** discernens (**g**), *cett. mei, Exc. Flor.* : decernens **P**$_2$**F**$_2$**n**$_1$, *Vicetina* || **364–365** *hemistichia* discernens ... paruis *et* uicino ... Thybrim *inter se transposuit Jeep* || **365** uicino numine **W**$_2$*ul, Gesnerus* : uicino nomine *omnes mei* : inuiso nomine *Birt* || **366** satis **W**$_1$**n**$_1$, *Exc. Flor.* : sat est* *cett. mei* || **367** lusit spe **P**$_2$**ZLF**$_2$**PR** : spe lusit **gW**$_1$**F**$_{17}$**J**$_3$: spe iussit **n**$_1$ || **368** nec] non **F**$_2$: num *Heinsius* || **369** geminos **P***pc* **R***ul, cett. mei* : geminis (**g**)**P**$_2$**P***ac***RF**$_{17}$ | altius **J**$_3$**A**$_2$**P**$_{10}$: aptior **n**$_1$**q** || **370** celestis **F**$_{20}$ || **372** dicabam (**n**$_1$), *cett. mei* : docebam *Exc. Flor.* : parabam **A**$_2$: ferebam *Isengriniana mg*

defensam titulo Libyam testata perenni.
iamque parabantur pompae simulacra futurae,
375 Tarpeio spectanda Ioui: caelata metallo
classis ut auratum sulcaret remige fluctum,
ut Massyla tuos anteirent oppida currus
Palladiaque comas innexus harundine Triton
edomitis ueheretur aquis et in aere trementem
380 succinctae famulum ferrent Atlanta cohortes,
ipse Iugurthinam subiturus carcere poenam
praeberet fera colla iugo, ui captus et armis,
non Bocchi Sullaeque dolis.
sed prima remitto.
num praesens etiam Getici me laurea belli
385 declinare potest? sedesne capacior ulla
tantae laudis erit? tua te benefacta morantem
conueniunt, meritisque suis obnoxia uirtus
quos seruauit amat. iam flauescentia centum
messibus aestiuae detondent Gargara falces,
390 spectatosque iterum nulli celebrantia ludos
circumflexa rapit centenus saecula consul:
his annis, qui lustra mihi bis dena recensent,
nostra ter Augustos intra pomeria uidi,
temporibus uariis; eadem sed causa tropaei,
395 ciuilis dissensus, erat. uenere superbi,
scilicet ut Latio respersos sanguine currus
aspicerem. quisquamne piae laetanda parenti

373 libiam titulo $\mathbf{F_3}\zeta$ | per aeuum $\mathbf{ZW_1A_2L_{11}}$ || **375** spectanda (**g**), *cett. mei* : spectata $\mathbf{W_1F_{17}n_1}$: simulata $\mathbf{O_3}$ || **376** auratum . . . fluctum *cett. mei, Exc. Flor.* : auratum ... pontum $\mathbf{W_1K_6}\mathit{ac}\,\vartheta$: auratos . . . fluctus *Vicetina* : aurato . . . fluctus *Gesnerus* || **379** aquis $\mathbf{Z}\mathit{pc}\mathbf{LF_2}\mathit{pc}\mathbf{PRJ_3n_1}$: equis $\mathbf{gP_2Z}\mathit{ac}\mathbf{F_2}\mathit{ac}\mathbf{P}\mathit{sscr}\mathbf{W_1F_{17}}$ | trementi *Heinsius* || *post* **380** *uers. quo uerbum* ipse *clarius factum sit excidisse suspicatur Goodyear* || **381** passurus $\mathbf{W_2}\mathit{ac}$ || **383** non *cett. mei, Exc. Flor.* : nec $\mathbf{gLW_1n_1}$ || **384** num $\mathbf{g}\mathit{pc}\mathbf{RO_3}$: nunc *cett. mei, Exc. Flor.* || **385** sedesne $\mathbf{P}\mathit{pc}(\mathbf{W_1})$, *cett. mei* : -ue* $\mathbf{P}\mathit{ac}\mathbf{R}$ || **386** erat $\mathbf{ZP_2O_2}$ || **387** tuis $\mathbf{F_3}$, *Camers mg* || **388** quos $\mathbf{gL}\mathit{pc}\mathbf{PR}$: quod* $\mathbf{P_2ZF_2}\mathit{pc}\mathbf{W_1F_{17}J_3n_1}$: quem $\mathbf{P_2}\mathit{ul}\,\mu$: quam $\mathbf{F_{14}}$ || **390** spectatos $\mathbf{P_2F_2}$: spectandosque $\mathbf{A_2F_{20}}$ || **391** aperit* *Goodyear* || **392** recensent $\mathbf{gP_2ZLF_2}\mathit{ul}\mathbf{F_{17}J_3}$: -et $\mathbf{F_2PRW_1S_3}$: *ult. syll. om.* $\mathbf{n_1}$ || **393** intra $\mathbf{n_1}$*?*, *cett. mei* : inter $\mathbf{W_1J_3J_6K_6W_2}\,\vartheta$ | uidi $\mathbf{P_2}\mathit{pc}\mathbf{F_2}$, *cett. mei* : uidit $\mathbf{F_2}\mathit{ul}\mathbf{PR}\,\vartheta$ || **392–393** his annis qui lustra sibi bis dena recenset, / nostra ter Augustos intra pomeria uidit *Birt* || **394** trophaei *omnes mei* : trophaeis $\mathbf{F_{20}}$: triumphi $\mathbf{B_1W_2}\,\vartheta\,\mathit{ac}$ || **395** dissensus $\mathbf{PF_{17}}\mathit{pc}$, *cett. mei* : descensus $\mathbf{A_2}$: succensus $\mathbf{P}\mathit{mg}\,\mathbf{n_1}$: succes(s)us $\mathbf{P_2F_{17}}\mathit{ac}$ || **397** respicerem $\mathbf{K_6}$ | pio μ | laetanda] laudanda $\mathbf{K_4}$: laudata $\mathbf{K_6}$: iactanda *Heinsius olim*

natorum lamenta putet? fauere tyrannis,
sed nobis periere tamen. cum Gallica uulgo
400 proelia iactaret, tacuit Pharsalia Caesar.
namque inter socias acies cognataque signa
ut uinci miserum, numquam uicisse decorum.
restituat priscum per te iam gloria morem
uerior, et fructum sincerae laudis ab hoste
405 desuetum iam redde mihi iustisque furoris
externi spoliis sontes absolue triumphos.
  quem, precor, ad finem laribus seiuncta potestas
exulat imperiumque suis a sedibus errat?
cur mea quae cunctis tribuere Palatia nomen
410 neclecto squalent senio, nec creditur orbis
illinc posse regi? medium non deserit umquam
caeli Phoebus iter, radiis tamen omnia lustrat.
segnius an ueteres Histrum Rhenumque tenebant,
qui nostram coluere domum? leuiusne timebant
415 Tigris et Euphrates, cum foedera Medus et Indus
hinc peteret pacemque mea speraret ab arce?
hic illi mansere uiri quos mutua uirtus
legit et in nomen Romanis rebus adoptans
iudicio pulchram seriem, non sanguine duxit;
420 hic proles atauum deducens Aelia Neruam
tranquillique Pii bellatoresque Seueri.
hunc ciuis dignare chorum conspectaque dudum

398 putet $\mathbf{P_2ZO_2}$: putat* $\mathbf{J_3}$*?, cett. mei* | fauere **P***mg* $\mathbf{F_{17}}$*ac, cett. mei* : periere* **P***pc***R**$\mathbf{F_{17}}$*pc* | tyrannis $\mathbf{F_{17}}$*?ac, cett. mei* : tyranni **R**$\mathbf{F_{17}}$*pc?* || **400** pharsalia $\mathbf{P_2}$*ac* **Z***ac***L(PR)**$\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3n_1}$: pharsalica **g**$\mathbf{P_2}$*pc***Z***pc*$\mathbf{F_2(W_1)F_{17}}$*pc, Exc. Flor.* || **401** namque] iamque $\mathbf{P_{11}}$: nempe *Flor. Gall.* || **402** decorum **R**, *cett. mei* : decorum est $\mathbf{F_2}$*pc* **R***sscr*$\mathbf{F_{17}}$ || **403** iam per te $\mathbf{K_6}$: per te mihi **g** | nomen $\mathbf{A_2}$ || **404** uerior] serior $\mathbf{P_{11}}$: bellorum **g** || **405** des(s)uetae $\mathbf{gn_1C_1}$: dissuetum $\mathbf{F_2}$: deuote $\mathbf{K_6}$ | iustis- **PR***ac* $\mathbf{F_{17}}$*sscr* : sumptis- **P***ul***R***pc*$\mathbf{F_{17}}$, *cett. mei* : suetis- $\mathbf{A_2}$: functos- *Exc. Flor. ac* : fultos- *Exc. Flor. pc, Exc. Gyr.* : fultus- *Gesnerus* || **406** externi $\mathbf{P_2}$*pc***P***pc, cett. mei* : externis $\mathbf{P_2}$*ac* : hesterni **P***ac***R***pc* : hesternis **R***ac* : extremi $\mathbf{W_1}$: interni *Jeep* | sontes spoliis **Z** : spoliis sontesque *Heinsius* || **407** seiuncta **P**, *cett. mei* : diuisa **P***sscr* || **408** erret λ : extat $\mathbf{W_1}$ || **410** neglecta *Buecheler* | non $\mathbf{K_6}$ μ || **411** illinc **g***pc?, cett. mei, Exc. Flor.* : illic $\mathbf{n_1}$: illuc **L** | nec $\mathbf{K_6P_{11}}$ || **414** *om.* $\mathbf{gF_2}$ *(add. mg)* Γ_1 *(add. mg)* | nostrum . . . larem Γ_1 | leuiusne $\mathbf{P_2ZLO_2}\lambda$: leuiusque $\mathbf{F_2}$: leuiusue $\mathbf{PRF_{17}}$*?ul, Exc. Flor.* : meliusne $\mathbf{W_1J_3F_{17}}$: ne *tantum* $\mathbf{n_1}$ | timebat* $\mathbf{F_3}$: tremebant $\mathbf{K_4}$ || **416** spectaret $\mathbf{F_{20}}$ || **417** hic] hinc $\mathbf{F_{20}}$: nisi $\mathbf{n_1}$ | mutua] nuntia $\mathbf{J_7}$: unica *uel* Martia *Heinsius* || **418** in] ad $\mathbf{P_{14}}$: hic **P***pc* || **420** hinc **P** || **422** hunc . . . chorum $\mathbf{PRF_{17}}$*ul* $\mathbf{W_2}$*ul* : hoc . . . forum $\mathbf{gP_2ZF_2W_1F_{17}J_3}$: hunc . . . forum **L***pc***P***ul* : hic . . . forum $\mathbf{n_1}$, *Vicetina*

ora refer, pompam recolens ut mente priorem,
quem tenero patris comitem susceperat aeuo,
425 nunc duce cum socero iuuenem te Thybris adoret.'
orantem medio princeps sermone refouit:
'numquam aliquid frustra per me uoluisse dolebis,
o dea, nec legum fas est occurrere matri.
sed nec post Libyam (falsis ne perge querellis
430 incusare tuos) patriae mandata uocantis
spreuimus: aduectae misso Stilichone curules,
ut nostras tibi, Roma, uices pro principe consul
inpleret generoque socer. uidistis in illo
me quoque; sic credit pietas, non sanguine solo,
435 sed claris potius factis experta parentem.
cuncta quidem centum nequeam perstringere linguis,
quae pro me mundoque gerit; sed ab omnibus unum,
si fama necdum patuit, te, Roma, docebo,
subiectum nostris oculis et cuius agendi
440 spectator uel causa fui.
populator Achiuae
Bistoniaeque plagae, crebris successibus amens
et ruptas animis spirans inmanibus Alpes
iam Ligurum trepidis admouerat agmina muris,
tutior auxilio brumae (quo gentibus illis
445 sidere consueti fauet inclementia caeli),
meque minabatur calcato obsidere uallo,
spem uano terrore fouens, si forte remotis
praesidiis, urgente metu, qua uellet obirem
condicione fidem; nec me timor inpulit ullus
450 et duce uenturo fretum memoremque tuorum,

423 refer $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{P}$*pc*, *cett. mei* : refers $\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{R}\mathbf{n}_1$: refert $\mathbf{Z}\mathbf{F}_{17}$ | ut $\mathbf{F}_{17}\mathbf{C}\mathbf{O}_2\mathbf{O}_7\mathbf{P}_1\,\boldsymbol{\mu}$*ac*, *Exc. Flor.* : et* $\mathbf{P}_2$*ac* : sub $\mathbf{P}_2$*pc*$\mathbf{F}_{17}$*ul*, *cett. mei* | priorem $\mathbf{J}_3$*pc*, *cett. mei* : -um $\mathbf{P}\mathbf{R}$ $\mathbf{J}_3$*ac* || **424** susceperit $\mathbf{W}_2$ | ortu ζ*ac* || **425** hunc $\mathbf{g}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_6\mathbf{L}_1$ || **427** per me frustra $\mathbf{K}_6\mathbf{P}_{10}$ || **428** obstare parenti $\mathbf{B}_1$ || **429** nec] neque $\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3$: ne $\mathbf{g}\mathbf{Z}\mathbf{B}_1$ | ne $\mathbf{P}_2$*pc*, *cett. mei* : me $\mathbf{g}$: nec $\mathbf{W}_1\mathbf{n}_1\mathbf{P}_{11}$ || **431** adducte $\mathbf{A}_2$ | secures $\mathbf{F}_3\mathbf{F}_{20}$*ul*$\zeta$ || **434** sic $\mathbf{R}$*pc*, *cett. mei* : si $\mathbf{P}_2\mathbf{Z}\mathbf{F}_2\mathbf{R}$*ac*$\mathbf{P}_{11}$ | non *cett. mei*, *Exc. Flor.* : nec $\mathbf{L}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{P}_{10}\,\boldsymbol{\lambda}$ || **437** quae pro me $\mathbf{P}$*mg*$\mathbf{R}$*mr*, *mg*, $\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* : quae rome $\mathbf{g}\mathbf{Z}\mathbf{P}$*?pc*$\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}$*ul* : quero me $\mathbf{P}$*ac* || **438** necdum *cett. mei*, *Exc. Flor.* : nondum $\mathbf{J}_3\mathbf{A}_2\mathbf{C}_1$ || **442** spirans $\mathbf{g}\mathbf{Z}$*ac*$\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{n}_1$: sperans $\mathbf{P}_2\mathbf{Z}$*pc*$\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{F}_{17}$*ul* : superans $\mathbf{L}\mathbf{J}_3$*pc* || **444** quo $\mathbf{P}_2\mathbf{P}\mathbf{R}$: quod* $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1\mathbf{P}_1\mathbf{P}_{10}$: quia $\mathbf{Z}$*?*$\mathbf{L}$: qua $\mathbf{g}$*?pc?* : quam $\mathbf{F}_2$ || **445** sidere $\mathbf{g}\mathbf{L}\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{W}_2$*sscr* : fidere $\mathbf{P}_2$: federe $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$: frigore* $\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{F}_{17}$*ul*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: $\mathbf{Z}$ *incert.* | consueti $\mathbf{P}\mathbf{R}$*ac*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{W}_2$*pc* : consuetis* $\mathbf{R}$*pc*, *cett. mei* || **446** calcato] falcato *Heinsius* : calcatum *Schraderus* || **447** si] ni $\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{R}\mathbf{P}_{10}$*ul*$\mathbf{P}_{11}$: nisi $\mathbf{J}_3$*ul*$\mathbf{W}_2\mathbf{z}_1$*?* || **448** obirem $\mathbf{P}$, *cett. mei* : abirem $\mathbf{g}$*ac*$\mathbf{n}_1$: haberem $\mathbf{g}$*pc* : inirem $\mathbf{P}$*ul* || **449** expulit $\mathbf{F}_{17}$ || **450** hoc duce *Scaliger*

Roma, ducum, quibus haud umquam uel morte parata
foedus lucis amor pepigit dispendia famae.
nox erat et late stellarum more uidebam
barbaricos ardere focos; iam classica primos
455 excierant uigiles, gelida cum pulcher ab Arcto
aduentat Stilicho. medius sed clauserat hostis
inter me socerumque uiam pontemque tenebat,
Addua quo scissas spumosior incitat undas.
quid faceret? differret iter? discrimina nullas
460 nostra dabant adeunda moras. perrumperet agmen?
sed paucis comitatus erat; nam plurima retro,
dum nobis properat succurrere, liquerat arma
extera uel nostras acies. hoc ille locatus
ancipiti, longum socias tardumque putauit
465 expectasse manus et nostra pericula tendit
posthabitis pulsare suis mediumque per hostem
flammatus uirtute pia propriaeque salutis
inmemor et stricto prosternens obuia ferro
barbara fulmineo secuit tentoria cursu.
470 nunc mihi Tydiden attollant carmina uatum,
quod iuncto fidens Ithaco patefacta Dolonis
indicio dapibusque simul religataque somno
Thracia sopiti penetrauerit agmina Rhesi
Graiaque rettulerit captos ad castra iugales,
475 quorum, si qua fides augentibus omnia Musis,
impetus excessit Zephyros candorque pruinas.

453 nox erat et **ZPRF**$_{17}$*ul***F**$_{20}$*ul* : mox et per **F**$_{17}$, *cett. mei* | late **ZPRF**$_{17}$*ul* **F**$_{20}$*ul* : latium **F**$_{17}$, *cett. mei, Exc. Flor.* || **456** aduenit **gW**$_1$**F**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$**P**$_1$**P**$_{10}$$\mu$ | medium *Vicetina* : mediam *Delrius* || **457** socerumque uiam pontem- **gP**$_2$*pc***PRF**$_{17}$*pc***J**$_3$**P**$_4$**P**$_{12}$, *Exc. Flor., Exc. Gyr.* : socerum pontemque uiam- **ZLF**$_2$**W**$_1$**F**$_{17}$*ac*(**n**$_1$) : pontem socerumque uiam- **B**$_1$ || **458** addua **L***pc?***RW**$_1$**J**$_3$: adua **F**$_2$**n**$_1$: ardua **P**$_2$**ZPF**$_{17}$: ac uada **g** | quo] qua **g***pc***F**$_{17}$**F**$_{20}$$\zeta$ *ut uid.* : con- **n**$_1$ | scissas **gZLPRF**$_{17}$*pc* : fissas **J**$_3$: -cussas **n**$_1$: scithicas (*uel simm.*) **P**$_2$**F**$_2$**W**$_1$ | spumantior **P**$_2$**O**$_2$: spatiosior **P***pc* || **459** faciat **J**$_7$**p**$_2$ || **460** arcenda *uel* pellenda *Birt* || **461–463** *uerba* nam plurima . . . nostras acies *damnauit Barthius* || **462** cum **P**$_{11}$*?* | arua *Exc. Gyr.* || **466** medium- . . . hostem **g***?ac, cett. mei* : medios- . . . hostes **g***pc* || **468** praesternens *Scaliger* | obuia **R***pc, cett. mei* : omnia **P**$_2$**F**$_2$**R***ac***W**$_1$ || **469** findit ϑ *ac* || **470** nunc tibi **P**$_2$*pc***ZLR** : non mihi **K**$_6$: non tibi **P**$_1$ || **470–471** *uerba inter* Tydiden *et* fidens *om.* **P**, *sed* **470** (*non* **471**) *scr. mg, del. uerb.* (*a mpr scr.*) nunc mihi tydidē ithaco patefacta dolonis || **471** quod **g***?, cett. mei* : qui **J**$_3$: que **n**$_1$ | iuncto] uincto **J**$_3$*?* : uicto **P**$_2$ || **473** penetrauerit **g***pc?, cett. mei, Exc. Flor.* : penetrauerat **n**$_1$**O**$_3$: penetrauit **W**$_1$ ϑ : penetrauit in **F**$_{19}$: penetrauit ad **R**$_{13}$, *Jeep* || **474** *om.* **n**$_1$ | graia- **gZPW**$_1$**F**$_{17}$*pc***J**$_3$*pc* : grata- **P**$_2$**LF**$_2$**RF**$_{17}$*ac***J**$_3$*ac* | ret(t)ulerit **g***pc, cett. mei* : pertulerit **F**$_2$: perduxit *Exc. Flor.?*

ecce uirum taciti nulla qui fraude soporis
ense palam sibi pandit iter remeatque cruentus
et Diomedeis tantum praeclarior ausis
480 quantum lux tenebris manifestaque proelia furtis!
adde quod et ripis steterat munitior hostis
et cui nec uigilem fas est conponere Rhesum:
Thrax erat, hic Thracum domitor. non tela retardant,
obice non haesit fluuii. sic ille minacem
485 Tyrrhenam labente manum pro ponte repellens
traiecit clipeo Thybrim, quo texerat urbem,
Tarquinio mirante Cocles mediisque superbus
Porsennam respexit aquis. celer Addua nostro
sulcatus socero; sed, cum tranaret, Etruscis
490 ille dabat tergum, Geticis hic pectora bellis.
  exere nunc doctos tantae certamine laudis,
Roma, choros et quanta tuis facundia pollet
ingeniis nostrum digno sonet ore parentem.'
  dixit et antiquae muros egressa Rauennae
495 signa mouet; iamque ora Padi portusque relinquit
flumineos, certis ubi legibus aduena Nereus
aestuat et pronas puppes nunc amne secundo,
nunc redeunte uehit, nudataque litora fluctu
deserit, Oceani lunaribus aemula damnis.
500 laetior hinc Fano recipit Fortuna uetusto,
despiciturque uagus praerupta ualle Metaurus,
qua mons arte patens uiuo se perforat arcu
admisitque uiam sectae per uiscera rupis,
exuperans delubra Iouis saxoque minantes

477 ecce uir, en *Koch* | qui nulla $\mathbf{P_2ZLF_2PR}$ || **479–480** tanto . . . / quanto *Heinsius* || **482** fas sit *Heinsius* || **483** Thrax ille, hic Thracum *uel* Thrax erat is, Thracum hic *Heinsius* | nec $\mathbf{A_2B_1F_{20}O_2P_1}$ || **485** Tyrrhenum *Barthius* | manum **g***pc, cett. mei* : manus **g***ac* : manu $\mathbf{A_2}$, *Barthius* | repellens **P***pc*(**R***pc*), *cett. mei* : rebellans $\mathbf{F_{17}}$: repulsas (*pro* -ans) *Heinsii Iunianus* || **486** traiecit **P***pc*($\mathbf{n_1}$), *cett. mei* : transiecit $\mathbf{z_1}$: transierat $\mathbf{O_3}$ || **488** prospexit $\mathbf{F_3}$: despexit *Heinsius* | addua **gZL***pc?*$\mathbf{RW_1J_3}$: adua $\mathbf{F_2n_1}$: ardua $\mathbf{P_2PF_{17}}$ || **489** sulcatus $\mathbf{gW_1J_3n_1O_3P_{11}}$: -ur *cett. mei* | dum $\mathbf{B_1L_4}$ μ | transiret $\mathbf{O_3}$ || **490** bellis] pugnis $\mathbf{P_2}$: telis *Scaliger* || **491** tante doctos $\mathbf{B_1}$*pc?*$\mathbf{F_{20}}$ | certamine $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$*sscr, cett. mei* : certamina $\mathbf{P_2}$*pc*$\mathbf{W_1F_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3}$: in certamina $\mathbf{P_{10}}$: ad certamina *Wakefield* || **493** digno nostrum $\mathbf{A_2}$: nostro dignum $\mathbf{F_{17}}$ || **494** muros $\mathbf{P_2ZLF_2PRF_{17}}$*pc* : muris* $\mathbf{gW_1F_{17}}$*ac* $\mathbf{J_3n_1}$ || **495** relinquit $\mathbf{gZF_2PRF_{17}}$*pc* : reliquit $\mathbf{P_2LW_1F_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3n_1}$ || **497** et paruas $\mathbf{K_4}$ | secundo $\mathbf{F_{17}}$*ul, cett. mei* : retuso **P***pc***R***ac*$\mathbf{K_6W_2}$*ul* : refuso **P***sscr*$\mathbf{O_3}$*pc* $\mathbf{W_2}$*ul* : retruso **R***pc*$\mathbf{F_{17}}$ || **501** deseritur- $\mathbf{K_6}$ || **502** unco se *Heinsius* || **503** admisit- $\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* : admittit- $\mathbf{J_3}$*pc*$\mathbf{A_2}$ || **504** minantes] minaces $\mathbf{P_1}$: micantes* Γ_1 : minanti* *Goodyear*

505 Appenninigenis cultas pastoribus aras.
quin et Clitumni sacras uictoribus undas,
candida quae Latiis praebent armenta triumphis,
uisere cura fuit. nec te miracula fontis
praetereunt, tacito passu quem si quis adiret,
510 lentus erat; si uoce gradum maiore citasset,
commixtis feruebat aquis; cumque omnibus una
sit natura uadis similes ut corporis umbras
ostendant, haec sola nouam iactantia sortem
humanos properant imitari flumina mores.
515 celsa dehinc patulum prospectans Narnia campum
regali calcatur equo, rarique coloris
non procul amnis abest, urbi qui nominis auctor:
ilice sub densa siluis artatus opacis
inter utrumque iugum tortis anfractibus albet.
520 inde salutato libatis Thybride lymphis
excipiunt arcus operosaque semita uastis
molibus et quidquid tantae praemittitur urbi.
ac uelut officiis trepidantibus ora puellae
spe propiore tori mater sollertior ornat
525 adueniente proco uestesque et cingula comit
saepe manu uiridique angustat iaspide pectus
substringitque comam gemmis et colla monili
circuit et bacis onerat candentibus aures,
sic oculis placitura tuis insignior auctis
530 collibus et nota maior se Roma uidendam
obtulit. addebant pulchrum noua moenia uultum
audito perfecta recens rumore Getarum,
profecitque opifex decori timor, et, uice mira,
quam pax intulerat bello discussa senectus

505 aras] alas $\mathbf{P_2O_2}$*ul* : arces $\mathbf{B_1}$*ac*($\mathbf{O_2}$*ul* $\boldsymbol{\mu}$) || **508** fuit] trahunt $\mathbf{n_1}$: trahit *Heinsius* || **510** si uoce gradum] se moxque gradu *Heinsius* : si forte gradum *Burmannus* || **511** *om. add. mg* $\mathbf{F_{17}}$, *alii* (*uide Prolegom.*) | cum mixtis $\mathbf{LPF_{17}}$: commotis **Z** : cum motis $\mathbf{B_1}$: commissis *uel* admissis *Heinsius* || **512** sit similis natura uadis $\boldsymbol{\mu}$ | umbras **R***pc, cett. mei* : undas* **PR***ac* || **514** motus *Burmannus* || **516** rari-] albi- *Iunianus* (alibi $\mathbf{O_3}$*ac*) : raui- *Heinsius* || **517** iens *Goodyear* | urbi **R***pc, cett. mei* : urbis **R***ac*$\mathbf{n_1}$*?* || **518** artatus **gP***pc***R***ul*$\mathbf{F_{17}J_3}$*pc, Exc. Flor.* : artatur $\mathbf{P_2ZLF_2P}$*ac*$\mathbf{RW_1}$ $\mathbf{J_3}$*ac*($\mathbf{n_1}$) : aptatur $\mathbf{F_3}$: arcuatus *Heinsius* || **520** lymphis **g***pc, cett. mei* : nymphis $\mathbf{CJ_6}$*ac*$\mathbf{L_1O_7}$, *Exc. Flor.?* || **522** *om.* $\mathbf{W_1}$ | uaste $\mathbf{A_2}$ || **524** propiore $\mathbf{gP_2ZF_2W_1O_3}$, (*Vicetina*), *Exc. Flor.* : propriore $\mathbf{LPRF_{17}J_3n_1}$ || **525** uestes (*om.* -que) $\mathbf{n_1F_{20}}$ || **526** ipsa manu *Marklandus* || **528** ornat $\mathbf{F_{13}}$ || **531** addebant $\mathbf{J_3}$, *cett. mei* : augebant $\mathbf{ZJ_3}$*ul*$\mathbf{B_1}$ || **532** rumore . . . perfecta $\mathbf{J_3O_3}$*ac* || **533** decori timor] operi timor $\mathbf{J_3}$*pc* : operi decor $\mathbf{J_3}$*ul* || **534** decussa $\mathbf{P_2}$

535 erexit subitas turres cinctosque coegit
septem continuo montes iuuenescere muro.
ipse fauens uotis solitoque decentior aer,
quamuis adsiduo noctem foedauerat imbre,
principis et solis radiis detersa remouit
540 nubila; namque ideo pluuiis turbauerat omnes
ante dies lunamque rudem madefecerat Auster
ut tibi seruatum scirent conuexa serenum.
omne Palatino quod pons a colle recedit
Muluius et quantum licuit consurgere tectis,
545 una replet turbae facies: undare uideres
ima uiris, altas effulgere matribus aedes.
exultant iuuenes aequaeui principis annis;
temnunt prisca senes et in hunc sibi prospera fati
gratantur durasse diem moderataque laudant
550 tempora, quod clemens aditu, quod pectore solus
Romanos uetuit currum praecedere patres,
cum tamen Eucherius, cui regius undique sanguis
atque Augusta soror, fratri praeberet ouanti
militis obsequium: sic illum dura parentis
555 instituit pietas in se uel pignora parci
quique neget nato procerum quod praestet honori.
haec sibi cura senum maturaque conprobat aetas

535 subita $\mathbf{P_2}$: subito $\mathbf{A_2}$ | cinctos- $\mathbf{gP_2ZW_1F_{17}J_3O_3}$*pc* : cunctos- $\mathbf{LF_2PRJ_3}$*ul*$\mathbf{n_1}$ || **536** montes $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : colles **R** || **537** serenior *Heinsius* || **538** noctes $\mathbf{J_6}$ | foedauerat $\mathbf{P_2}$*pc, cett. mei* : -erit $\mathbf{P_2}$*ac*$\mathbf{O_3}$*ac* | imbri $\mathbf{ZLP}\lambda$ || **539** detersa $\mathbf{F_{17}}$*ul, cett. mei* : detrusa $\mathbf{F_{17}}$: detracta **g** || **540** namque $\mathbf{gP_2F_2PRF_{17}}$: nam $\mathbf{LJ_3}$: iamque *Exc. Flor.* : iam $\mathbf{W_1n_1}$ | ideo pluuiis ($\mathbf{P_2}$), *cett. mei, Exc. Flor.* : pluuiis ideo $\mathbf{LW_1J_3n_1}$: ideo pluuia $\mathit{\Gamma}_1$ || **540–541** omnes / . . . dies $\mathbf{F_{17}}$*pc, cett. mei* : omnem / . . . diem $\mathbf{F_{17}}$*ac*$\mathbf{B_1O_3}$: omnes / . . . diem $\mathbf{P_2}$ || **541** rudem] udo *Heinsius* | auster $\mathbf{F_2PRW_1F_{17}J_3}$*ul* : austro $\mathbf{gP_2ZLJ_3n_1}$ || **543** quod **g**?*ac, cett. mei. Exc. Flor.* : qua **g**?*pc*?$\mathbf{n_1}$ | monte $\mathbf{B_1}$ | recessit $\mathit{\Gamma}_1$*ac* μ*ac* || **544** muluius **R**, *Exc. Flor.* : miluius *cett. mei* | in **PR** || **545** undare $\mathbf{P_2Z}$*pc***L** (*in ras.*) $\mathbf{F_2PRF_{17}}$*pc*$\mathbf{J_3}$*ul* : uno ore **gZ***ac*$\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{W_1F_{17}}$*ac*$\mathbf{J_3n_1}$ || **546** altasque (**Z**)$\mathbf{B_1}$ || **548** fata **PR** || **550** quod[1] **P***ac, cett. mei* : quo **P***pc* | aditu] habitu $\mathbf{B_1}$?*ac, Jeep* : actu *Koch* | quod[2]] quo $\mathbf{PO_2}$: pro *Barthius* | pectore **Z***ac, cett. mei* : tempore **Z***pc*$\mathbf{O_2}$ | solo $\mathit{\Gamma}_1$: sollers **g***pc* | *non post* aditu *sed post* pectore *distinxerunt Barthius, Heinsius, ita ut* pectore *non cum* solus *sed cum* clemens *cohaereret, quod mihi quidem artificiosius quam uerius uidetur. ordine uerborum mutato* quod solus habitu quod pectore clemens *proposuit Jeep.* quod pectore solus / Romano *protulit Goodyear. nisi ipsi poetae sensum* singulari humanitate *ex uerbis* pectore solus *extorqueri posse uisum est, quod paene crediderim, corruptelam hic alicubi latere confitendum est, et tum* quod pectore mitis, lenis *uel aliquid simile temptaueris* || **554** obsequium $\mathbf{ZPR}\vartheta$: officium *cett. mei* || **555** instruxit $\mathbf{K_6}$ || **556** negat $\mathbf{P_2}$ | praestet $\mathbf{gZF_2}$*pc*$\mathbf{W_1F_{17}J_3n_1}$: praestat $\mathbf{P_2F_2}$*ac***PR** || **557** haec **Z**?, *cett. mei, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : hoc $\mathbf{W_1A_2}\lambda$ | cura] cara $\mathbf{W_1n_1}$: curua *Birt* | ducum $\mathbf{C_1}$

idque inter ueteris speciem praesentis et aulae
iudicat, hunc ciuem, dominos uenisse priores.
560 conspicuas tum flore genas, diademate crinem
membraque gemmato trabeae uiridantia cinctu
et fortes umeros et certatura Lyaeo
inter Erythraeas surgentia colla zmaragdos
mirari sine fine nurus; ignaraque uirgo,
565 cui simplex calet ore pudor, per singula cernens
nutricem consultat anum, quid fixa draconum
ora uelint, uentis fluitent an uera minentur
sibila suspensum rapturi faucibus hostem.
ut chalybem indutos equites et in aere latentes
570 uidit cornipedes, 'quanam de gente' rogabat
'ferrati uenere uiri? quae terra metallo
nascentes informat equos? num Lemnius auctor
indidit hinnitum ferro simulacraque belli
uiua dedit?' gaudet metuens et pollice monstrat,
575 quod picturatas galeae Iunonia cristas
ornet auis uel quod rigidos uibrata per armos
rubra sub aurato crispentur serica dorso.
tum tibi magnorum mercem Fortuna laborum
persoluit, Stilicho, curru cum uectus eodem
580 urbe triumphantem generum florente iuuenta
conspiceres illumque diem sub corde referres
quo tibi confusa dubiis formidine rebus
infantem genitor moriens commisit alendum.
uirtutes uariae fructus sensere receptos:

559 iudicat **P**?*ac*, *cett. mei* : indicat **ZP***pc*?$\mathbf{L}_1$ || **560** conspicuas $\mathbf{ZF}_2$*pc***R***ul*$\mathbf{W}_1$ $\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: conspicias **g** : conspicuo $\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*ac***PR**λ | tum *cett. mei*, *Exc. Flor.* : cum $\mathbf{gZn}_1$ || **561** uiridantia (-entia) $\mathbf{J}_3$, *cett. mei* : radiantia $\mathbf{J}_3$*ul*$\mathbf{z}_1$: uernantia *Wakefield* | cultu **Z** || **565** sup(p)lex $\mathbf{ZF}_2\mathbf{n}_1$, *Exc. Flor.?* | ille $\mathbf{A}_3\Gamma_1$ | currens* *Burmannus. et sane mirum illud* per singula cernens || **568** rapturi **P***ac*, *cett. mei* : -is* **P***pc* || **569** chalybem (*uel simm.*) **g**(**R***ac*)$\mathbf{J}_3\mathbf{K}_6\mathbf{P}_{11}$, *Exc. Gyr.* : -e **R***pc*, *cett. mei* | indutos **g***pc***ZP***pc***R***pc*$\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: inductos **g***ac*$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$**P***ac*$\mathbf{W}_1$ | et] ut $\mathbf{p}_2$ | latentes $\mathbf{F}_2$, *cett. mei* : nitentes $\mathbf{F}_2$*ul* || **572** informat **P***sscr*, *cett. mei* : -et **PR** || **573** indidit **PR** : addidit **P***ul*, *cett. mei* : abdidit $\mathbf{P}_2$ | belli **g***ac*$\mathbf{P}_2\mathbf{F}_2$*pc***PR**$\mathbf{F}_{17}$?*ac* : bellis **g***pc***Z**$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*pc*?$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: bello $\mathbf{F}_2$*ac* || **575** quot *Heinsius* | pennas $\mathbf{K}_4$ || **576** ornat $\mathbf{K}_6\mathbf{O}_3$*ac* | quod *omnes mei*, *Exc. Flor.* : quot *Heinsius* || **577** aerato **R** | crispantur $\mathbf{K}_6$ ϑ*ac* || **578** tum (tunc) **P**?*ac*, *cett. mei* : nunc **P***pc*?$\mathbf{F}_3$ | mercem **P***mg***R***ul*, *cett. mei* : sese **PR** || **581** aspiceres $\mathbf{A}_2\Gamma_1$ | illam- *Flor. Gall.* | referres *omnes mei*, *Exc. Flor.* : teneres $\mathbf{O}_3$*ul* ϑ*ac* || **582** qua . . . confusis dubia *Flor. Gall.* || **583** moriens genitor $\mathbf{A}_2\mathbf{F}_3$ζ, *Flor. Gall.* | alendum **P***ul*, *cett. mei* : habendum **P** : *uerb. om.* $\mathbf{P}_2$ || **584** fructum . . . receptum $\mathbf{F}_3$

585 depositum seruasse, Fides; Constantia, paruum
praefecisse orbi; Pietas, fouisse propinquum.
hic est ille puer, qui nunc ad rostra Quirites
euocat et solio fultus genitoris eburno
gestarum patribus causas ex ordine rerum
590 euentusque refert ueterumque exempla secutus
digerit imperii sub iudice facta senatu.
nil cumulat uerbisque nihil fiducia celat;
fucati sermonis opem mens conscia laudis
abnuit. agnoscunt proceres, habituque Gabino
595 principis et ducibus circumstipata togatis
iure paludatae iam curia militat aulae.
adfuit ipsa suis ales Victoria templis,
Romanae tutela togae, quae diuite pinna
patricii reuerenda fouet sacraria coetus
600 castrorumque eadem comes indefessa tuorum
nunc tandem fruitur iunctis, atque omne futurum
te Romae seseque tibi promittit in aeuum.
hinc te iam patriis laribus uia nomine uero
sacra refert. flagrat studiis concordia uulgi,
605 quam non inlecebris dispersi colligis auri,
nec tibi uenales captant aeraria plausus
corruptura fidem: meritis offertur inemptus
pura mente fauor. nam munere carior omni
obstringit sua quemque salus. procul ambitus erret:

585 seruare *Flor. Gall.* || **591** dirigit $\mathbf{P}_1$ | fata $\mathbf{L}_1$, *Heinsius* || **592** -que nihil] quae nil *Birt, uestigia Exc. Flor.* (-que nil *praebentium* : *idem iam* $\mathbf{J}_6$*ac*) *secutus* || **593** fucati $\mathbf{gP}_2\mathbf{ZP}$*ac*$\mathbf{R}$*pc*$\mathbf{W}_1$*pc*$\mathbf{F}_{17}$*pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: fuscati $\mathbf{F}_2\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{F}_{17}$*ac* λ | opem $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : opes $\mathbf{gJ}_3$*ac* | conscia laudum $\mathbf{P}_{10}\mathbf{z}_1$: nescia fraudis *Heinsius* || **594** cinctuque $\mathbf{z}_1$ | sabino $\mathbf{n}_1\mathbf{q}$ || **596** paludatae $\mathbf{ZF}_2\mathbf{P}$*pc*$\mathbf{RF}_{17}$*pc*$\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor.* : pio lauda te $\mathbf{P}_2$: pio laude $\mathbf{L}_{11}$: pio laute $\mathbf{gW}_1\mathbf{F}_{17}$*ac* : $\mathbf{n}_1$ *nil moror* || **597** ales $\mathbf{RF}_{17}$*ul* ϑ, *Exc. Gyr., Isengriniana mg* : talis $\mathbf{F}_{17}$, *cett. mei* || **598** pinna (-e-) $\mathbf{ZF}_2\mathbf{J}_3$*ul, cett. mei* : pompa* $\mathbf{P}_2\mathbf{Z}$*ul*$\mathbf{F}_2$*ul*$\mathbf{J}_3$: parma *Exc. Flor.* : palma *Heinsius* || **599** ueneranda $\mathbf{C}_1\mathbf{K}_6$ || **601–611** *bis scripti in* $\mathbf{P}_2\mathbf{O}_2$, *et hic suo loco et ad fin. carm. 17* (*Mall.*) : *in* $\mathbf{O}_3$ **601–610** *inter 21* (*Stil. I*), *9–10 locati sunt* || **601** iunctis $\mathbf{P}_2$ (*suo loco*) $\mathbf{B}_1$*ac*$\mathbf{P}_1\mathbf{P}_{10}$*ac* μ*ac* : uotis* $\mathbf{P}_2$ (*Mall.*), *cett. mei* || **601–602** futuri / . . . aeui *Heinsius* || **603** patriis $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : patris $\mathbf{gn}_1$ | uero] iusto $\mathfrak{p}_2$ || **604** studiis flagrat $\mathbf{J}_7$ || **605** quem $\mathbf{P}_2$ (*Mall.*) $\mathbf{O}_3$ (*Stil.*) : quod $\mathbf{P}_2$ (*suo loco*) || **607** fidem $\mathbf{P}_2$ (*suo loco*), *cett. mei* : dei $\mathbf{P}_2$ (*Mall.*) $\mathbf{O}_3$ (*Stil.*) | offertur $\mathbf{P}_2$ (*Mall.*), *cett. mei* : ef- $\mathbf{K}_4$: in- $\mathbf{P}_2$ (*suo loco*) $\mathbf{F}_2$: trans- λ || **608** clarior $\mathbf{ZB}_1$ || **609** obstringit $\mathbf{gP}_2$ (*bis*) $\mathbf{ZF}_2$*ac*$\mathbf{PF}_{17}\mathbf{J}_3$, *Exc. Flor.* : abstringit $\mathbf{W}_1$: obstrinxit $\mathbf{R}$: astringit $\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{n}_1\mathbf{L}_{11}\mathbf{q}$ | erret $\mathbf{gP}_2$ (*bis*) $\mathbf{ZPRF}_{17}$*? ac, Exc. Flor.* : errat $\mathbf{F}_2\mathbf{P}$*sscr*$\mathbf{W}_1\mathbf{F}_{17}$*?pc*$\mathbf{J}_3\mathbf{n}_1$: heret $\mathbf{O}_3$

610 non quaerit pretium, uitam qui debet, amori.
o quantum populo secreti numinis addit
imperii praesens genius, quantamque rependit
maiestas alterna uicem, cum regia circi
conexum gradibus ueneratur purpura uulgus
615 adsensuque cauae sublatus in aethera uallis
plebis adoratae reboat fragor unaque totis
intonat Augustum septenis arcibus echo!
nec solis hic cursus equis: adsueta quadrigis
cingunt arua trabes, subitaeque aspectus harenae
620 diffundit Libycos aliena ualle cruores.
haec et belligeros exercuit area lusus,
armatos hic saepe choros certaque uagandi
textas lege fugas inconfusosque recursus
et pulchras errorum artes iucundaque Martis
625 cernimus. insonuit cum uerbere signa magister,
mutatos edunt pariter tot pectora motus
in latus allisis clipeis aut rursus in altum
uibratis; graue parma sonat, mucronis acutum
murmur, et umbonum pulsu modulante resultans
630 ferreus alterno concentus plauditur ense.
una omnis summissa phalanx tantaeque salutant

610 non (ne **g**) quaerit (-et **P**$_2$ *bis* **W**$_1$**F**$_{17}$**n**$_1$: -at **gZ**, *Exc. Flor.*) pretium uitam *omnes mei* : non quaerat pretio uitam *Heinsius* | qui uitam *Γ*$_1$ | debet **P**$_2$ (*bis*) **R***pc*, *cett. mei* : dedit **R***ac* | amoris *Semple* || **611** numinis **gP**$_2$ (*bis*) **ZF**$_2$ *ul* **R***pc* **W**$_1$**F**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$: nominis **F**$_2$**PR***ac***F**$_{17}$ *ul* **J**$_3$ *ul* : muneris **A**$_2$**K**$_6$, *Par. 15155* || **612** genius **gP**$_2$**ZB**$_1$ *?ac* **L**$_4$**μ**, *Exc. Flor.* : generis *Exc. Gyr.* : species **P**$_2$ *ul* **F**$_{17}$ *pc* (*ante* praesens), *cett. mei* || **613** fidem **K**$_6$ *ac* || **614** conexum **F**$_2$**PRF**$_{17}$**n**$_1$: connexum **gP**$_2$**ZJ**$_3$: conuexum **W**$_1$ **A**$_2$: connixum *Scaliger* || **615** assensu- **PR** : consensu- *cett. mei* : consessu- **R**$_{13}$ || **616** fauor **C**$_1$ || **617** arcibus **P***pc* (**W**$_1$) **F**$_{17}$ *pc*, *cett. mei* : collibus **J**$_3$**K**$_6$: montibus **ZB**$_1$ || **618** currus **P**$_2$ | adsueta **ZPRF**$_{17}$ *mg* **J**$_3$**n**$_1$: aduecta **gP**$_2$**F**$_2$**W**$_1$**J**$_3$ *ul* : attrita **F**$_{17}$ || **619** cingunt **F**$_2$**J**$_3$, *cett. mei* : tingunt **F**$_2$ *ul* **J**$_3$ *ul* | arua **F**$_2$**J**$_3$ *ul*, *cett. mei* : arma **F**$_2$ *ul* **PW**$_1$**J**$_3$: raua *Scaliger* | trabes **g** (**P**) **R***ac* **O**$_3$ *ul*, *Exc. Flor.*, *Exc. Gyr.* : tigres **R***pc*, *cett. mei* || **620** diffundit **F**$_2$**PR***ac***F**$_{17}$**J**$_3$: diffudit **gP**$_2$**ZL** *?pc* **W**$_1$ (**n**$_1$) : diffundunt **R***pc* : effudit **P**$_1$ || **621** hic et **gLW**$_1$**J**$_3$**n**$_1$ | ludos **P**$_2$**ZJ**$_3$**O**$_2$ || **622** hic saepe] hac sepe *Heinsius* : haec saepe *Birt* || **623** recursus **R***pc*, *cett. mei* : recessus **R***ac* **μ** || **624** errorum **J**$_3$ *ul*, *cett. mei* : heroum **J**$_3$ *pc* **z**$_1$: en rerum **n**$_1$: erronum *Heinsius* (*cum* acies *proximo loco ex* **A**$_2$, *Pulmanno*) || **626** mutatosque *Pulmannus, teste Birt* : *non repperi* || **628** palma **gZB**$_1$**L**$_1$ | acutum **P**$_2$**F**$_2$**PRW**$_1$**n**$_1$, *Isengriniana* : acuti **gZLF**$_{17}$**J**$_3$**CJ**$_6$**J**$_7$ || **629** murmur et **P***pc* **R** *?pc*, *cett. mei* : murmuret **P***ac* **R***ac* : murmure et *uel* murmura et *Heinsius, qui censuit legendum* mucronis acuti (*siue* acuto) / murmure *uel* mucronis acutum / murmura (*sc.* sonant, *quod et legi posse uisum est*) | moderante **J**$_7$**O**$_7$ | resultans **P**$_2$**F**$_2$**PRO**$_2$, *Vgoletus* : resultat **gZLF**$_2$ *ul* **R** *ul* **W**$_1$**F**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$ || **630** plauditur *Scaliger* : clauditur *codd.* | ictu **F**$_3$ || **631** una omnis] una animis **O**$_3$: uni omnis *Heinsius* : unanimis *Birt* | subnixa **F**$_{17}$**J**$_3$**n**$_1$**O**$_3$**P**$_1$

te, princeps, galeae. partitis inde cateruis
in uarios docto discurritur ordine gyros,
quos neque semiuiri Gortynia tecta iuuenci
635 flumina nec crebro uincant Maeandria flexu.
discreto reuoluta gradu torquentur in orbes
agmina, perpetuisque inmoto cardine claustris
Ianus bella premens laeta sub imagine pugnae
armorum innocuos paci largitur honores.
640 iamque nouum fastis aperit felicibus annum,
ore coronatus gemino; iam Thybris in uno
et Bruti cernit trabeas et sceptra Quirini.
consule laetatur post plurima saecula uiso
Pallanteus apex; agnoscunt rostra curules
645 auditas quondam proauis, desuetaque cingit
regius auratis fora fascibus Vlpia lictor,
et sextas Getica praeuelans fronde secures
colla triumphati proculcat Honorius Histri.
exeat in populos cunctis inlustrior annus,
650 natus fonte suo, quem non aliena per arua
induit hospes honos, cuius cunabula fouit
curia, quem primi tandem uidere Quirites,
quem domitis auspex peperit Victoria bellis!
hunc et priuati titulis famulantibus anni
655 et quos armipotens genitor retroque priores
diuersis gessere locis, ceu numen, adorent;
hunc et quinque tui, uel quos habiturus in urbe
post alios, Auguste, colant. licet unus in omnes
consul eas, magno sextus tamen iste superbit
660 nomine, praeteritis melior, uenientibus auctor.

633 agmine $\mathbf{K}_{4}$ || **634** semiuiri $\mathbf{J}_{3}$*ul, Exc. Flor., Exc. Gyr.* : semiferi $\mathbf{J}_{3}$, *cett. mei* : se miseri $\mathbf{K}_{4}$ || **635** nec *omnes mei, Exc. Flor.* : uel *Exc. Gyr.* | uincant crebro **ϑ** || **637** perpetuis (*om.* -que)* $\mathbf{P}_{2}\mathbf{n}_{1}$ | claustris] clautris **P** : clathris *Exc. Gyr.* : castris **L** || **638** laeta] lete $\mathbf{K}_{6}$: lata $\mathbf{W}_{1}$ || **643** saec. plur. $\mathbf{A}_{2}$ || **644** cognoscunt $\mathbf{W}_{1}\mathbf{L}_{11}$ **ϑ** || **645** desueta- $\mathbf{J}_{3}$*pc, cett. mei, Exc. Flor.* : dis- $\mathbf{W}_{1}\mathbf{J}_{3}$*ac* || **646** regius $\mathbf{gZF}_{2}$*pc* $\mathbf{W}_{1}\mathbf{F}_{17}\mathbf{J}_{3}\mathbf{n}_{1}$: regibus $\mathbf{P}_{2}\mathbf{LF}_{2}$*ac***PR** : legibus **R***ul* || **647** sexta geticas $\mathbf{K}_{4}$ | praeuelans $\mathbf{P}_{2}$*pc*(**P***ac*), *cett. mei* : praeuallans **P***pc* || **649** annus **R***pc, cett. mei, Exc. Flor.* : annis **R***ac*$\mathbf{n}_{1}\mathbf{F}_{3}$: amnis **g** || **650** sponte sua *Heinsius* || **651** imbuit $\mathbf{b}_{1}\mathbf{F}_{3}$*ul, Scaliger* | honor $\mathbf{gW}_{1}\mathbf{J}_{3}\mathbf{n}_{1}$ || **653** *om.* **g** || **654** annum $\mathbf{F}_{3}$ || **655** retro- $\mathbf{gZRJ}_{3}\mathbf{P}_{11}$: reges- **P***pc* $\mathbf{J}_{3}$*mg, cett. mei* || **656** gessere $\mathbf{J}_{3}$, *cett. mei* : egere* $\mathbf{J}_{3}$*sscr* || **657** hunc] nunc $\mathbf{K}_{4}$ | urbem $\mathbf{P}_{11}\mathbf{W}_{2}$: orbe $\mathbf{F}_{17}$: orbem **P** || **659** iste **R***pc, cett. mei* : ille $\mathbf{n}_{1}$: esse **PR***ac* : ipse $\mathbf{P}_{10}\mathbf{S}_{3}$, *Clauerius* : ecce *Heinsius*

codicum subscriptiones: de co͞ns honori aug̅ v explicit **P** : de cons̅ honor̅ aug̅ explicit **R** : explicit paneguricus de sexto consulatu honori augusti *Exc. Flor.*

DE RAPTV PROSERPINAE

LIBRI PRIMI PRAEFATIO

Inuenta primus secuit qui naue profundum
  et rudibus remis sollicitauit aquas,
qui dubiis ausus committere flatibus alnum
  quas natura negat praebuit arte uias,
5 tranquillis primum trepidus se credidit undis
  litora securo tramite summa legens;
mox longos temptare sinus et linquere terras
  et leni coepit pandere uela Noto;
ast ubi paulatim praeceps audacia creuit
10 cordaque languentem dedidicere metum,
iam uagus inrumpit pelago caelumque secutus
  Aegaeas hiemes Ioniumque domat.

1–12 $A_1F_1J_3P_5$, $C_1F_2gL_1$, J_4L_3Z

de inscriptionibus et subscriptionibus quas codd. et hic et alibi in libris de raptu Proserpinae proferunt, consulatur ed. mea Cantabrigiensis

1 p. s. q. C_1gL_1 (primum) G_1L_4 : s. q. p.* $A_1J_3F_2L_3A_2$: s. p. q.* $F_1P_5J_4Z$ || 3 flatibus P_5, *cett. mei* : fluctibus P_5 *ul* $F_2L_2L_{10}O_1$ | alnum F_2 *pc*, *cett. mei* : alnos F_2 *ac* P_4 || 4 uetat E_1 || 5 trep. prim. *Heinsii Iunianus* | credidit] tradidit $F_4J_2O_1$: protulit M_1 || 6 secreto F_1 || 8 atque leui R_3 | pandere] tendere L_1 : tradere J_2 || 9 in praeceps *Swartius, Barthius* || 11 altius J_4 | irrumpit $F_1J_3P_5$ *?ac* $L_1L_3F_3R_2$: irrupit A_1P_5 *pc?* $C_1F_2gJ_4L_3Z$: exultat* *Isengriniana mg* | pelago C_1 *pc*, *cett. mei* : pelagus J_3C_1 *acg* || 12 ionias- $F_2J_2L_2L_{10}$ | premit M_1 | *post hunc uers. distichon* sic ego qui rudibus scripsi praeludia uerbis / ingredior stygii nobile ditis opus (*quod spurium esse nemo non confitetur*) *in cod. quodam Sangallensi additum fuisse testis est Burmannus. praef. ad finem mutilam censuerunt Gesnerus, Gramlewicz, Koch, perperam*

CLAVDIVS CLAVDIANVS

DE RAPTV PROSERPINAE

LIBER PRIMVS

Inferni raptoris equos adflataque curru
sidera Taenario caligantesque profundae
Iunonis thalamos audaci prodere cantu
mens concussa iubet. gressus remouete, profani.
5 iam furor humanos nostro de pectore sensus
expulit et totum spirant praecordia Phoebum;
iam mihi cernuntur trepidis delubra moueri
sedibus et claram dispergere limina lucem
aduentum testata dei; iam magnus ab imis
10 auditur strepitus terris templumque remugit
Cecropium sanctasque faces attollit Eleusin.
angues Triptolemi stridunt et squamea curuis
colla leuant adtrita iugis lapsuque sereno
erecti roseas tendunt ad carmina cristas.
15 ecce procul ternis Hecate uariata figuris
exoritur leuisque simul procedit Iacchus
crinali florens hedera, quem Parthica uelat
tigris et auratos in nodum colligit ungues;
ebria Maeonius firmat uestigia thyrsus.
20 di, quibus innumerum uacui famulatur Auerni

1–140 $\mathbf{A_1F_1J_3P_5}$, $\mathbf{C_1F_2gL_1}$, $\mathbf{J_4L_3Z}$ || 141–214 $\mathbf{A_1F_1J_3P_5}$, **g***ma* (*om.* 141), $\mathbf{J_4L_3}$ (203–214 *om.*) **Z** (203–214 *om. add. mg ma*) || 215–288 $\mathbf{A_1F_1J_3P_5}$, $\mathbf{C_1F_2g}$ (215 *om.*) $\mathbf{L_1}$, $\mathbf{J_4L_3Z}$

2 taenario $\mathbf{F_1}$*pc, cett. mei* : tartareo $\mathbf{J_2L_5}$: trinacrio $\mathbf{J_4}$ || 3 prodere $\mathbf{J_3C_1gR_1}$*ac*$\mathbf{R_2}$: promere *cett. mei* || 4 Musa (*cum* augusta $\mathbf{J_3}$) *Gustafsson* | concussa *Isengriniana* : congesta $\mathbf{A_1F_1F_2gL_1L_3Z}$: coniesta $\mathbf{P_5}$: coniecta $\mathbf{J_4}$: collecta $\mathbf{P_2}$*ul* : augusta $\mathbf{J_3}$: angusta $\mathbf{C_1R_2}$: commota *laudat Dempsterus* : incensa *Baehrens* || 5 de nostro pectore sensus* $\mathbf{ZM_2R_5R_7U}$: s. de corpore n. $\mathbf{L_2}$: n. de corpore s. $\mathbf{P_3}$ || 6 solum *Jeep* || 8 diffundere $\mathbf{L_2}$ | limina $\mathbf{L_3O_1R_3}$: lumina* *cett. mei* : culmina* *Isengriniana* : fulmina *Meursius* : culmine *Heinsius* || 9 aduentus $\mathbf{F_3L_6}$ | dei **Z**, *cett. mei* : dee **Z***ul* || 10 strep. terris $\mathbf{A_2b_1E_1J_2}$: terris strep. $\mathbf{L_5}$: fremitus terris* *omnes mei* : terris frem. $\mathbf{F_{10}hM_4mnR_{11}}$: sonitus terris **d** || 11 cecropidum $\mathbf{A_1F_1J_4}$ | sacras- $\mathbf{M_1O_1R_{25}}$ | attollit $\mathbf{A_1F_2}$: extollit* *cett. mei* || 12 Triptolemi strident angues *Scaliger* | flammea *Bartholinus* || 13 adtrita] astricta $\mathbf{P_5}$ ($\mathbf{F_2}$)$\mathbf{L_1J_4}$: addicta *Cuiacius* || 14 tollunt $\mathbf{R_{14}R_{26}}$ || 15 trinis . . . figuris $\mathbf{L_6}$: ternas . . . figuras $\mathbf{L_1}$ || 16 leuis- $\mathbf{C_1K_1R_5}$*?*$\mathbf{R_{25}}$: lenis- $\mathbf{F_1J_3P_5gL_1J_4L_3Z}$*?* : laetus-* $\mathbf{A_1F_2F_3F_4J_2L_{10}}$ || 17 frondens $\mathbf{e_2r}$ || 17–18 tigris / uelat $\mathbf{J_4DE_1K_1O_1}$ || 18 nodos $\mathbf{A_1L_1L_{10}}$ || 19 -ius . . . -us $\mathbf{J_3C_1F_2gL_3Z}$: -iis . . . -is $\mathbf{A_1F_1P_5L_1J_4}$: -io . . . -o $\mathbf{C_3U}$ | firmat $\mathbf{F_2}$: figit *cett. mei* : fulcit* $\mathbf{L_3T}$*ul* || 20 famulatur $\mathbf{A_1J_3P_5}$*pc?*$\mathbf{gL_1}$*pc*$\mathbf{L_{10}E_1}$: -antur* $\mathbf{F_1P_5}$*?ac*$\mathbf{C_1F_2L_1}$*ac*$\mathbf{J_4L_3Z}$

uulgus iners, opibus quorum donatur auaris
quidquid in orbe perit, quos Styx liuentibus ambit
interfusa uadis et quos fumantia torquens
aequora gurgitibus Phlegethon perlustrat anhelis:
25 uos mihi sacrarum penetralia pandite rerum
et uestri secreta poli: qua lampade Ditem
flexit Amor; quo ducta ferox Proserpina raptu
possedit dotale Chaos quantasque per oras
sollicito genetrix errauerit anxia cursu;
30 unde datae populis fruges et glande relicta
cesserit inuentis Dodonia quercus aristis.
dux Erebi quondam tumidas exarsit in iras
proelia moturus superis quod solus egeret
conubiis sterilesque diu consumeret annos
35 inpatiens nescire torum nullasque mariti
inlecebras nec dulce patris cognoscere nomen.
iam quaecumque latent ferali monstra barathro
in turmas aciemque ruunt contraque Tonantem
coniurant Furiae, crinitaque sontibus hydris
40 Tisiphone quatiens infausto lumine pinum
armatos ad castra uocat pallentia Manes.
paene reluctatis iterum pugnantia rebus
rupissent elementa fidem penitusque reuulso
carcere laxatis pubes Titania uinclis
45 uidisset caeleste iubar rursusque cruentus
Aegaeon positis aucto de corpore nodis
obuia centeno uexasset fulmina motu.

21 opibus] animis *Cuiacius* : foribus *Jeep* : oris *Baehrens* | damnatur *Heinsius olim* || **22** fuit F_{14} | liuentibus] uiuentibus F_7 : humentibus F_3 || **23** circumfusa g_2V_2 | fumantia] spumantia J_4 : flagrantia u || **24** uorticibus *Isengriniana* || **25** sanctarum T_4t || **26** et nigri r | quod (*pro* quo*?*) uulnere *Cuiacius* || **27** flexit] laesit *Cuiacius* : ulsit (*unde* ussit *elicit*) *in notis Clauerius* | fero L_2 | curru V_2V_3, *Isengriniana* || **28** letale F_{14} || **29** cursu] curru A_1 : passu R_5R_7 || **30** populis fruges $J_3P_5C_1gL_1L_3Z$: fr. populis $F_1J_4E_2M_1W$: populo fr. $A_1F_2E_1J_2R_{25}$: fr. populo K_1 : leges populis *Clauerius* | et] cum J_4K_1 : cur p_2, *Heinsius* : ut *Heinsius* || **33** quia F_2*?*L_3L_5 || **34** conubii* $J_3C_1J_4$*pc?*O_3 : conubio $F_7R_{16}R_{22}$: coniugiis R_5R_7 || **35** nudasque maritae (maritae *iam* C_1 *mg, mr*) *in notis Clauerius* : dulcesque mariti M_2 || **38** acies- $P_5L_3F_4J_2M_1P_1R_{25}$ || **39** consurgunt O_3 | turbae c || **40** infesto A_2J_2 | numine C_1 || **41** ad castra] ad bella F_{14} : in bella *δ ul* : ad rostra *Sligtenhorstius* | uocat A_1*pc, cett. mei* : manet A_1*ac* : mouet D*?*K_1 | pollentia L_5 || **43** reuulso] recluso L_1 : remisso Z || **44** lassatis L_6 || **46** aucto A_1*ul*F_1J_3*pc*$L_3E_1P_2$: ar(c)to* J_4A_2D*?*K_1 : atro e_2g_2m : acto J_3*ac*C_1F_2gE_2R_2 : alto $A_1P_5L_1$ZN : uincto O_3*ul* : uicto O_4 : uasto M_3, *Goetz* : duro F_4*pc* | pectore M_2M_3 || **47** obruta M_2 | uibrasset F_4

sed Parcae uetuere minas orbique timentes
ante pedes soliumque ducis fudere seueram
50 canitiem genibusque suas cum supplice fletu
admouere manus: quarum sub iure tenentur
omnia, quae seriem fatorum pollice ducunt
longaque ferratis euoluunt saecula fusis.
prima fero Lachesis clamabat talia regi
55 incultas dispersa comas: 'o maxime noctis
arbiter umbrarumque potens, cui nostra laborant
stamina, qui finem cunctis et semina praebes
nascendique uices alterna morte rependis,
qui uitam letumque regis (nam quidquid ubique
60 gignit materies, hoc te donante creatur
debeturque tibi, certisque ambagibus aeui
rursus corporeos animae mittuntur in artus):
ne pete firmatas pacis dissoluere leges
quas dedimus neuitque colus, neu foedera fratrum
65 ciuili conuerte tuba. cur inpia tollis
signa? quid incestis aperis Titanibus auras?
posce Iouem; dabitur coniunx.' uix illa; pepercit
erubuitque preces animusque relanguit atrox
quamuis indocilis flecti: ceu turbine rauco
70 cum grauis armatur Boreas, glacieque niuali
hispidus et Getica concretus grandine pinnas

48 uetuere $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : metuere $\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{L}_1\mathbf{C}_3\mathbf{NP}_1$ || **49** patris $\mathbf{C}_2$ | strauere $\mathbf{F}_5\mathbf{g}_3$ | seueram $\mathbf{L}_1$*ul, cett. mei* : serenam $\mathbf{L}_1$ || **50** fletu] uultu* $\mathbf{A}_1\mathbf{Z}\mathbf{A}_2\mathbf{b}_1\mathbf{L}_5\mathbf{L}_{10}\mathbf{R}_5\mathbf{R}_7$: questu **T** : uoto $\mathbf{p}_1$ || **51** lege $\mathbf{V}_2$ || **52** o. f. s. q. p. d. $\mathbf{L}_2$ | series $\mathbf{R}_{13}$ *ac*$\mathbf{R}_{22}$ | fatali *Exc. Gyr.* || **53** cuncta- $\mathbf{R}_{13}$ | adducunt $\mathbf{F}_1$ | fusis $\mathbf{F}_1\mathbf{J}_3\mathbf{C}_1\mathbf{G}_1\mathbf{L}_4\mathbf{O}_3\mathbf{N}$: pensis* **g***pc?, cett. mei* || **54** clamabat $\mathbf{A}_1\mathbf{F}_1\mathbf{P}_5\mathbf{F}_2\mathbf{L}_1\mathbf{J}_4\mathbf{Z}\mathbf{E}_2\mathbf{F}_3\mathbf{L}_{10}$: conclamat $\mathbf{J}_3\mathbf{C}_1\mathbf{g}\mathbf{C}_2\mathbf{G}_1\mathbf{M}_2\mathbf{O}_3\mathbf{O}_4\mathbf{N}$: proclamat $\mathbf{L}_3\mathbf{C}_3\mathbf{M}_1\mathbf{U}$ || **58** nascendique uices (modos $\mathbf{J}_3\mathbf{C}_1\mathbf{b}_1\mathbf{O}_3\mathbf{N}$) alterna *omnes mei* : alternaque uices nascendi $\mathbf{C}_3\mathbf{U}$ | repensas **r** : reponis *uel* resoluis *Cuiacius* || **59** letum uitam- $\mathbf{L}_1$ | regis $\mathbf{A}_1$*pc*$\mathbf{J}_3$, *cett. mei* : geris $\mathbf{A}_1$*ac* : seris $\mathbf{J}_3$*sscr* | in orbe $\mathbf{F}_4$*pc*$\mathbf{M}_2$ || **61** certisque $\mathbf{F}_2\mathbf{g}\mathbf{L}_1\mathbf{L}_3\mathbf{Z}\mathbf{L}_{10}\mathbf{P}_1\mathbf{R}_1$: certis $\mathbf{A}_1\mathbf{F}_1\mathbf{J}_3\mathbf{P}_5\mathbf{C}_1\mathbf{J}_2\mathbf{R}_2$: cunctisque $\mathbf{J}_4\mathbf{D}\mathbf{K}_1$: cunctis **W** : longisque $\mathbf{e}_1$: longis $\mathbf{g}_2\mathbf{g}_3$: certique *Heinsius* || **62** mutantur* $\mathbf{F}_2\mathbf{J}_4\mathbf{D}\mathbf{L}_2\mathbf{M}_2$*?*$\mathbf{R}_5\mathbf{R}_7$ | artus $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : ortus $\mathbf{F}_2$*ac* || **63** pactis *Baehrens* || **64** neu] ne $\mathbf{F}_2\mathbf{L}_3\mathbf{L}_5\mathbf{M}_2\mathbf{M}_3\mathbf{R}_{25}$: nec $\mathbf{J}_4\boldsymbol{\delta}$*pc* | proelia* $\mathbf{J}_4\mathbf{D}$*?*$\mathbf{K}_1$ | rerum **T** || **65** conuerte] committe* $\mathbf{F}_3\mathbf{L}_6$: conuelle *Scaliger* || **66** incestis **Z***sscr, cett. mei* : infestis $\mathbf{R}_2\mathbf{T}$: illicitas $\mathbf{J}_3\mathbf{Z}$ | orbem $\mathbf{F}_2$ || **67** coniunx dabitur $\mathbf{C}_3$ | uix illa; pepercit (illa *iam* $\mathbf{R}_{14}$*mg*$\mathbf{R}_{26}$*mg*) *Barthius* : uix ille pepercit *cett. codd.* : sic illa peregit *Jeep olim* : uix illa peregit, *lacuna post hunc uers. statuta, Reinhardt* || **68** elanguit *Barthii cod.* || **69** indoctus **d** | rauco **Z***ul, cett. mei* : rapto **Z** || **70** minaci *Clauerius* || **71** *om.* $\mathbf{L}_1$ | gelida $\mathbf{F}_1\mathbf{J}_4\mathbf{D}\mathbf{K}_1\boldsymbol{\delta}$

†flare cupit† pelagus siluas camposque sonoro
flamine rapturus; si forte aduersus aenos
Aeolus obiecit postes, uanescit inanis
75 impetus et fractae redeunt in claustra procellae.
tum Maia genitum, qui feruida dicta reportet,
imperat acciri. Cyllenius adstitit ales
somniferam quatiens uirgam tectusque galero.
ipse rudi fultus solio nigraque uerendus
80 maiestate sedet: squalent inmania foedo
sceptra situ; sublime caput maestissima nubes
asperat et dirae riget inclementia formae;
horrorem dolor augebat. tum talia celso
ore tonat (tremefacta silent dicente tyranno
85 atria; latratum triplicem conpescuit ingens
ianitor et presso lacrimarum fonte resedit
Cocytos tacitisque Acheron obmutuit undis
et Phlegethonteae requierunt murmura ripae):
'Atlantis Tegeaee nepos, commune profundis
90 et superis numen, qui fas per limen utrumque
solus habes geminoque facis commercia mundo,
i celer et proscinde Notos et iussa superbo
redde Ioui: "tantumne tibi, saeuissime frater,
in me iuris erit? sic nobis noxia uires
95 cum caelo fortuna tulit? num robur et arma

72 flare iubet $\mathbf{L_7R_{17}}$s : disrumpit $\mathbf{J_3C_1O_3}$: disrupit $\mathbf{O_1}$: irrupit $\mathbf{F_{14}}$: bella cupit* *Clauerius* : ire cupit *Baehrens* : prorumpit *Hall* | *incertum est utrum e* flare cupit *an e* disrumpit *coniectura debeat procedere. fortasse igitur non lectio* flare cupit *sed* disrumpit *obelis inclusa in textu ponenda erat. alibi oritur haec difficultas, uelut ad 1* (*Prob.*), *49* | pelagus siluas campos-] pelago s. c.- $\mathbf{M_1}$: s. pelagus c.- $\mathbf{L_2}$: pelagus c. s.- **W** : saltus s. c.- $\mathbf{O_6}$ || **73** *om.* $\mathbf{L_1}$ | fors $\mathbf{L_5}$ | auersus $\mathbf{J_3F_3}$ || **74** obiceat $\mathbf{F_1}$: occlusit *Cuiacius* : obiciat *Jeep* | inanis $\mathbf{P_5}$*pc, cett. mei* : in auras $\mathbf{P_5}$*ac*$\mathbf{L_3}$ $\mathbf{F_4R_5R_7}$**U** : in antris $\mathbf{V_2V_3}$ || **75** in claustra $\mathbf{A_1}$*ul, cett. mei* : ad claustra $\mathbf{A_1L_1L_2}$ $\mathbf{L_{10}}$: in castra $\mathbf{J_4K_1M_2N}\boldsymbol{\delta}$: in saxa $\mathbf{O_4}$ || **76** natum **U** || **77** affuit $\mathbf{A_1F_2L_5}$ | heros $\mathbf{F_4}$*pc*$\mathbf{M_1}\boldsymbol{\delta}$ || **79** ille $\mathbf{L_2P_1T}$ | solio fultus $\mathbf{J_4(C_2)K_1L_2O_2P_2R_4}$ || **82** dirae $\mathbf{F_1C_2H}$ $\mathbf{J_2L_2R_{25}}$*pc* : durae *cett. mei* || **83** horrorem $\mathbf{J_3C_1G_1L_4O_3R_6}$: terrorem* *cett. mei* : maerorem *Cuiacius* | nunc $\mathbf{F_7}$ || **84** sonat $\boldsymbol{\psi_1}$ | magistro $\mathbf{F_3}$ || **85** atria $\mathbf{A_1}$, *cett. mei* : tartara $\mathbf{A_1}$*ul*$\mathbf{W}$ | latratus triplices $\mathbf{ZL_5}$ || **86** ianitor $\mathbf{A_1}$, *cett. mei* : cerberus $\mathbf{A_1}$*sscr*$\mathbf{R_3}$ || **87** tacitisque $\mathbf{J_4}$*pc, cett. mei* : tacitis $\mathbf{J_4}$*ac*$\mathbf{(L_3)C_2C_3DE_2L_5}$: tacitus $\mathbf{HK_1}$: tacitas $\mathbf{F_1}$ | conpescuit undas $\mathbf{F_1}$ || **91** uehis $\mathbf{P_4}$ | caelo $\mathbf{R_{25}W}$ || **92** i celer et prescinde $\mathbf{A_1(F_1)}$: i celer proscinde $\mathbf{P_5}$*?*$\mathbf{J_4}$: i celer i proscinde $\mathbf{e_2}$, *Burmannus* : i celeres proscinde *Isengriniana* : i celer et precede **T** : i celer hinc et finde $\mathbf{F_6F_7}$ $\mathbf{R_{16}R_{38}}$ | et[2]] ac *Bartholini cod.* || **93** frater $\mathbf{A_1}$, *cett. mei* : fratrum* $\mathbf{A_1}$*ul*$\mathbf{J_4L_{10}}$ || **94** habes $\mathbf{J_4DK_1M_1U}$ | sic nobis noxia uires $\mathbf{(P_5)J_4}$*pc, cett. mei* : sic uires noxia nobis $\mathbf{R_{25}}$: uires sic noxia nobis $\mathbf{ZL_2L_5(L_6)}$ || **95** num $\mathbf{A_1F_1P_5}$g*pc*$\mathbf{J_4}$*pc?*$\mathbf{L_3}\boldsymbol{\delta}$: non $\mathbf{J_3C_1F_2L_1J_4}$*?ac?*$\mathbf{Z}$

perdidimus, si rapta dies? an forte iacentes
ignauosque putas quod non Cyclopia tela
stringimus aut uacuas tonitru deludimus aures?
nonne satis uisum grati quod luminis expers
100 tertia supremae patior dispendia sortis
informesque plagas, cum te laetissimus ornet
Signifer et uario cingant splendore Triones,
sed thalamis etiam prohibes? Nereia glauco
Neptunum gremio conplectitur Amphitrite;
105 te consanguineo recipit post fulmina fessum
Iuno sinu. quid enim narrem Latonia furta,
quid Cererem magnamque Themin? tibi tanta creandi
copia; te felix natorum turba coronat.
ast ego deserta maerens inglorius aula
110 inplacidas nullo solabor pignore curas?
non adeo toleranda quies. primordia testor
noctis et horrendae stagna intemerata paludis:
si dictis parere negas, patefacta ciebo
Tartara, Saturni ueteres laxabo catenas,
115 obducam tenebris solem, conpage soluta
lucidus umbroso miscebitur axis Auerno.'''

96 adeoque *Heinsius* || **97** innocuosque $\mathbf{d}$ | putes $\mathbf{L_{10}M_1M_3R_1}$ | quod $\mathbf{P_5}$, *cett. mei* : quia $\mathbf{P_5}$ *?ul*$\mathbf{H}$ || **98** stringimus $\mathbf{J_4}$, *cett. mei* : spargimus $\mathbf{J_4}$*ul*$\mathbf{ZL_2}$*pc*$\mathbf{L_5P_1}$ | et $\mathbf{J_3gL_1L_4}$ | uacuas tonitru $\mathbf{F_1ZM_3NO_4}$: uanas tonitru* *cett. mei* : tonitru uacuas $\mathbf{R_{38}}$*ac* : tonitru uanas $\mathbf{M_2}$: uano tonitru $\mathbf{O_5}$, *Exc. Laeti* : uanas hominum *Isengriniana* | aures $\mathbf{R_5}$, *Isengriniana* : auras *cett. mei* : aras $\mathbf{g}$*?* || **99** uisum est $\mathbf{A_1J_4L_{10}}\boldsymbol{\delta}$ | quod grati $\mathbf{F_1ZL_2L_{10}R_{25}U}$: superis quod $\mathbf{A_2}$: superi quod *Heinsius* || **100** tertia] tristia *Goetz* : tetrica *Gustafsson* | postremae $\mathbf{F_4P_1}$ | dispendia] discrimina $\mathbf{R_{25}}$: stipendia *Jeep* : sic praemia *Baehrens* | mortis $\mathbf{F_9}$: noctis $\mathbf{TUW}$ || **101** infernas- $\mathbf{F_5F_{11}r}$ | laetissimus $\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* : latissimus $\mathbf{J_3}$*pc* : lenissimus $\mathbf{P_1R_4}$: clarissimus $\mathbf{A_1L_{10}}$ || **102** lucifer $\mathbf{b_1W}$ | cingant ($\mathbf{F_1P_5}$), *cett. mei* : stringant $\mathbf{L_7s}$ || **103** sed thalamis etiam $\mathbf{g}$*pc?, cett. mei* : sed thalamos etiam $\mathbf{A_1F_1}$ ($\mathbf{P_5}$) : quin etiam thalamum $\mathbf{L_2}$ | nereia $\mathbf{J_3}$*pc*$\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{J_4}$*pc, cett. mei* : nereida $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{C_1g}$*?ac* | glaucus $\mathbf{C_1O_3}$: -um $\mathbf{A_2L_4}$*ac*$\mathbf{P_2}$*ul* || **104** neptunus $\mathbf{C_1O_3R_6}$ | amphitrite $\mathbf{F_1gL_1J_4L_3}$: -em *cett. mei* (-en $\mathbf{L_5N}$) || **105** lassum $\mathbf{T}$ || **106** narrem (referam $\mathbf{P_5}$) Latonia (latitantia $\mathbf{J_4DK_1}$: Latoia *Heinsius*) furta] latonia furta renarrem $\mathbf{O_4}$: latonia furta referrem $\mathbf{F_2W}$ || **107** themin ($\mathbf{J_3}$)$\mathbf{L_3}$, *cett. mei* : thetim $\mathbf{A_1F_1P_5L_1L_3}$*ul*$\mathbf{P_2P_4}$ | tibi] cui *anon. ap. Burmannum* || **108** natorum te felix $\mathbf{J_3C_1gJ_2L_4P_4}$: natorum felix te $\mathbf{V_2}$ || **109** deformi $\mathbf{M_3}$ || **110** curas] poenas $\mathbf{F_5hR_{18}}$ || **111** nonne *Heinsius* || **111–112** noctis / testor $\mathbf{C_2L_2L_6M_2M_3}$ || **112** *om.* $\mathbf{L_1}$ | stagna $\mathbf{A_1F_1F_2L_3ZE_1L_{10}P_4}\boldsymbol{\delta}$: signa $\mathbf{J_3P_5gJ_4P_2R_2}$ | intemeranda $\mathbf{L_2}$: inuidiosa $\mathbf{L_{10}}$ || **113** dictis $\mathbf{A_1F_1P_5ZL_{10}O_1P_4R_3R_4T}$: dicto* *cett. mei*, $\mathbf{K_1M_3W}$ | neges $\mathbf{J_3C_1gL_4O_3}$ | uocabo $\boldsymbol{\psi}_1$*sscr* || **115** solem tenebris $\mathbf{T}$: tenebris lucem* $\mathbf{G_2O_5O_6}$ || **116** fulgidus *Clauerius*

uix ea fatus erat, iam nuntius astra tenebat.
audierat mandata Pater secumque uolutat
diuersos ducens animos, quae tale sequatur
120 coniugium Stygiosque uelit pro sole recessus.
certa requirenti tandem sententia sedit.
Aetnaeae Cereri proles optata uirebat
unica nec tribuit subolem Lucina secundam
fessaque post primos haeserunt uiscera partus;
125 infecunda quidem, sed cunctis altior extat
matribus et numeri damnum Proserpina pensat.
hanc fouet, hanc sequitur; uitulam non blandius ambit
torua parens, pedibus quae nondum proterit arua
nec noua lunatae curuauit germina frontis.
130 iam uicina toro plenis adoleuerat annis
uirginitas, tenerum iam pronuba flamma pudorem
sollicitat mixtaque tremit formidine uotum.
personat aula procis: pariter pro uirgine certant
Mars clipeo melior, Phoebus praestantior arcu;
135 Mars donat Rhodopen, Phoebus largitur Amyclas
et Delon Clariosque lares; hinc aemula Iuno,
hinc poscit Latona nurum. despexit utrumque
flaua Ceres raptusque timens (heu caeca futuri!)

117 uix ita $\mathbf{akR}_{38}$ || **119** diuerso *Clauerii lib.* : diuisos *Heinsius* | animos ducens $\mathbf{b}_1$*ac*$\mathbf{M}_2\mathbf{R}_1$ || **120** *om. add. mg* **g** | connubium $\mathbf{G}_1\mathbf{L}_4$ | stygiosue $\mathbf{F}_2\mathbf{F}_3\mathbf{HL}_5\mathbf{O}_2\mathbf{P}_4\mathbf{T}$: stygiosne $\mathbf{L}_1$ | pro luce recessus $\mathbf{C}_3\mathbf{U}$: persoluere census $\mathbf{L}_1\mathbf{BF}_3\mathbf{P}_2\mathbf{P}_4$ || **121** tandem haec *Heinsius* | mansit sententia tandem $\mathbf{F}_4\mathbf{P}_1$ || **122** aetnaeae $\mathbf{P}_5$, *cett. mei* : (h)ennee $\mathbf{C}_1\mathbf{O}_1\mathbf{O}_2\boldsymbol{\delta}$: etheree $\mathbf{P}_5$*ul* | cereris $\mathbf{L}_4$ | uirebat $\mathbf{P}_5$*ul, cett. mei* : nitebat $\mathbf{P}_5$: uigebat **U** || **123** subolem tribuit $\mathbf{C}_3\mathbf{L}_2\mathbf{L}_5\mathbf{R}_2$: tribuit prolem $\mathbf{L}_3\mathbf{L}_6\mathbf{R}_5\mathbf{R}_7$: prolem tribuit $\mathbf{C}_2$ || **124** haeserunt $\mathbf{J}_4$, *cett. mei* : cessarunt $\mathbf{J}_4$*gloss., Heinsius* : requierunt $\mathbf{R}_7$ || **125–126** matribus extat / altior $\mathbf{J}_2\mathbf{P}_3$: laetior extat / matribus *Cuiacius* || **126** damnum numeri $\mathbf{R}_2\mathbf{R}_3$ | damnum . . . pensat] pensat . . . damnum $\boldsymbol{\psi}_1$: damnum . . . complet **N** : damnum . . . reddit $\mathbf{J}_2$ || **127** uitulam $\mathbf{P}_5$*ul* **g***?, cett. mei* : uitulum $\mathbf{F}_1\mathbf{P}_5\mathbf{L}_1\mathbf{ZBL}_2\mathbf{O}_4$: nullam $\mathbf{J}_4$ | nec $\mathbf{J}_4\mathbf{K}_1$ || **128** seua $\mathbf{R}_3$ | quae $\mathbf{P}_5$*ul, cett. mei* : qui $\mathbf{F}_1\mathbf{P}_5\mathbf{Z}$ | nondum proterit $\mathbf{F}_1$*?ac?*$\mathbf{P}_5$*ac***g***pc, cett. mei* : nondum preterit $\mathbf{F}_1$*?pc?*$\mathbf{P}_5$*pc*$\mathbf{L}_{10}$: necdum proterit $\mathbf{P}_2$: non protriuerit $\mathbf{F}_2\mathbf{E}_1$ | aruum $\mathbf{P}_5$: herbas $\mathbf{R}_{20}$ || **129** lun. curuauit $\mathbf{P}_5$*pc, cett. mei* : curuauit lun. **g** : lun. curuatur $\boldsymbol{\delta}$ *ut uid.* : lun. curuantur $\mathbf{P}_5$*ac* | germina $\mathbf{A}_1$*ul*$\mathbf{F}_2$, *cett. mei* : cornua $\mathbf{A}_1\mathbf{F}_1\mathbf{P}_5\mathbf{F}_2$*sscr*$\mathbf{J}_4\mathbf{G}_1\mathbf{L}_4\mathbf{R}_6$ || **130** matura **W** | thoris $\mathbf{J}_2$ || **131** fama $\mathbf{J}_4\mathbf{L}_2$ || **132** tremit] fremit $\mathbf{K}_1\mathbf{P}_4$: premit $\mathbf{F}_4\mathbf{P}_2\mathbf{R}_{25}$: timet **W** : fremunt *Cuiacius* | uota *Cuiacius* || **133** certat $\mathbf{C}_3$ || **134** maior $\mathbf{M}_2$ | constantior $\mathbf{J}_2$ || **135** rodopen donat $\mathbf{M}_3\mathbf{T}$ || **136** clarios- **g***pc*$\mathbf{L}_1$*pc, cett. mei* : claros- $\mathbf{C}_1\mathbf{L}_1$*ac*$\mathbf{M}_1\mathbf{M}_2\mathbf{M}_3$*pc*$\mathbf{R}_3\mathbf{R}_{25}$ || **137** lat. nur. poscit $\mathbf{O}_1$ | utrumque $\mathbf{A}_1$*?, cett. mei* : utramque $\mathbf{A}_1$*ul*$\mathbf{J}_3\mathbf{P}_5\mathbf{W}$ || **138** raptum- $\mathbf{O}_4$ | tremens $\mathbf{M}_3$ | heu caeca] hec ceca $\mathbf{J}_4$: en ceca $\mathbf{L}_1$: ignara $\mathbf{R}_{13}$

[commendat Siculis furtim sua pignora terris
140 infidis Laribus natam commisit alendam]
aethera deseruit Siculasque relegat in oras
ingenio confisa loci.
Trinacria quondam
Italiae pars una fuit, sed pontus et aetas
mutauere situm. rupit confinia Nereus
145 uictor et abscissos interluit aequore montes
paruaque cognatas prohibent discrimina terras.
nunc illam socia raptam tellure trisulco
opponit natura mari: caput inde Pachyni
respuit Ionias praetentis rupibus iras;
150 hinc latrat Gaetula Thetis Lilybaeaque pulsat
bracchia consurgens; hinc indignata teneri
concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum.
in medio scopulis se porrigit Aetna perustis,
Aetna Giganteos numquam tacitura triumphos,
155 Enceladi bustum, qui saucia terga reuinctus
spirat inexhaustum flagranti uulnere sulphur
et quotiens detractat onus ceruice rebelli

139 *om.* $\mathbf{A_1F_1C_1L_1Z}$, *in spat. post* **140** *relicto add.* **g***ma* | commendans **g** : commisit $\mathbf{L_5w}$*mg* : committit $\mathbf{p_2}$ | pignora $\mathbf{P_5}$*pc*$\mathbf{F_2gJ_4}$: gaudia $\mathbf{J_3L_3L_{10}}$: sydera $\mathbf{P_5}$*ac* || **140** *om.* $\mathbf{J_3C_1L_1L_3}$, *in spat. ante.* **139** *relicto add.* **g***ma* | infidis] ethneis $\mathbf{P_1}$*ac* | nat. lar. $\mathbf{J_4}$ | committit $\mathbf{C_2E_2F_4K_1P_1}$: dimisit $\mathbf{b_1L_5}$: commendat $\mathbf{A_2P_3P_4}$*mg* | alendam $\mathbf{A_1L_{10}P_5J_4Z}$: ituram $\mathbf{A_1}$*ul*$\mathbf{F_2}$*ac* : itura $\mathbf{F_1F_2}$*pc***g** || **141–214** *om.* $\mathbf{C_1F_2L_1}$ *et classis β ceteri, cum magna parte classis γ* : **141–215** *om.* **g**, **142–215** *uno fol. post* **261** *inserto add.* **g***ma* || **141** relegat in $\mathbf{P_5}$*ac, cett. mei* : relegat ad $\boldsymbol{\psi}_1$: relegerat $\mathbf{P_5}$*pc* || *edd. plerique* **139** *retinent,* **140** *et* **141** *ut spurios damnant: Baehrens, del.* **140**, *rescribere uoluit* aethera deseruit; furtim sua pignora terris / commendat fidis Siculasque relegat in oras. *plura de hoc loco in ed. mea Cantab. reperies* || **143** una] ima *nonnulli forsitan codd., Gesnerus, Wakefield* : magna $\mathbf{A_2R_1W}$: iuncta *Birt* | aetas $\mathbf{F_1J_4L_3}$: aestus $\mathbf{A_1J_3P_5gZL_{10}}$ || **144** diuisere $\mathbf{F_9V_3}$ | situs $\mathbf{L_3}$ | rupit $\mathbf{J_4}$*pc, cett. mei* : rapuit $\mathbf{J_4}$*?ac* || **145** interluit $\mathbf{J_3gL_3Z}$: -fluit $\mathbf{A_1F_1P_5J_4J_2L_2L_{10}}$ || **146** cognatas . . . terras] coniungi . . . terras *Cuiacius* : cognatis . . . terris *Heinsius* || **147** socia $\mathbf{F_1gL_3E_2M_1M_2}$*pc* : sociam $\mathbf{A_1J_3P_5J_4ZA_2L_{10}O_1}$: a socia **r** | raptam $\mathbf{J_3}$*ac*$\mathbf{P_5}$*ac*$\mathbf{L_3E_2}$: rapta $\mathbf{P_5}$*pc*$\mathbf{J_4ZA_2}$: ruptam $\mathbf{F_1gJ_2L_2}$: rupta $\mathbf{A_1J_3}$*pc*$\mathbf{L_{10}O_1}$ | trisulco $\mathbf{L_3}$, *Heinsius* : trisulcam $\mathbf{F_1E_2L_6M_2R_2R_{25}}$: trisulca $\mathbf{A_1J_3P_5\,g\,J_4Z}$ || **148** opposuit* $\mathbf{F_1P_5L_2O_1U}$: obtinuit $\mathbf{J_4}$ || **149** respuit] repulit $\mathbf{R_5}$*ul*$\mathbf{R_7}$*ul* : respicit $\mathbf{F_5F_{10}O_5R_{11}R_{13}R_{16}}$: despicit **g**, *Clauerius* (*in notis*) | protentis $\mathbf{F_{12}F_{16}J_9O_5O_6R_{19}}$: praeruptis $\mathbf{R_{29}}$: proiectis, porrectis *Cuiacius* | uiribus **g** || **151** litora **T** | dedignata* $\mathbf{J_4E_2K_1}$ || **154** henna $\mathbf{C_3}$ || **155** saucia] saxea **U** : saxo $\mathbf{J_4DK_1}$ | membra $\mathbf{J_4DK_1}$ || **156** uulnere] pectore* $\mathbf{J_4DK_1}$: corpore $\mathbf{R_{26}}$: gutture $\mathbf{aG_1}$*mr***k***mg*$\mathbf{R_{38}Y_2}$ | sulphur $\mathbf{F_1P_5J_4L_3DM_3}$: fulmen $\mathbf{A_1J_3gZL_2L_{10}O_1}$: fumum $\mathbf{F_{16}R_{17}}$: uirus $\mathbf{J_2M_2}$ || **157** detrectat **g***ac*$\mathbf{L_3}$: deiectat $\mathbf{J_3g}$*pc, Isengriniana mg* : reiectat *Heinsius* | reflexa $\mathbf{C_3}$*?ac*$\mathbf{M_2}$*ul***w**, *Clauerius*

in dextrum laeuumque latus, tunc insula fundo
uellitur et dubiae nutant cum moenibus urbes.
160 Aetnaeos apices solo cognoscere uisu,
non aditu temptare licet. pars cetera frondet
arboribus, nullo teritur cultore cacumen.
nunc uomit indigenas nimbos piceaque grauatum
foedat nube diem, nunc molibus astra lacessit
165 terrificis damnisque suis incendia nutrit.
sed quamuis nimio feruens exuberet aestu,
scit niuibus seruare fidem pariterque fauillis:
durescit glacies tanti secura uaporis,
arcano defensa gelu, fumoque fideli
170 lambit contiguas innoxia flamma pruinas.
quae scopulos tormenta rotant? quae tanta cauernas
uis glomerat? quo fonte ruit Vulcanius amnis?
siue quod obicibus discurrens uentus opertis
offenso rimosa furit per saxa meatu,
175 dum scrutatur iter, libertatemque reposcens
putria multiuagis populatur flatibus antra;
seu mare sulphurei ductum per uiscera montis
oppressis ignescit aquis et pondera librat.
hic ubi seruandum mater fidissima pignus
180 abdidit, ad Phrygios tendit secura penates
turrigeramque petit Cybelen sinuosa draconum
membra regens, uolucri qui peruia nubila tractu

158 dextrum laeuumque $P_5J_4C_3O_1$: dextrum laeuumue $L_{10}R_5R_7R_{25}$: laeuum dextrumque $A_1F_1gL_3L_2$: laeuum dextrumue $J_3ZA_2R_1$ || 159 uellitur] pellitur P_3 : uertitur F_{14} : tollitur *Baehrens* | mutant P_5C_3 | montibus P_3 | *uers. ita refecit* L_2 : uoluitur et dubios (*unde* dubio *elicias*) nutant fundamine turres || 160 henneos F_1 : aerios *uel* aetherios *Exc. Schott.* | contingere U || 161 pars altera $F_6g_2g_3R_{16}R_{38}$ || 162 nullo teritur $A_1L_2M_2R_1$: teritur nullo* *cett. mei* : petitur nullo aF_6kY_2 || 163 uomit *Isengriniana mg* : mouet *codd.* | nubes gL_2 || 164 molibus P_4U : motibus *omnes mei* : montibus L_6T || 165 fumificis ZT | flammis- *Jeep* | nutrit] mittit F_1 : miscet J_3 || 166 nimio quamuis L_2 || 167 fauille L_2 || 168 uaporis A_1, *cett. mei* : caloris A_1 *sscr* ZL_6M_3T || 170 continuas M_2P_4 || 171–178 *ut spurios deleuit Jeep, perperam* || 171 scopulos J_3 *sscr, cett. mei* : -is J_3L_3 : -i *Z?* | rotant $A_1J_3P_5gL_3Z$ *sscr* : -ent $F_1J_4ZE_2$ | cauernas] procellas *Cuiacius* : cauernae, *uirgula post* rotant *posita, Hertel* || 172 glomeret F_1J_4D*?*$E_2K_1R_2$ | ruat J_4DK_1 : fluat *Cuiacius* | amnis $E_2P_4R_2$: ignis *omnes mei* || 174 offensus F_1 | rimosa] rimata F_1 : per saxa* $A_1J_4DK_1R_{25}$ | furit] ruit $J_3J_4L_3W$: furat L_8 : ruat D : fluit F_7 | per saxa] rimosa* $A_1J_4DK_1R_{25}$ || 176 putria $F_1J_3L_3ZT$: putrida $A_1P_5gJ_4L_{10}O_1$ | multiuagis] montiuagis F_9 : sulphurei (-eis*?*) g || 178 librat] uibrat n : g *incert.* || 179 pignus] natam R_{20} : g *incert.* || 181 -que petit] querit M_1 | sinuosa] spumosa $J_4E_2R_2$: squamosa *Liuineius* || 182 membra P_5, *cett. mei* : colla P_5 *ul* L_6R_1Tw

signant et placidis umectant frena uenenis:
frontem crista tegit; pingunt maculosa uirentes
185 terga notae; rutilum squamis intermicat aurum.
nunc spiris Zephyros tranant, nunc arua uolatu
inferiore secant. cano rota puluere labens
sulcatam fecundat humum: flauescit aristis
orbita; surgentes condunt uestigia culmi;
190 uestit iter comitata seges.
iam linquitur Aetna
totaque decrescit refugo Trinacria uisu.
heu quotiens praesaga mali uiolauit oborto
rore genas, quotiens oculos ad tecta retorsit
talia uoce mouens: 'salue, gratissima tellus,
195 quam nos praetulimus caelo: tibi gaudia nostri
sanguinis et caros uteri commendo labores.
praemia digna manent: nullos patiere ligones
et nullo rigidi uersabere uomeris ictu;
sponte tuus florebit ager; cessante iuuenco
200 ditior oblatas mirabitur incola messes.'
sic ait et fuluis tetigit serpentibus Iden.
hic sedes augusta deae templique colendi
religiosa silex, densis quam pinus opacat
frondibus et nulla lucos agitante procella
205 stridula coniferis modulatur carmina ramis.
terribiles intus thiasi uaesanaque mixto
concentu delubra gemunt; ululatibus Ide
bacchatur; tumidas inclinant Gargara siluas.
postquam uisa Ceres, mugitum tympana frenant;

183 signant] scindunt $\mathbf{R}_{2}$: sulcant *Goetz* || **184** frontes $\mathbf{M}_{1}$ | nitentes $\mathbf{R}_{26}$ || **185** -uiret $\mathbf{A}_{2}$ || **186** zephiros spiris $\mathbf{A}_{1}$: leues (*pro* lenes) Zephyros *Isengriniana mg* | tractant $\mathbf{P}_{5}$ || **189** condunt $\mathbf{F}_{1}$ *ul, cett. mei* : scindunt $\mathbf{F}_{1}\mathbf{J}_{4}\mathbf{E}_{2}$: uelant $\mathbf{L}_{10}$ *ul* | culmi *Isengriniana mg* : fruges *cett. mei* : messes $\mathbf{J}_{3}\mathbf{L}_{10}\mathbf{T}$ || **190** uelat **g** || **191** profugo ψ_{1} || **192** oborto $\mathbf{J}_{3}\mathbf{J}_{4}\mathbf{L}_{3}\mathbf{Z}\mathbf{L}_{10}\mathbf{M}_{2}\mathbf{O}_{1}$: aborto $\mathbf{A}_{1}\mathbf{F}_{1}\mathbf{P}_{5}\mathbf{g}\mathbf{A}_{2}\mathbf{J}_{2}\mathbf{L}_{2}$ || **193** imbre $\mathbf{a}\mathbf{F}_{6}\mathbf{G}_{1}$*mr* $\mathbf{k}\mathbf{R}_{38}$ | retorquet $\mathbf{R}_{20}$: reflexit **r** || **194** gemens $\mathbf{O}_{1}$ *ma in lacuna* || **195** tibi] cui $\mathbf{P}_{5}$ || **196** et claros uteri $\mathbf{G}_{2}$: et uentri caros $\mathbf{V}_{2}$: et raros uteri *Cuiacius* | committo $\mathbf{R}_{25}$ | dolores $\mathbf{L}_{8}$ || **197** praemia digna feres ψ_{1} : post inarata manens $\mathbf{L}_{2}$ || **198** uersabere $\mathbf{J}_{3}$, *cett. mei* : uexabere $\mathbf{J}_{3}$ *ul* : uiolabere $\mathbf{M}_{1}$ || **199** sua $\mathbf{R}_{20}$ | iuuenca $\mathbf{e}_{2}$ || **201** hec ait $\mathbf{M}_{3}$ | tetigit serp.] serp. attigit $\mathbf{J}_{4}\mathbf{D}\mathbf{K}_{1}$: pergit serp. $\mathbf{L}_{2}$ || **202** hec $\mathbf{L}_{5}\mathbf{U}$ | aedes $\mathbf{G}_{4}$, *Aldina* | uerendi $\mathbf{M}_{3}$ || **203** quam densis $\mathbf{a}\mathbf{F}_{6}\mathbf{G}_{1}$*mr*$\mathbf{k}\mathbf{R}_{20}\mathbf{R}_{38}$ | opacat $\mathbf{A}_{1}\mathbf{J}_{3}\mathbf{P}_{5}\mathbf{g}\mathbf{J}_{2}\mathbf{L}_{2}\mathbf{R}_{25}\mathbf{U}$: obumbrat $\mathbf{F}_{1}\mathbf{J}_{4}\mathbf{Z}\mathbf{A}_{2}\mathbf{D}\mathbf{L}_{10}$ || **205** coniferi . . . rami **Z**, *Jeep* | modulatur $\mathbf{A}_{1}\mathbf{J}_{3}\mathbf{g}\mathbf{A}_{2}\mathbf{J}_{2}\mathbf{L}_{2}$: -antur $\mathbf{F}_{1}\mathbf{P}_{5}\mathbf{J}_{4}\mathbf{Z}\mathbf{L}_{10}\mathbf{U}$ | sibila $\mathbf{L}_{6}\mathbf{R}_{25}$ || **206** mixto] miro $\mathbf{L}_{6}$: multo $\mathbf{O}_{4}$ || **207** tremunt $\mathbf{e}_{2}$ || **208** tumidas $\mathbf{F}_{1}\mathbf{A}_{2}\mathbf{L}_{2}\mathbf{L}_{5}\mathbf{L}_{6}\mathbf{L}_{10}\mathbf{R}_{25}$: tumidos **g** : timidas* $\mathbf{A}_{1}\mathbf{J}_{3}\mathbf{P}_{5}\mathbf{J}_{4}\mathbf{Z}\mathbf{O}_{1}$ | siluas] messes $\mathbf{P}_{8}\mathbf{t}$: montes **g** || **209** mugitus $\mathbf{F}_{16}\mathbf{m}\mathbf{n}\mathbf{P}_{9}\mathbf{r}$

210 conticuere chori; Corybas non inpulit ensem;
non buxus, non aera sonant blandasque leones
summisere iubas. adytis gauisa Cybele
exilit et pronas intendit ad oscula turres.
  uiderat haec dudum summa speculatus ab arce
215 Iuppiter ac Veneri mentis penetralia nudat:
'curarum, Cytherea, tibi secreta fatebor.
candida Tartareo nuptum Proserpina regi
iam pridem decreta dari; sic Atropos urget,
sic cecinit longaeua Themis. nunc matre remota
220 rem peragi tempus. fines inuade Sicanos
et Cereris prolem patulis inludere campis,
crastina puniceos cum lux detexerit ortus,
coge tuis armata dolis, quibus urere cuncta,
me quoque saepe soles. cur ultima regna quiescunt?
225 nulla sit immunis regio nullumque sub umbris
pectus inaccensum Veneri. iam tristis Erinys
sentiat ardores; Acheron Ditisque seueri
ferrea lasciuis mollescant corda sagittis.'
  adcelerat praecepta Venus iussuque parentis
230 Pallas et inflexo quae terret Maenala cornu
addunt se comites. diuino semita gressu
claruit, augurium qualis laturus iniquum
praepes sanguineo delabitur igne cometes
prodigiale rubens: non illum nauita tuto,

210 enses $\mathbf{A_1L_5}$ || **211** sonant] **g** *incert.* : tonant *Wakefield* | blandi- $\mathbf{A_1L_2M_1M_2O_1}$: **g** *incert.* || **212** demisere $\mathbf{F_9}$: **g** *incert.* | Cybebe *Heinsius* || **213** exiit **g***?* | intendit $\mathbf{P_5ZA_2K_1O_4U}$: ex- $\mathbf{A_1F_1J_2L_{10}R_{25}}$: pro- $\mathbf{O_1}$: con- $\mathbf{J_3}$: os- $\mathbf{J_4}$*pc* : inclinat $\mathbf{L_2}$: **g** *incert.* || **214** hoc $\mathbf{F_1L_6L_{10}M_1U}$: **g** *incert.* | summa dudum $\mathbf{A_1gL_2L_{10}R_1}$ || **215** ac $\mathbf{F_1}$ *?*$\mathbf{J_3P_5C_1Z}$: at $\mathbf{A_1F_2L_1J_4L_3}$: et $\mathbf{L_6M_1M_3R_1}$: hec $\mathbf{G_1}$: **g** *incert.* | ueneri mentis . . . monstrat $\mathbf{J_4DK_1}$: uen. ment. . . . pandit $\mathbf{F_1}$: ment. uen. . . . pandit $\mathbf{P_5}$: uen. pandit . . . ment. $\mathbf{C_3L_{10}R_4}\boldsymbol{\delta}$ || **216** c. c. t. s. f. $\mathbf{F_1J_3gL_3E_2G_1M_3R_2}\boldsymbol{\delta}$: c. s. t. c. f.* *cett. mei* || **217** nuptum . . . regi ($\mathbf{J_3}$)$\mathbf{F_2}$*pc, cett. mei* : nuptum . . . regi est $\mathbf{J_4}$ (est *fort. add.*) : nuptu . . . regi $\mathbf{R_2R_6}$: regi . . . nuptum $\mathbf{R_{20}}$ || **218** pridem est $\mathbf{F_1}$: dudum $\mathbf{J_4}$ || **219** thetis $\mathbf{L_1}$ | iam $\mathbf{L_2}$ || **220** peragi **Z***ul* $\mathbf{A_2L_{10}}$(*in adnot.*) $\mathbf{R_4}\boldsymbol{\delta}$: peragit **Z**, *cett. mei* : peragi est *Jeep* || **221** prol. cer. $\mathbf{L_4}$ | patulis] uacuis $\mathbf{R_{13}}$: pastus $\mathbf{L_1}$: placidis $\mathbf{L_1}$ *corr. mg* || **222** candida $\mathbf{A_2O_1}$ | purpureos $\mathbf{F_1}$*pc*$\mathbf{F_4L_5R_{25}}$ | direxerit $\mathbf{aR_{13}}$ || **223** coge] falle *Isengriniana mg* : pelle *Burmannus* || **224** uales $\mathbf{C_1gL_1HL_5P_1R_1}$ | infera *Cuiacius* | quiescunt $\mathbf{F_2}$, *cett. mei* : -ent $\mathbf{F_2}$*sscr*$\mathbf{L_1}$: -ant $\mathbf{L_2O_2}$ *ul, Heinsius* || **226** inaccensum $\mathbf{J_3}$*ul*$\mathbf{F_2}$*ul, cett. mei* : inaccessum $\mathbf{J_3C_1F_2ZJ_2L_5}\boldsymbol{\delta}$ || **227** seueri] superbi $\mathbf{C_1}$: profundi $\mathbf{M_3}$ || **228** moll. lasc. **U** || **229** mandata $\mathbf{L_7R_{13}R_{16}R_{22}R_{26}}$ || **230** terret quae $\mathbf{b_1J_2O_1O_4R_1}$ || **231** gressu $\mathbf{P_5}$*ul. cett. mei* : passu $\mathbf{P_5}$ || **232** canduit* *Isengriniana mg* | (in orbem $\mathbf{J_4DK_1}$ || **233** praeceps $\mathbf{A_1J_4DK_1L_2}$ | dilabitur $\mathbf{A_1A_2L_2P_1W}$: pre- $\mathbf{R_{23}}$ || **234** tute $\mathbf{P_5C_2L_2M_2M_3O_1}\boldsymbol{\delta}$

235 non inpune uident populi, sed crine minaci
nuntiat aut ratibus uentos aut urbibus hostes.
deuenere locum, Cereris quo tecta nitebant
Cyclopum formata manu: stant ardua ferro
moenia, ferrati postes, inmensaque nectit
240 claustra chalybs. nullum tanto sudore Pyragmon
nec Steropes construxit opus; non talibus umquam
spirauere Notis animae nec flumine tanto
incoctum maduit lassa fornace metallum.
atria cingit ebur; trabibus solidatur aenis
245 culmen et in celsas surgunt electra columnas.
ipsa domum tenero mulcens Proserpina cantu
inrita texebat rediturae munera matri.
hic elementorum seriem sedesque paternas
insignibat acu, ueterem qua lege tumultum
250 discreuit Natura parens et semina iustis
discessere locis: quidquid leue, fertur in altum;
in medium grauiora cadunt; incanduit aer;
egit flamma polum; fluxit mare; terra pependit.
nec color unus inest: stellas accendit in auro,
255 ostro fundit aquas. attollit litora gemmis
filaque mentitos iamiam caelantia fluctus
arte tument. credas inlidi cautibus algam
et raucum bibulis inserpere murmur harenis.

235 sed] nam R_{13} || **236** maribus E_2R_2 | ciuibus O_1 || **237** quo F_2 *pc?, cett. mei* : qua $J_3F_2gL_1J_4F_3M_3P_4$ | nitebant A_1 *ul* $J_3C_1F_2gJ_4A_2E_1P_3$: uirebant* $A_1P_5L_1L_3BF_4L_{10}N$: manebant $F_1ZC_2L_5M_2$: micabant O_3 *ul* : latebant R_{26} || **238** formata J_3 *ac* $C_1gL_1F_4M_2$: firmata* $A_1F_1J_3$ *pc* $F_2J_4L_3E_1L_{10}$: fabricata* $P_5ZR_{25}T$: fundata aF_6kR_{38} || **240** numquam tanto $F_{12}J_9O_5R_{19}R_{21}$ || **241** nec] non L_6 | construxit F_2 *pc, cett. mei* : instruxit L_1 : coniunxit F_2 *ac* : committit R_5R_7 | non] nec $A_2b_1C_3L_2O_2R_1$ || **242** sonis *Wakefield* | animae $A_1F_1P_5gJ_4Z$, *cett. mei* : folles $M_1\delta$ *ul, sscr in* $A_1F_1P_5gJ_4$: flammae Z *ul* | non F_4L_2 | flumine A_1 *ul* $J_3F_2L_1$ *pc* L_3 *ac* ZE_1 : flamine $A_1F_1P_5gJ_4L_3$ *pc* $L_4L_{10}O_2$: fulmine C_1L_1 *ac* BW : numine R_{21} : stamine C_3 || **243** lassa maduit $aF_6kR_{38}Y_2$: maduit laxa $J_4C_3E_2W$: maduit lapsa $J_3C_1G_1$: rediit lapsa g | fornace F_4 *ul, Isengriniana mg*: ceruice *omnes mei* || **244** cinxit C_1 : uestit* A_2 *ul* W || **246** mulcens tenero $gJ_4C_3K_1L_{10}O_1R_4$ || **248** series $J_4A_2DG_1K_1R_6$ | sedemque paternam L_8 || **250** discernit $C_1L_3L_2R_2$: dissoluit δ : discrerit *Heinsius* | ut *Parrhasius* | iustis A_1, *cett. mei* : iussis M_3 : uinclis A_1 *ul* : certis *Flor. Gall.* || **252** ruunt R_2T | iam canduit L_5 | aer A_1 *ul, cett. mei* : aether* $A_1L_1J_4BJ_2M_2W$ || **253** egit P_5 *pc, cett. mei* : legit P_5 *ac* L_1BM_2 *pc* δ : cingit W : texit e_1 || **254** non $J_4DK_1L_6$ | inest $J_4DE_2K_1$: erat* *cett. mei* || **255** fudit L_{10} : pingit L_2L_5 || **256** iamiam] subter J_4DK_1 : subito *uel* tanta *Burmannus* | c(a)elantia] curuantia *Isengriniana mg* : -que leuantia *Heinsius* : simulantia *Burmannus* || **257** tremunt *laudat Parrhasius* | allidi F_7 : inlidi ut *Burmannus* | algas $gZC_2F_4L_4O_4W$ || **258** insurgere F_7R_{13} | marmor *Schraderus*

addit quinque plagas: mediam subtegmine rubro
260 obsessam feruore notat; squalebat inustus
limes et adsiduo sitiebant stamina sole;
uitales utrimque duas, quas mitis oberrat
temperies habitanda uiris; tum fine supremo
torpentes traxit geminas brumaque perenni
265 foedat et aeterno contristat frigore telas.
nec non et patrui pingit sacraria Ditis
fatalesque sibi Manes; nec defuit omen,
praescia nam subitis maduerunt fletibus ora.
  coeperat et uitreis summo iam margine texti
270 Oceanum sinuare uadis; sed cardine uerso
cernit adesse deas inperfectumque laborem
deserit et niueos infecit purpura uultus
per liquidas succensa genas castaeque pudoris
inluxere faces: non sic decus ardet eburnum
275 Lydia Sidonio quod femina tinxerit ostro.
  merserat unda diem; sparso nox umida somno
languida caeruleis inuexerat otia bigis,
iamque uiam Pluto superas molitur ad auras
germani monitu. toruos inuisa iugales
280 Allecto temone ligat, qui pascua mandunt
Cocyti pratisque Erebi nigrantibus errant
stagnaque tranquillae potantes marcida Lethes
aegra soporatis spumant obliuia linguis:

259 nigro $\mathbf{F_5F_{10}F_{11}g_3L_7R_{17}s}$ || **260** adustus* $\mathbf{J_4b_1DE_2K_1R_2}$ || **261** limus *Baehrens* | feruebant $\mathbf{R_{26}}$ | stamina] flamina $\mathbf{J_2}$: gramina $\mathbf{e_2}$, *Wakefield, Jeep* : lumina ψ_1 || **262** obumbrat $\mathbf{aF_6kR_{20}R_{38}}$ || **263** habitata $\mathbf{G_2}$ | tum $\mathbf{L_3P_2}$: cum $\mathbf{J_3C_1L_1J_4Z}\delta$ *ac* : tunc **N** : con- $\mathbf{F_2D}$*?*$\mathbf{G_1K_1R_2}$: in $\mathbf{A_1F_1P_5}$*pc***g***pc* : sub $\mathbf{O_3}$*pc*$\mathbf{R_4}$ || **264** traxit] texit $\mathbf{L_1J_4O_4}$: pinxit **d** || **265** celat $\mathbf{A_2}$ | contristat $\mathbf{A_1}$*ul*$\mathbf{L_3}$, *cett. mei* : constringit $\mathbf{A_1P_5J_4C_3HR_2}$: constrinxit $\mathbf{L_3}$*mg* δ : circumdat $\mathbf{F_7R_{13}Y_1}$ | telam $\mathbf{P_5L_3HL_2W}\delta$ || **266** pingit . . . Ditis] ditis . . . pingit **W** : fingit . . . ditis $\mathbf{K_4R_{21}}$ | sacraria] sacratria **m***ac* : penetralia *Clauerii uetus* || **267** non $\mathbf{A_1}$ | deficit $\mathbf{R_{17}R_{26}}$ || **268** nescia *Burmannus* | sed $\mathbf{L_6R_1}$ || **269** summo de $\mathbf{J_4DK_1}$: summa iam $\mathbf{O_2O_3}$*ac* : in summo $\mathbf{T_4}$: supremo in $\mathbf{R_1}$: suprema $\mathbf{F_1}$ | texti $\mathbf{F_1}$*ul*$\mathbf{P_5}$, *cett. mei* : telae $\mathbf{F_1P_5}$*ul*$\mathbf{L_1L_{10}}$*sscr*$\mathbf{O_2P_2}$*sscr* δ || **270** sinuare] simulare $\mathbf{C_1}$: curuare $\mathbf{C_3}$ || **271** cernit] sensit $\mathbf{J_4DK_1}$: sentit $\mathbf{F_7hR_{13}r}$ || **272** desinit $\mathbf{F_7R_{13}}$ || **273** incensa $\mathbf{M_3}$ | castae- $\mathbf{A_1}$, *cett. mei* : casti- $\mathbf{A_1}$*ul*$\mathbf{J_4E_2K_1L_5M_2}$ || **274** nec $\mathbf{L_3}\delta$ || **275** tinxerat $\mathbf{A_1L_1Z}$: cinxerit δ : texuit $\mathbf{J_4}$: temperat **W** | *post hunc uers. lacunam statuit Jeep* || **278** uias $\mathbf{L_1M_1R_1w}$ | superas pluto $\mathbf{L_3R_2}$: pluto siculas $\mathbf{J_4D}$ | in $\mathbf{J_2}$*ma*$\mathbf{L_2O_1}$ | auras $\mathbf{F_1g}$*pc?*$\mathbf{ZL_{10}NP_1}$: oras **Q***ma?* : arces *cett. mei* || **279** toruosque $\mathbf{F_2}$: nigros $\mathbf{A_2}$ || **281** pratis- $\mathbf{J_4}$*pc, cett. mei* : spatiis- $\mathbf{J_4}$*ul*$\mathbf{E_2K_1R_2}$ || **282** pot. tranq. $\mathbf{F_1M_1R_{25}}$ || **283** pigra *Goodyear* | soporiferis $\mathbf{O_4}$ | spirant $\mathbf{C_1ZL_{10}}$

Orphnaeus crudele micans Cthoniusque sagitta
285 ocior et Stygii sublimis gloria Nycteus
armenti Ditisque nota signatus Alastor.
stabant ante fores iuncti saeuumque fremebant
crastina uenturae spectantes gaudia praedae.

DE RAPTV PROSERPINAE

LIBRI SECVNDI PRAEFATIO

Otia sopitis ageret cum cantibus Orpheus
  neclectumque diu deposuisset ebur,
lugebant erepta sibi solacia Nymphae,
  quaerebant dulces flumina maesta modos.
5 saeua feris natura redit metuensque leonem
  inplorat citharae uacca tacentis opem.
illius et duri fleuere silentia montes
  siluaque Bistoniam saepe secuta chelyn.
sed postquam Inachiis Alcides missus ab Argis
10   Thracia pacifero contigit arua pede

1–52 $\mathbf{A}_1\mathbf{F}_1\mathbf{J}_3\mathbf{P}_5$, $\mathbf{C}_1\mathbf{F}_2\mathbf{g}\mathbf{L}_1$, $\mathbf{J}_4\mathbf{L}_3\mathbf{Z}$

284 minans $\mathbf{F}_{14}\mathbf{R}_{20}$ | Chthonius- (*quam formam correxi*) *Jeep* : ethonus- (*uel simm.*) *codd.* : Aethon- *Parrhasius* (aeton- *iam* **n**) | sagittis $\mathbf{M}_1$ || **285** nycteus (*uel simm.*) $\mathbf{J}_3$*pc***gZ**$\mathbf{A}_2$**Q** : morpheus $\mathbf{F}_1$ || **286** notis $\mathbf{R}_{13}$ || **287** iuncti] uincti **g** : cuncti $\mathbf{L}_1$ | saeue- $\mathbf{M}_3\mathbf{R}_5\mathbf{R}_7$*pc* : secum- $\mathbf{F}_{17}$ || **288** uent. spectantes $\mathbf{J}_4$. *cett. mei* : spectantes uent. $\mathbf{R}_{20}$: uent. exspectantes $\mathbf{J}_3$*pc* : uent. sperantes* $\mathbf{J}_4$*ul*$\mathbf{b}_1$: uent. speculantes $\mathbf{O}_4$: uent. spirantes *Goetz* | praemia $\mathbf{A}_1\mathbf{Z}\mathbf{A}_2\mathbf{C}_3\mathbf{P}_3\mathbf{R}_1$ | praedae] palmae **Z** : lucis **U**

hanc praef. (*cuius de titulis uide ed. meam Cantab.*) *hic alieno loco insertam ideoque fort. amouendam censuit Heinsius, amouit Jeep, uterque perperam*

2 deseruisset $\mathbf{L}_8$: seposuisset *Clauerius* | ebur $\mathbf{F}_2\mathbf{E}_2$*ul* : opus $\mathbf{F}_2$*sscr, cett. mei* : onus **n** || **3** quaerebant $\mathbf{R}_{11}$ | amissa $\mathbf{O}_1$ | solamina *Delrii cod.* || **4** lugebant $\mathbf{G}_2\mathbf{O}_5\mathbf{O}_6$ | tenues **U** || **5** leonum *Isengriniana* : **g** *incert.* || **6** iacentis $\mathbf{L}_1$ | opes **d** || **7** istius $\mathbf{F}_4\mathbf{P}_1$ | et duri] eduri *Clauerius* : Edoni *Schraderus* || **8** bistoniam . . . chelyn $\mathbf{A}_1$, *cett. mei* : bistoniam . . . liram $\mathbf{A}_1$*ul*$\mathbf{J}_4$**ZD***?* : bistonium . . . melos **r** || **9** argis $\mathbf{A}_1$*ul*$\mathbf{J}_3\mathbf{P}_5\mathbf{F}_2\mathbf{g}\mathbf{L}_1\mathbf{L}_3\mathbf{L}_2$: agris $\mathbf{C}_1$*pc***N**$\mathbf{O}_1$*ma*$\mathbf{R}_6$: aruis $\mathbf{A}_1\mathbf{F}_1\mathbf{E}_2\mathbf{J}_2\mathbf{L}_{10}$*ul***U** : oris* $\mathbf{J}_4\mathbf{Z}\mathbf{C}_2\mathbf{L}_{10}\mathbf{R}_7$*δ* || **10** pacifero $\mathbf{A}_1$, *cett. mei* : pacifico $\mathbf{A}_1$*ul*$\mathbf{P}_5\mathbf{R}_7$*ul*

diraque sanguinei uertit praesepia regis
et Diomedeos gramine pauit equos,
tum patriae festo laetatus tempore uates
desuetae repetit fila canora lyrae
15 et resides leui modulatus pectine neruos
pollice festiuo nobile duxit opus.
uix auditus erat; uenti frenantur et undae,
pigrior adstrictis torpuit Hebrus aquis,
porrexit Rhodope sitientes carmina rupes,
20 excussit gelidas pronior Ossa niues;
ardua nudato descendit populus Haemo
et comitem quercum pinus amica trahit,
Cirrhaeasque dei quamuis despexerit artes,
Orpheis laurus uocibus acta uenit.
25 securum blandi leporem fouere Molossi
uicinumque lupo praebuit agna latus.
concordes uaria ludunt cum tigride dammae,
Massylam cerui non timuere iubam.
ille nouercales stimulos actusque canebat
30 Herculis et forti monstra subacta manu;
qui timidae matri pressos ostenderit angues
intrepidusque fero riserit ore puer:

11 dura- $J_3P_5A_2M_1N$: nigra- R_{25} || 12 diomedeas . . . equas L_6 | gramine A_1, *cett. mei* : sanguine A_1 *ul* $J_4A_2K_1O_2O_4$ *ac* δ *ul* | pauit A_1 *ul*, *cett. mei* : pascit $A_1L_6M_1$ || 14 repetens F_1 : reparit O_1 *ac* : reparat *Isengriniana mg* : coepit *Pulmanni cod.* | canora] sonora $A_1HL_2M_2\delta$: mouere *Pulmanni cod.* || 15 resides C_1 *pc* F_2 *pc* J_4 *pc*, *cett. mei* : residens C_1 *ac* F_2 *ac* L_1J_4 *ac* : leni R_5R_7 | leui] leni $gL_1J_4L_3Z$: resides R_5R_7 : neruos L_8 | moderatus* R_5R_7, *Gronouius* | neruos] leni L_8 : cordas R_{38} || 16 festino $P_5J_4b_1L_5L_{10}P_1P_4\delta$ | mobile $F_2L_1J_4b_1E_2P_4$ | opus $F_1L_6O_2$ *ul* P_2 *ul* $W\delta$ *ul* : ebur F_1 (*duplex lectio*), *cett. mei* || 17 sternuntur J_4D ?$E_2K_1R_2R_7$ *ul* || 18 adfectis *Delrii cod.* || 19 rupes A_1, *cett. mei* : montes A_1 *sscr* J_4DK_1 : cautes P_8 || 21 desc. nud. L_4 || 22 com. mirtum F_{11} || 23 cirr(h)ei- $ZA_2L_6M_1P_3R_5$ | despexerit artes (arces L_1J_4)] despexerat artes (arces L_3) $C_3HL_{10}NW$: dispexerat artes P_5 : despexit artes C_1 : despexit amores *Schraderus* || 24 orpheis J_3 *pc* g *pc* L_1 *pc* $J_4L_3ZDL_5$: orphei $A_1F_1J_3$ *ac* P_5 *pc* C_1F_2 g *ac* L_1 *ac* $F_3F_4HL_{10}P_4$ | uocibus acta] cantibus acta e_1g_2 : uoce coacta R_6 || 25 securum leporem blandi F_1 : securam blandi ceruam T || 26 ieiuno- C_2 | latus . . . lupo $L_{10}O_2P_2R_4\delta$: latus . . . lupis *Heinsii Iunianus* || 28 cerue R_4 | nec aR_{38} || 29 stimulosque K_1 | astusque G_2, *Heinsius* || 31 qui J_3 *pc* g ?$L_1F_4L_6L_{10}P_1$: quod F_1J_3 *ac* $P_5C_1F_2L_3Z$: quo A_1J_4 : quot g_3 : cum n : ut O_3 *pc* | timidae A_1 *ul* g *pc*, *cett. mei* : tumidae A_1 g *ac* : trepidae L_5 | strictos $J_3C_1gG_1L_4R_6$ | ostenderit F_1 *pc*, *cett. mei* : -eret A_1F_1 *ac* L_1 : -eris O_5 || 32 fero . . . puer] puer . . . fero $P_5L_{10}R_4\delta$: ferox . . . puer F_4P_1 : feros . . . puer *Barthius* | riseris *Heinsius*

'te neque Dictaeas quatiens mugitibus urbes
taurus nec Stygii terruit ira canis,
35 non leo sidereos caeli rediturus ad axes,
non Erymanthei gloria montis aper.
soluis Amazonios cinctus, Stymphalidas arcu
adpetis, occiduo ducis ab orbe greges
tergeminique ducis numerosos deicis artus
40 et totiens uno uictor ab hoste redis.
non cadere Antaeo, non crescere profuit Hydrae,
nec ceruam uolucres eripuere pedes.
Caci flamma perit, rubuit Busiride Nilus,
prostratis maduit nubigenis Pholoe.
45 te Libyci stupuere sinus, te maxima Tethys
horruit, inposito cum premerere polo:
firmior Herculea mundus ceruice pependit;
lustrarunt umeros Phoebus et astra tuos.'
Thracius haec uates. sed tu Tirynthius alter,
50 Florentine, mihi: tu mea plectra moues
antraque Musarum longo torpentia somno
excutis et placidos ducis in orbe choros.

33 nec L_{10}T : non $F_{14}R_{10}$ | urbes] edes aR_{38} : auras O_2P_2 || 34 nec P_5J_4ZA_2 DHP_2R_6 : non *cett. mei* || 35 nec $C_3L_2R_1$TUδ | sidereas . . . arces b_1C_3HW || 37 soluis F_1*pc*J_3*pc*C_1L_3Z*pc*$L_{10}P_2$: solus A_1F_1*ac*J_3*ac*P_5F_2gL_1J_4Z*ac* | amazonios P_5*ac*g*pc*, *cett. mei* : amazonio P_5*pc*g*ac*L_1J_4 || 39 *om.* g | uiri *Koch* | numerosos] immensos L_1J_4 : neruosos R_{20} : numero tot *Scaliger* | proicis W : decutis e_2 : diuidis K_1 : disicis *Heinsius* || 40 uicto $R_{13}R_{16}R_{20}$ || 41 non[1]] nec P_5M_3Nδ | non[2]] nec $F_1b_1L_2L_5M_2M_3$wδ || 42 nec F_1P_5gJ_4C_3Uδ : non *cett. mei* | ceruum uolucres* $L_1F_4L_{10}O_3P_1P_2$: ceruam celeres C_1gA_2L_4 : celeres ceruam J_3 : nessum uolucres $A_2M_1M_3$T : nessum celeres Z || 43 rubuit $A_1F_1J_4$Z$b_1E_2L_{10}$: rubuitque J_3C_1 F_2g$L_3M_1M_2P_1$: tribuitque L_1 : rubebat P_5 | busirida nilo L_1 : busiridis ara J_4 || 44 rubuit J_4ZE_2*ac*$K_1L_6R_2$ || 45 stupuere] timuere J_4DK_1 : tremuere L_8 | maxima tethis $C_1J_2L_6M_2O_2$: maxima thetis J_4*ul*, *cett. mei* : maximus atlas J_4DE_2 K_1R_2 || 47 fortior F_2J_4DK_1 | celum L_2 | quieuit *Cuiacius* || 48 lustraruntque R_5R_7 : lustrauitque aR_{38} || 50 tu] nam J_4K_1 : qui M_3 : nunc L_5 | fila δ || 51 largo R_{20} || 52 placidos g*pc*, *cett. mei* : placido J_3C_1g*ac*$L_1A_2J_2$U : placitos Y_1 : placito O_3*ac*, *Clauerius* | ab $F_1J_4A_2C_2$DK_1 | ore sonos J_4DK_1

DE RAPTV PROSERPINAE

LIBER SECVNDVS

Inpulit Ionios praemisso lumine fluctus
nondum pura dies; tremulis uibratur in undis
ardor et errantes ludunt per caerula flammae.
iamque audax animi fidaeque oblita parentis
5 fraude Dionaea riguos Proserpina saltus
(sic Parcae uoluere) petit. ter cardine uerso
praesagum cecinere fores; ter conscia fati
flebile terrificis gemuit mugitibus Aetna.
nullis illa tamen monstris nulloque tenetur
10 prodigio. comites gressum iunxere sorores.
prima dolo gaudens et tanto concita uoto
it Venus et raptus metitur corde futuros,
iam durum flexura Chaos, iam Dite subacto
ingenti famulos Manes ductura triumpho.
15 illi multifidos crinis sinuatur in orbes
Idalia diuisus acu; sudata marito
fibula purpureos gemma suspendit amictus.
candida Parrhasii post hanc regina Lycaei

1–113 $A_1F_1J_3P_5$, $C_1F_2gL_1$, J_4L_3Z || 114–184 $A_1F_1J_3P_5$, C_1F_2g, J_4L_3Z || 185–372 $A_1F_1J_3P_5$, $C_1F_2gL_1$, J_4L_3Z

codicum inscriptiones in ed. mea Cantab. reperies

1 inpulit F_1 *ul, cett. mei* : xpulit F_1 | flamine *Baehrens* || 2 pura J_4, *cett. mei* : clara J_4 *sscr* C_3R_1 | tremulus R_6 | uibrabat ag_3 : uibrauit *Scaliger* || 4 animo O_3 *ac* : anime HN || 6 sic] ut R_{20} | uoluere $A_1L_{10}M_2O_2O_3P_2R_4T$: iussere *cett. mei* : suasere *Delrii cod.* | ter J_4, *cett. mei* : tunc J_4 *ul* $E_2K_1R_5w$: cum gL_1 : sed O_1 || 7 praesagum C_1L_1 *pc* $J_4L_3E_1P_4R_6W$: -ium $A_1F_1J_3P_5gL_1$ *ac* : -e $F_2ZK_1R_4R_5R_7U$ | ter g *pc, cett. mei* : tum w : tunc $J_4K_1O_1$ | fati J_4, *cett. mei* : facti J_4 *ul* DK_1R_1 || 8 enna HJ_2 *ac* O_2 || 9 mouetur R_{19} || 10 comites gressus $A_1F_3L_{10}O_2P_2R_4$: gressum comites R_{20} | iunxere F_1 *?, cett. mei* : mouere T : iniere (*cum* gressus) ψ_1 *ul* || 11 dolis O_3 *pc* | tanti $A_1F_1J_4K_1L_2R_6$ *pc* U : cauti (*cum* callida uoti) *Heinsius* | concita O_3 *ac* : conscia *omnes mei* : praescia t : callida *Clauerius* | uoti $A_1F_1R_6$ *pc* TU : fato J_2L_5 : facti K_1L_2 : furto F_4 *ac* ψ_1 : furti J_4F_4 *pc* M_1 || 12 metitur] meditatur L_1Uw : molitur *Jeep* || 13 durum A_1 *ul* $F_2E_1F_3L_{10}P_4R_2R_5$: dirum $J_4L_3Zb_1C_3DL_5O_2$: dudum $A_1F_1J_3P_5C_1gL_1$: demum $R_{14}R_{26}$ | flexura] domitura *Isengriniana mg* : laesura *Cuiacius* || 14 manes famulos L_3F_3 || 15 multifidos P_5 *ac, cett. mei* : -modos $A_1L_2O_1W$: -plices P_5 *pc* $F_2J_4E_1L_5P_4R_1\delta$ | sinuatur crinis R_{25} : crinis uariatur $J_4E_2K_1R_2$: crinis curuatur N : crinis nodatur R_{16} || 17 succingit T

et Pandionias quae cuspide protegit arces,
20 utraque uirgo, ruunt: haec tristibus aspera bellis,
haec metuenda feris. Tritonia casside fulua
caelatum Typhona gerit, qui summa peremptus
ima uiget, parte emoriens et parte superstes;
hastaque terribili surgens per nubila ferro
25 instar habet siluae; tantum stridentia colla
Gorgonos obtentu pallae fulgentis inumbrat.
at Triuiae lenis species et multus in ore
frater erat, Phoebique genas et lumina Phoebi
esse putes, solusque dabat discrimina sexus.
30 bracchia nuda nitent; leuibus proiecerat auris
indociles errare comas, arcuque remisso
otia neruus agit; pendent post terga sagittae.
crispatur gemino uestis Gortynia cinctu
poplite fusa tenus, motoque in stamine Delos
35 errat et aurato trahitur circumflua ponto.
quas inter Cereris proles, nunc gloria matris,
mox dolor, aequali tendit per gramina passu
nec membris nec honore minor potuitque uideri
Pallas, si clipeum ferret, si spicula, Phoebe.
40 collectae tereti nodantur iaspide uestes.
pectinis ingenio numquam felicior artis
contigit euentus; nulli sic consona telae
fila nec in tantum ueri duxere figuras.
hic Hyperionio Solem de semine nasci

21 cuspide $\mathbf{L}_8$ | flaua $\mathbf{L}_1$ || **22** tiphona $\mathbf{L_1F_3HP_1P_3P_4}$: phitona (*uel simm.*) *cett. mei* : pythona $\mathbf{O_5O_6}$: tritona $\mathbf{A_2F_4}$*ac* | qui summa] qui parte $\mathbf{F}_1$: summaque $\mathbf{L}_1$ || **23** ima uiget, parte emoriens (ima uiget *iam Heinsius*) *Gustafsson* : ima uiget parte moriens $\mathbf{C}_1$: ima parte uiget moriens *cett. mei* | et parte] in parte $\mathbf{b_1L_2M_3TW}$: pariterque *Jeep* | ima uiget moriens partim partimque superstes *Heinsius* | moriens et parte superstes *a manu interpolatoris esse censuit Baehrens* || **24** per] ad $\mathbf{W}$: in $\mathbf{R}_{20}$ | gyro $\mathbf{M}_4$*?ac*$\mathbf{nP_9u}$ || **25** habet $\mathbf{J_4A_2E_2K_1M_3P_3R_2T}$: erat *cett. mei* : erit $\mathbf{P}_5$ | tantum] tandem $\mathbf{C}_1$ || **26** obtectu $\mathbf{b_1HK_1L_6}$: obiectu $\mathbf{L_1R_1}$ | inumbrat $\mathbf{P}_5$*ac, cett. mei* : obumbrat $\mathbf{P}_5$*pc*$\mathbf{J_4L_3DM_1M_3R_{25}}\boldsymbol{\delta}$ || **27** facies $\mathbf{J}_3$ || **27–28** frater . . . / multus $\mathbf{Z}$ || **28** inest $\mathbf{F_3M_3}$ || **29** dabat] facit $\mathbf{L}_5$ || **30** patent $\mathbf{L_{10}R_1}$ | euris $\mathbf{r}$ || **33** uestis gemino $\mathbf{L_3L_5}$ || **36** inter quas $\mathbf{M}_2\boldsymbol{\delta}$ | nunc] tunc $\mathbf{F_2C_2M_3}$: tum $\mathbf{M}_2$ | gaudia *Cuiacius* || **37** tendens $\mathbf{J_4E_2R_2}$ | proserpina $\mathbf{U}$ | passu] gressu $\mathbf{E_1J_2L_6M_3R_5R_7}\boldsymbol{\delta}$: cursu $\mathbf{L}_1$ || **38** nec^1] non $\mathbf{b_1W}$ || **39** si ferret spicula $\mathbf{O_2P_2}$*ac*$\mathbf{R}_4$ || **40** nectuntur *Cuiacius* || **41** artis $\mathbf{F_1J_3P_5}$*ac*$\mathbf{C_1F_2}$*ac*$\mathbf{J}_4$: arti $\mathbf{A_1P_5}$*pc*$\mathbf{F}_2$*pc*$\mathbf{gL_3Z}$: arte $\mathbf{L}_1$ || **42** nulli $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : nullae $\mathbf{J}_3$*ac*$\mathbf{C_1J_4b_1DG_1P_4R_1U}$ | conscia $\mathbf{F_1L_6M_1}$ || **43** ueri $\mathbf{P}_5$*pc, cett. mei* : ueras $\mathbf{P}_5$*ac*$\mathbf{R_4T}$ | figuram $\mathbf{K_1O_4U}$ || **44** sanguine *Heinsii Iunianus* | natum *Jeep*

45 fecerat et pariter, forma sed dispare, Lunam,
aurorae noctisque duces; cunabula Tethys
praebet et infantes gremio solatur anhelos
caeruleusque sinus roseis radiatur alumnis.
inualidum dextro portat Titana lacerto
50 nondum luce grauem nec pubescentibus alte
cristatum radiis: primo clementior aeuo
fingitur et tenerum uagitu despuit ignem.
laeua parte soror uitrei libamina potat
uberis et paruo signatur tempora cornu.
55 tali luxuriat cultu. comitantur euntem
Naides et socia stipant utrimque caterua,
quae fontes, Crinise, tuos et saxa rotantem
Pantagian nomenque Gelan qui praebuit urbi
concelebrant, quas pigra uado Camerina palustri,
60 quas Arethusaei latices, quas aduena nutrit
Alpheus (Cyane totum supereminet agmen):
qualis Amazonidum peltis exultat aduncis
pulchra cohors, quotiens Arcton populata uirago
Hippolyte niueas ducit post proelia turmas,
65 seu flauos strauere Getas seu forte rigentem
Thermodontiaca Tanain fregere securi;
aut quales referunt Baccho sollemnia Nymphae
Maeoniae, quas Hermus alit, ripasque paternas
percurrunt auro madidae: laetatur in antro
70 amnis et undantem declinat prodigus urnam.
uiderat herboso sacrum de uertice uulgus
Aetna parens florum curuaque in ualle sedentem

45 forma sed . . . Lunam] sed forma . . . lunam $\mathbf{A_2L_{10}M_3}$: lunam sed . . . forma $\mathbf{F_1J_4ZJ_2M_1U}\delta$ || 46 uices $\mathbf{L_4}$ (*in ras.*) δ*ul* | tethys $\mathbf{F_2DJ_2L_6}$: thetis *cett. mei* || 47 anhelos] hanili $\mathbf{J_4}$: alumpnos $\mathbf{L_1}$ || 48 caeruleosque $\mathbf{R_{23}}$ || 50 necdum $\mathbf{F_2C_2R_2}$ | non $\mathbf{O_2}$ || 52 fingitur] pingitur $\mathbf{ZC_3K_1L_5L_6P_2R_1}$*pc* : tingitur $\mathbf{R_9}$ | tenero $\mathbf{R_4}$ || 53 niuei $\mathbf{O_3}$*ac* || 54 signatur $\mathbf{C_1F_2g}$*?ac*$\mathbf{L_3G_1J_2L_{10}P_3R_1T}$: signantur $\mathbf{A_1F_1J_3P_5g}$ *pc?*$\mathbf{L_1J_4ZF_3P_1P_4R_3}$ | cornua gyro **W** || 55 euntes $\mathbf{DE_1}\delta$ || 56 socie . . . caterue **W** : socia . . . corona $\mathbf{J_4DK_1R_2}$ | stipantur $\mathbf{HL_2L_6O_2}\delta$: stipatur $\mathbf{M_2}$ || 57 Crinise (*uel simm.*)] erasine $\mathbf{D}(\mathbf{O_1})$: Amasene *Brodaeus* | et saxa] quae saxa $\mathbf{L_7R_{14}R_{26}}$: et stagna **B** | mouentem $\mathbf{O_1}$ || 59 nigra $\mathbf{F_4L_4P_1}$ || 60 latices] fontes **T** || 62 aduncis $\mathbf{A_1F_2}$*ac*$\mathbf{J_4}$*ma*$\mathbf{L_3A_2b_1E_1Tw}$: ademptis $\mathbf{F_2}$*pc*$\mathbf{g}$*pc*, *cett. mei* : adeptis $\mathbf{L_{10}}$, *quod passiue interpr. Clarke* || 63 arcton *om.* $\mathbf{J_4}$ | arthon quotiens $\mathbf{L_6}$ || 64 ducit niueas $\mathbf{A_2}$: uiduas ducit *Heinsius* : uacuas ducit *Birt* | turmas . . . ducit $\mathbf{M_2}$ || 65 fonte $\mathbf{O_1}$ || 67 bacho referunt $\mathbf{P_5}$ || 68 hermus $\mathbf{F_1}$*pc*, *cett. mei* : ermos $\mathbf{g_3}$: hemus $\mathbf{L_6}$: hebrus $\mathbf{L_{10}}$ | uirentes $\mathbf{e_1}$ || 69 circueunt $\mathbf{A_2}$ | madidas $\mathbf{F_{14}}$: grauidae $\mathbf{ZA_2M_3P_3}$: grauidas *Scaliger* || 71 umbroso *Heinsii Iunianus* | caespite $\mathbf{R_{14}sV_3}$ || 72 (h)enna $\mathbf{O_1O_2}$

conpellat Zephyrum: 'pater o gratissime ueris,
qui mea lasciuo regnas per prata meatu
75 semper et adsiduis inroras flatibus annum,
respice Nympharum coetus et celsa Tonantis
germina per nostros dignantia ludere campos.
nunc adsis faueasque, precor; nunc omnia fetu
pubescant uirgulta uelis, ut fertilis Hybla
80 inuideat uincique suos non abnuat hortos.
quidquid turiferis spirat Panchaia siluis,
quidquid odoratus longe blanditur Hydaspes,
quidquid ab extremis ales longaeua Sabaeis
colligit optato repetens exordia busto,
85 in uenas disperge meas et flamine largo
rura foue. merear diuino pollice carpi
et nostris cupiant ornari numina sertis.'
dixerat; ille nouo madidantes nectare pinnas
concutit et glaebas fecundo rore maritat,
90 quaque uolat uernus sequitur rubor; omnis in herbas
turget humus medioque patent conuexa sereno.
sanguineo splendore rosas, uaccinia nigro
imbuit et dulci uiolas ferrugine pingit.

73 conpellit F_1 || **74** meatu $F_1J_4DK_1$: uolatu *cett. mei* || **75** aruum F_4*pc*L_6, *Jeep olim* || **76** turbas M_3 || **77** germina F_2*pc, cett. mei* : gramina F_2*ac*J_4 : carmina L_{10} : agmina M_3R_3 || **78** nunc] huc P_5P_1U : non L_1 | foueasque M_3 || **79** pinguescant C_1 | uelis] nouo $R_{13}U$: uel his *interpr. Heinsius* | ut] et G_4P_7 P_8p_2u : nunc R_{13} | floribus M_2T || **80** abnuat F_1*pc, cett. mei* : abneget* P_5F_2 $C_3L_5(L_{10})M_2M_3O_1O_2$: deneget W | ortus $L_3\ \psi_1$ || **81** turiferis] odoriferis J_3C_1 $C_2G_1HL_4R_6$: roriferis, floriferis R_7*uull* | spargit *Bartholini cod.* || **82** odoriferus R_{25} | large blanditur R_{13} : longe largitur g_3 : blande largitur T || **83** externis $F_1J_4K_1$ | longaeua Sabaeis *Isengriniana mg* : longaeuus harenis J_3C_1*pc* : longaeuus ab horis C_1*ac* : longaeua colonis F_2*pc, cett. mei* || **84** optato P_5*pc, cett. mei* : optati P_5*ac*$J_4DK_1L_2$: optata *Baehrens* | repetens] referens $J_4b_1C_3$ DK_1W : renouans *Cuiacius* | primordia $F_1C_3L_5$ | busto *Isengriniana mg* : saeclo $A_1F_1P_5$*pc*F_2*pc*L_1L_3Z : saecli P_5*ac*J_4DG_1*?*K_1L_2 : celo F_4*pc* : fato A_1*ul*R_5 R_7U : partu $J_3C_1F_2$*ac*gM_1R_{25} : leto *Heinsius* : morte *Baehrens* || **85** ex(s)perge $J_3C_1L_4$: asperge r : diffunde C_2 : infunde T : effunde R_{13} | flamine $A_1F_1P_5$g *pc*J_4 : flumine $J_3C_1L_1L_3$: nectare A_1*ul*F_2Z | sacro R_5R_7 || **86** foue ut merear J_4ZA_2B*pc*$C_2L_{10}U\delta$*pc* | tangi $F_2L_2L_5$ || **87** cupiant] foueant J_3 : uoueant *uel* faueant *Heinsius* || **88** madefactas $L_{10}O_1O_2P_2R_4$: madefactus (g*pc*) : J_4 *incert.* : manantes *I. C. Scaliger* || **89** concutit] concitat U*pc* : excutit k$R_{38}\ \psi_1$ || **90** sequitur uernus O_4, *Par. 7647* : ueris seq. $L_2L_5M_3$: uernans seq. ZL_6 : seq. uernans R_{19} | rubor] color J_4DK_1 : calor n, *Delrii cod.* || **91** medio-] madido- P_4 : nimbo- *Baehrens* : radio- *Birt* || **93** induit* $F_1DK_1R_1$ | uiolas dulci O_4 | tingit L_6, *Abrinc. 135* : cingit L_{10}

Parthica quae tantis uariantur cingula gemmis
95 regales uinctura sinus? quae uellera tantum
ditibus Assyrii spumis fucantur aeni?
non tales uolucer pandit Iunonius alas,
nec sic innumeros arcu mutante colores
incipiens redimitur hiemps, cum tramite flexo
100 semita discretis interuiret umida nimbis.
forma loci superat flores: curuata tumore
paruo planities et mollibus edita cliuis
creuerat in collem; uiuo de pumice fontes
roscida mobilibus lambebant gramina riuis,
105 siluaque torrentes ramorum frigore soles
temperat et medio brumam sibi uindicat aestu:
apta fretis abies, bellis accommoda cornus,
quercus amica Ioui, tumulos tectura cupressus,
ilex plena fauis, uenturi praescia laurus;
110 fluctuat hic denso crispata cacumine buxus,
hic hederae serpunt, hic pampinus induit ulmos.
haud procul inde lacus (Pergum dixere Sicani)
panditur et nemorum frondoso margine cinctus
uicinis pallescit aquis: admittit in altum
115 cernentes oculos et late peruius umor
ducit inoffensos liquido sub flumine uisus

94 quae] non $\mathbf{J_4 L_6 O_1}$: nec $\mathbf{L_5}$ | gemmis . . . tantis $\mathbf{M_2}$: tantis . . . donis *Parrhasius* || **95** cinctura $\boldsymbol{\delta}$ || **96** succis **U**_ac_ | fucantur $\mathbf{J_4}$*ul* $\mathbf{L_3 E_2}$: fuscantur $\mathbf{J_4}$, *cett. mei* : uariantur $\mathbf{R_2}$: ditantur $\mathbf{M_3}$ || **97** nec $\mathbf{O_1 R_1}$ $\boldsymbol{\delta}$ | talis $\mathbf{K_1}$ | uolucer pandit $\mathbf{A_1}$*pc* $\mathbf{F_1 J_3 C_1 g L_1 Z}$: uolucris pandit $\mathbf{A_1}$*?ac*$\mathbf{P_5 F_2 J_4 O_1}$*ac* : pandit uolucer $\mathbf{L_3 J_2 L_{10} M_2}$ | iunonius alas $\mathbf{A_1}$*pc, cett. mei* : iunonius ales $\mathbf{A_1}$*ac*$\mathbf{L_4 L_5 O_1}$*ac*$\mathbf{O_3}$*pc* : iunonia pennas $\mathbf{J_4 D K_1}$ | *uers. ita refecerunt* $\mathbf{R_5 R_7}$: non tales alas pandit iunonius ales; *et* ψ_1 : non pandit tales pennas iunonius ales || **98** nec $\mathbf{F_1 C_1 F_2 C_3 D E_1 O_1}$: non *cett. mei* | diuersos $\mathbf{L_2}$ | mutante] uariante $\mathbf{E_2 O_4}$: monstrante $\mathbf{R_2}$ || **99** flexo **Z**_pc, cett. mei_ : ficto **Z**_ac_$\mathbf{R_{25}}$: facto $\mathbf{E_1 J_2 O_4 R_5 R_7}$: picto *Isengriniana mg* || **100** disiunctis $\mathbf{L_5}$ | internitet $\mathbf{A_1}$*?*$\mathbf{J_4 C_3 F_4}$*?pc, Jeep* : intermicat $\mathbf{e_1 R_{20}}$ || **101** flor. forma loci sup. $\mathbf{L_5}$ || **103** colles $\mathbf{R_{10} R_{20}}$ | uiui **n**, *Jeep* : niueo $\mathbf{P_1}$: missi *laudat Parrhasius* || **104** roscida $\mathbf{F_2}$, *cett. mei* : humida $\mathbf{F_2}$*ul*$\mathbf{P_2}$*sscr* | germina $\mathbf{K_1}$ | riuis $\mathbf{A_1}$*ul*$\mathbf{P_5}$*pc, cett. mei* : ripis $\mathbf{A_1 C_3}$ || **105** torrentes ramorum $\mathbf{P_5}$*ul, cett. mei* : ram. torrentes $\mathbf{L_5}$: torpentes ram. $\mathbf{P_5 C_2 L_{10} M_1 R_5 R_7 U}$*ac* || **106** medio $\mathbf{J_4}$, *cett. mei* : modico $\mathbf{C_1 J_4}$*ac*$\mathbf{E_2}$*ac*$\mathbf{K_1 R_{25}}$ | medios (*?* modicos) umbra sibi uindicat aestus *Jeep olim* | *post hunc uers. lacunam statuit Jeep* || **107** cornus] pinus $\mathbf{A_2 E_2}$*ac*$\mathbf{P_3}$ || **108** amata $\mathbf{O_3}$ | iouis $\mathbf{M_1}$, *Bodl. Add. A. 208* | textura $\mathbf{P_5 M_2}$: pressura $\mathbf{B O_4}$ || **109** nuncia $\mathbf{F_1}$ || **110** estuat $\mathbf{O_2 P_2}$ | hic $\mathbf{A_1}$*pc, cett. mei* : hinc $\mathbf{L_6}$: et $\mathbf{M_1}$: in $\mathbf{A_1}$*ac*$\mathbf{F_1 P_5 L_1 L_3}$ | crispata] curuata $\mathbf{R_{13}}$: stipata $\mathbf{R_{16}}$ || **111** hinc . . . hinc $\mathbf{F_1 J_2}$ | spirant $\boldsymbol{\delta}$ || **112** Sicani] coloni $\mathbf{F_3}$: priores $\mathbf{A_2 C_2}$ || **113** tectus $\mathbf{A_2 P_3}$ || **114** pallescit] clarescit $\mathbf{R_{13} R_{16}}$: albescit *Wakefield* || **116** flumine $\mathbf{F_1}$*pc, cett. mei* : gurgite $\mathbf{J_4 D K_1 L_5}$

imaque perspicui prodit secreta profundi.
[huc elapsa cohors gaudet per florida rura]
hortatur Cytherea legant: 'nunc ite, sorores,
120 dum matutinis praesudat solibus aer,
dum meus umectat flauentes Lucifer agros
roranti praeuectus equo.' sic fata doloris
carpit signa sui. uarios tum cetera saltus
inuasere cohors: credas examina fundi
125 Hyblaeum raptura thymum, cum cerea reges
castra mouent fagique caua dimissus ab aluo
mellifer electis exercitus obstrepit herbis.
pratorum spoliatur honos; haec lilia fuscis
intexit uiolis; hanc mollis amaracus ornat;
130 haec graditur stellata rosis, haec alba ligustris.
te quoque, flebilibus maerens Hyacinthe figuris,
Narcissumque metunt, nunc incluta germina ueris,
praestantes olim pueros: tu natus Amyclis,
hunc Helicon genuit; te disci perculit error,
135 hunc fontis decepit amor; te fronte retusa
Delius, hunc fracta Cephisos harundine luget.
aestuat ante alias auido feruore legendi
frugiferae spes una deae; nunc uimine texto
ridentes calathos spoliis agrestibus inplet;
140 nunc sociat flores seseque ignara coronat,
augurium fatale tori. quin ipsa tubarum

117 prodit $\mathbf{A_1}$ *ul, cett. mei* : promit $\mathbf{A_1}$: pandit **T** || **118** *extat in* $\mathbf{A_1}$ *mg* (*a manu Pulmanni*) $\mathbf{F_1}$ *mg, ma, abest a cett. meis. plura de codd. in ed. mea Cantab. uers. damnauit Bonnet, seclusit Birt* | delapsa $\mathbf{R_5 R_7}$ | gaudens $\mathbf{C_3}$?$\mathbf{M_2}$: gaudent $\mathbf{F_{14} k}$ | florida $\mathbf{F_1}$: florea $\mathbf{A_1}$ | tempe ψ_1 || **120** matutinus $\mathbf{J_3 g}$ | aether $\mathbf{R_{20}}$ || **121** florentes $\mathbf{Z A_2 L_2 L_5 M_3 T U}$ || **122** prouectus $\mathbf{g J_4 L_3 F_4 K_1 L_6 R_6} \delta$ | doloris $\mathbf{F_1}$ *ul* **g** *pc, cett. mei* : coloris $\mathbf{F_1}$: cruoris $\mathbf{J_3 C_1 b_1 G_1}$ || **123** carpit] legit $\mathbf{L_2}$ || **126** cauo $\mathbf{L_2 M_1}$: cauae **g**, *Jeep* | dimissus $\mathbf{A_1 F_1 J_3 P_5}$ *ac* $\mathbf{g L_3}$: demissus $\mathbf{P_5}$ *pc* $\mathbf{C_1 F_2 J_4 Z}$ | aluo $\mathbf{P_5}$ *pc, cett. mei* : aula δ || **127** astrepit $\mathbf{F_4 H O_2 P_1 P_2 w}$ | aruis $\mathbf{M_3}$ *pc* || **128** fuscis $\mathbf{A_1}$, *cett. mei* : flauis $\mathbf{F_1}$: fuluis $\mathbf{A_1}$ *ul* $\mathbf{F_4}$ *pc* $\mathbf{O_1 R_3}$ || **130** stellata] uel(l)ata $\mathbf{G_2 J_9 T_3 u y}$: uallata $\mathbf{J_4}$ || **131** maerentem *Paul* || **132** *om. add. mg* $\mathbf{P_5}$ | metunt] legunt $\mathbf{F_1 J_4 C_3 K_1 L_5 M_1} \delta$: petunt $\mathbf{M_3}$ *pc* | tunc $\mathbf{M_3 Z}$ | germina $\mathbf{P_5 J_4 Z E_1 L_4}$: gramina $\mathbf{A_1 F_1 J_3 C_1 F_2 g L_3}$ || **133** olim praest. **U** | pueros olim $\mathbf{C_2 L_2}$ || **134** te disci $\mathbf{F_2 J_4 Z D K_1 R_1}$: disci te $\mathbf{A_1 F_1 J_3 P_5 C_1 g}$: hunc disci $\mathbf{L_3}$ | perculit] percutit $\mathbf{O_1}$: perdidit $\mathbf{J_9 T_3 t y}$ | error **g** *pc, cett. mei* : horror $\mathbf{C_1 g}$?*ac* $\mathbf{E_2 G_1 H K_1}$ || **135** forme **U** *pc* | retusa $\mathbf{J_3}$ *pc* $\mathbf{P_5}$ *pc* $\mathbf{C_1 L_3 Z A_2 D E_1}$: recussa $\mathbf{F_1 P_5}$ *ac* $\mathbf{F_2 g}$ *pc*? $\mathbf{J_4}$: recisa $\mathbf{C_2 L_5 O_1 U}$ *ac* : reclusa $\mathbf{J_3}$ *ac* : reuulsa $\mathbf{A_1}$: remissa $\mathbf{P_1}$ || **136** strata $\mathbf{e_1}$ || **137** auide $\mathbf{J_3}$ || **138–139** texto / ridentes $\mathbf{C_1 g}$ *ac* $\mathbf{L_3 A_2 E_1 L_{10} M_1 R_2}$: textos / ridentes **g** *pc, cett. mei* : textos / ridenti *Heinsius olim* || **139** spoliis $\mathbf{J_4}$ *pc*?**Z**, *cett. mei* : foliis **Z** *ul* $\mathbf{K_1 M_3 O_1}$ || **140** colorat **w** || **141** quippe ipsa $\mathbf{J_4 D E_2}$

armorumque potens dextram, qua fortia turbat
agmina, qua stabiles portas et moenia uellit,
iam leuibus laxat studiis hastamque reponit
145 insuetisque docet galeam mitescere sertis:
ferratus lasciuit apex horrorque recessit
Martius et cristae pacato fulgure uernant.
nec quae Parthenium canibus scrutatur odorem
aspernata choros libertatemque comarum
150 iniecta uoluit tantum frenare corona.
talia uirgineo passim dum more geruntur,
ecce repens mugire fragor, confligere turres,
pronaque uibratis radicibus oppida uerti.
causa latet; dubios agnouit sola tumultus
155 diua Paphi mixtoque metu perterrita gaudet.
iamque per anfractus animarum rector opacos
sub terris quaerebat iter grauibusque gementem
Enceladum calcabat equis: inmania findunt
membra rotae pressaque Gigans ceruice laborat
160 Sicaniam cum Dite ferens temptatque moueri
debilis et fessis serpentibus inpedit axem;
fumida sulphureo prolabitur orbita dorso.
ac uelut occultus securum pergit in hostem
miles et effossi subter fundamina campi

142 quae R_{23} || 143 quae L_{10} | portas stab. E_2 | tollit $R_5R_7\delta$ || 144 lassat $C_1ZA_2L_6P_1P_3R_5R_7$ || 145 insuetis-] inuentis- F_1 : insolitis- J_4DK_1 || 146 recessit P_5*pc, cett. mei* : recedit P_5*ac*L_{10} || 147 *om. add. mg* P_5 | pacato g*?pc, cett. mei* : placato $J_4DK_1O_1$ | fulmine J_2M_3 || 148 nec g*pc*$L_3P_3R_6$: haec *cett. mei* | parthenios $C_3L_2L_{10}R_4$ | circumdat F_4P_1 | odorum O_4, *Jeep* : -es $C_3L_{10}O_2$*pc*P_2R_4*pc* : -is $J_4DE_2R_3R_{25}$: -ans L_2 || 149 choros J_3*ul*C_1gL_3Z : t(h)oros $A_1F_1J_3P_5F_2J_4$ | *in hoc uers. lacunam statuit Jeep. uide ed. meam Cantab.* || 150 iniecta J_3*ul, cett. mei* : illecta J_3 : innexa F_4P_1 : inserta F_7R_{13} | uol. tantum A_1*ul, cett. mei* : tantum uol. P_5 : uol. tandem $A_1J_4K_1M_1M_2$*ac*O_1P_4 : tandem uol. W || 152 repens] recens J_4DK_1 : frequens J_4*ul* || 153 prona-] ipsa- O_3*ul* : lapsa- *Burmannus* | uibr. radicibus] uibr. de sedibus A_1 : uerticibus uibr. F_2 | uerti g*?ac, cett. mei* : uelli g*?pc*G_1R_6 || 154 dubiosque F_4P_1 | agnoscit g$G_1L_4R_2R_6$: cognouit ψ_1 || 155 mixto-] merito- R_{25} : grato- *Koch* || 156 namque C_1 | animarum g*pc, cett. mei* : animorum g*?ac*P_4 | opacis r : -um J_4 || 157 sub tenebris tendebat r | grauiter- aL_8 | trementem $J_3K_1L_5$ || 158 calcauit R_1 || 160 ferens] gerens $M_4P_9R_{19}\ \psi_1$: tenens C_2 | temptat- g*pc, cett. mei* : temptans- δ*ac* || 161 fessis] flexis r : sulcis *Cuiacius* | implicat G_4P_8t, *Parrhasius* | axes F_3 : actum *Cuiacius* || 162 prolabitur J_4D?$E_2K_1M_3R_2$: prae- F_1J_3 g$C_2F_4G_1L_{10}P_1P_2$: per- $C_1A_2M_1O_1P_3$: de- $P_5F_2Zb_1E_1$: di- $A_1L_3L_2$ || 163 et P_5 | occultum J_3F_3 | securum Z*pc, cett. mei* : securus J_3Z*ac*$F_3M_1R_3R_6$: se curru R_{20} : seuum quem R_{13} | pergit] spargit R_{20} : prodit J_4DK_1 : tendit L_{10} : transit g_3 | occulto se cursu spargit *Heinsius*

165 transilit elusos arcano limite muros
turbaque deceptas uictrix erumpit in arces
terrigenas imitata uiros: sic tertius heres
Saturni latebrosa uagis rimatur habenis
deuia fraternum cupiens exire sub orbem.
170 ianua nulla patet: prohibebant undique rupes
oppositae solidaque deum conpage tenebant.
non tulit ille moras indignatusque trabali
saxa ferit sceptro. Siculae tonuere cauernae;
turbatur Lipare; stupuit fornace relicta
175 Mulciber et trepidus deiecit fulmina Cyclops.
audiit et si quem glacies Alpina coercet
et qui te, Latiis nondum praecincte tropaeis
Thybri, natat missamque Pado qui remigat alnum.
  sic, cum Thessaliam scopulis inclusa teneret
180 Peneo stagnante palus et mersa negaret
arua coli, trifida Neptunus cuspide montes
inpulit aduersos: tum forti saucius ictu
dissiluit gelido uertex Ossaeus Olympo;
carceribus laxantur aquae fractoque meatu
185 redduntur fluuiusque mari tellusque colonis.
  postquam uicta manu duros Trinacria nexus
soluit et inmenso late discessit hiatu,
apparet subitus caelo timor: astra uiarum

165 elusos *Isengriniana mg* : inclusos *omnes mei* : obsessos *Flor. Gall.* : inlusos *Huxley* (illusos *iam Heinsius*) | limite] milite $\mathbf{F_1 J_3 J_4 Z}$: tramite *Wakefield* || **166** ad arces $\mathbf{L_6}$: in edes **r** || **168** latebrosa $\mathbf{A_1}$, *cett. mei* : tenebrosa $\mathbf{A_1}$*ul*$\mathbf{L_3 A_2 P_3 R_2 R_{25}}$: nebulosa $\mathbf{M_3}$ | scrutatur $\mathbf{J_4 D}$*?*$\mathbf{E_2 K_1}$ || **169** fraternum $\mathbf{F_2}$*pc, cett. mei* : -as $\mathbf{F_2}$*ac* | sub orbem $\mathbf{A_1}$*ul*$\mathbf{P_5}$*pc, cett. mei* : per orbem $\mathbf{A_1 F_2 L_6 O_4 R_4}$: sub axem $\mathbf{M_2 T}$: per auras $\mathbf{R_{16}}$ || **170–171** rupes / oppositae $\mathbf{A_1}$, *cett. mei* : montes / oppositi **T** : montes (*non* oppositi) $\mathbf{A_1}$*sscr* || **171** solida- *Heinsius* : solita- *Isengriniana mg* : sicula- $\mathbf{A_1 J_3 P_5 F_2 L_3 Z}$: dura- $\mathbf{F_1 P_5}$*ul*$\mathbf{C_1 g J_4}$: stricta- $\mathbf{e_2}$ || **172** trabali $\mathbf{P_5}$, *cett. mei* : teneri $\mathbf{P_5}$*ul* $\mathbf{L_2 R_5 R_7}$ || **173** tonuere $\mathbf{J_3}$*pc*$\mathbf{O_3 P_4 R_3 R_5 R_7 U}$*?* : sonuere* $\mathbf{A_1 F_1 J_3}$*ac*$\mathbf{P_5 C_1 g J_4 L_3 L_{10}}$: tremuere $\mathbf{F_2 Z A_2 b_1 F_3}$: timuere ψ_1 || **175** reiecit *Heinsius* | fulmina] flumina $\mathbf{F_2}$: lumina $\mathbf{J_4 D}$ || **176** audit et $\mathbf{b_1 H P_4 R_{25}}$: audiit hec $\mathbf{O_1}$ || **177** latiis $\mathbf{F_1 L_3 Z F_4 J_2}$*pc* $\mathbf{L_3 L_5 M_3 P_1}$*pc* : latis $\mathbf{A_1 J_3 P_5 C_1 F_2 g}$*pc?*$\mathbf{J_4 b_1 G_1}$ | triumphis $\mathbf{O_1 W}$ || **178** remigat $\mathbf{A_1 Z}$, *cett. mei* : nauigat $\mathbf{A_1}$*ul*$\mathbf{Z}$*ul*$\mathbf{R_2}$ || **180** et] cum $\mathbf{F_1}$ | negaret $\mathbf{Z}$*?pc?, cett. mei* : negarent* $\mathbf{Z}$*ac?*$\mathbf{A_2 C_2 E_2 O_2 P_2}$*ac* : uetaret $\mathbf{J_3}$*pc* : teneret $\mathbf{J_3}$*ac* || **182** tum (tunc)] cum $\mathbf{b_1 H M_1}$: nunc **W** || **183** dissiluit $\mathbf{J_3 F_2 J_4 L_3 (Z) D E_1 L_5 O_4 R_4}$: se soluit $\mathbf{A_1 F_1 C_1 g F_4 G_1 L_{10} P_1 U}$: soluit se $\mathbf{R_{22}}$: et soluit (dissoluit *sscr*) $\mathbf{P_5}$ || **184** fracto- $\mathbf{F_4 J_2}$*ac*$\mathbf{M_3 P_1 R_2 R_{25} W}$: facto-* *cett. mei* : subito- $\mathbf{L_3}$ || **185** fluuius- $\mathbf{F_1}$*ac*$\mathbf{F_2}$*ac?, cett. mei* : fluuii- $\mathbf{A_1 F_1}$*pc*$\mathbf{F_2}$*pc?*$\mathbf{J_4 b_1 D R_2}$: fluctus- $\mathbf{O_1}$ || **186** duros] tellus $\mathbf{F_3}$ || **187** discedit $\mathbf{L_4}$*pc*$\mathbf{M_3 O_3}$: dissoluit $\mathbf{J_4}$ || **188** caelo subitus $\mathbf{C_2 H L_{10} M_3}\ \delta$: subitus caeli $\mathbf{A_2}$: subito caelo $\mathbf{E_2}$ | timor $\mathbf{J_4}$*ac, cett. mei* : tumor $\mathbf{F_1 J_4}$*pc* : tremor $\mathbf{M_3}$

mutauere fidem; uetito se proluit Arctos
190 aequore; praecipitat pigrum formido Booten.
horruit Orion; audito palluit Atlans
hinnitu; rutilos obscurat anhelitus axes
discolor et longa solitos caligine pasci
terruit orbis equos: pressis haesere lupatis
195 attoniti meliore polo rursusque uerendum
in Chaos obliquo certant temone reuerti.
mox, ubi pulsato senserunt uerbera tergo
et solem didicere pati, torrentius amne
hiberno tortaque ruunt pernicius hasta:
200 quantum non iaculum Parthi, non impetus Austri,
non leue sollicitae mentis discurrit acumen.
sanguine frena calent; corrumpit spiritus auras
letifer; infectae spumis uitiantur harenae.
diffugiunt Nymphae; rapitur Proserpina curru
205 inploratque deas. iam Gorgonos ora reuelat
Pallas et intento festinat Delia telo
nec patruo cedunt: stimulat communis in arma
uirginitas crimenque feri raptoris acerbat.
ille uelut stabuli decus armentique iuuencam
210 cum leo possedit nudataque uiscera fodit
unguibus et rabiem totos exegit in armos,
stat crassa turpis sanie nodosque iubarum
excutit et uiles pastorum despicit iras.

189 proluit] polluit $R_{14}R_{26}$, *Heinsius* : palluit L_5 || **191** corruit R_2 || **192** nitidos c | axes (-is L_3*?ac*) g*?*, *cett. mei* : arces L_3*?pc*O_4 || **193** solitos longa A_2R_2 | ferrugine M_3R_2 || **194** pressisque F_2 | herere δ || **195** rursum- ψ_1 || **196** certant] temptant J_3C_1g$J_4E_2G_1L_4$: pugnant* L_5M_2 || **197** mox ut F_{14} | senserunt pulsato L_2 : turbato sens. J_2 | dorso $L_{10}O_2R_4$ || **199** pernicius A_1, *cett. mei* : uelocius A_1*sscr*E_1L_{10}*sscr* δ *sscr* || **200** tantum non $L_7R_{14}R_{26}$s | afr (*?* = afri) iaculum H || **201** non] nec $E_2R_5R_{25}$: hec L_3 | discurrit mentis R_5 : mentis discurrat *Heinsius* || **200–201** *interpolatos esse suspicatur Reinhardt* || **202** calent L_{10}*ul* (F_2*pc*) (Z*pc*), *cett. mei* : madent $L_{10}F_4$*pc*O_4 | corrupit R_{19} || **203** uiolantur U | habenae L_1 : aristae R_4w, *Schraderus* | *post hunc uers. lacunam statuit Bonnet* || **204** *om.* C_1 | diffugiunt (L_1), *cett. mei* : defugiunt M_1 : dissiliunt J_2 | capitur M_2R_3 || **205** deos e_2T_4*?* | reuelat] reuellit J_4 : recludit R_{13} || **206** intento] immenso L_2 : intecto cL_8T_3 : infesto e_2P_7 | telo A_1, *cett. mei* : cornu J_4DL_6O_3*pc*R_4R_5w : neruo A_1*ul*M_1 || **207** in armis L_{10} : in iras P_5 : utramque b_1 || **208** uictoris P_5 || **209** *lacunam inter* ille *et* uelut *statuit Jeep* | iuuencum R_2Z || **210** ceu C_1 | pectora J_4D$K_1M_2M_3O_4$ | fedat F_2 || **211** exegit P_5*pc*, *cett. mei* : exercet *in adnot.* P_2 : effudit P_5*ac* : exciuit *Burmannus e gloss.* excitauit *in* J_4 || **212** crassa turpis sanie L_3*ul*, *cett. mei* : turpis crassa sanie F_1 : crassa sanie turpis L_1R_2 : crassa turpis rabie L_3 || **213** excutit] excitat g$b_1G_1J_2R_6$: discutit C_2 | uigiles r | pastoris H | despuit $J_4L_2P_4R_1$

'ignaui domitor uulgi, deterrime fratrum,'
215 Pallas ait, 'quae te stimulis facibusque profanis
Eumenides mouere tuae? cur sede relicta
audes Tartareis caelum incestare quadrigis?
sunt tibi deformes Dirae, sunt altera Lethes
numina, sunt tristes Furiae te coniuge dignae.
220 fratris linque domos, alienam desere sortem,
nocte tua contentus abi. quid uiua sepultis
admisces? nostrum quid proteris aduena mundum?'
talia uociferans auidos transire minaci
cornipedes umbone ferit clipeique retardat
225 obice Gorgoneisque premens adsibilat hydris
praetentaque operit crista; libratur in ictum
fraxinus et nigros illuminat obuia currus
missaque paene foret, ni Iuppiter aethere summo
pacificas rubri torsisset fulminis alas
230 confessus socerum: nimbis hymenaeus hiulcis
intonat et testes firmant conubia flammae.
inuitae cessere deae. conpescuit arcum
cum gemitu talesque dedit Latonia uoces:
'sis memor o longumque uale. reuerentia patris
235 obstitit auxilio, nec nos defendere contra
possumus; imperio uinci maiore fatemur.
in te coniurat genitor populoque silenti
traderis, heu! cupidas non aspectura sorores

214 uulgi domitor $\mathbf{R}_1$: dom. mundi $\mathbf{J}_4\mathbf{D}\mathbf{K}_1\mathbf{M}_3\mathbf{R}_2$ | teterrime $\mathfrak{b}_1\mathbf{D}\mathbf{K}_1\mathbf{O}_4$ || **215** quae $\mathbf{J}_4$, *cett. mei* : quo* $\mathbf{e}_2$**mnr**, *Heinsius* : qui $\mathbf{O}_1$: quis $\mathbf{J}_4$ *ul* | facibus stimulis- $\mathbf{R}_5\boldsymbol{\delta}$ || **216** mouere $\mathbf{A}_1$ *gloss.*, *cett. mei* : egere $\mathbf{A}_1$: rapuere $\mathbf{R}_2$ | tua $\mathbf{J}_3\mathbf{C}_1\mathbf{g}\mathbf{F}_4\mathbf{G}_1\mathbf{L}_4\mathbf{P}_1\mathbf{R}_6$ || **217** mundum $\mathbf{J}_4\mathbf{D}$*?*$\mathbf{K}_1$ | incestare $\mathbf{P}_5\mathbf{C}_1\mathbf{F}_2\mathbf{g}\mathbf{L}_1\mathbf{L}_3$: infestare $\mathbf{A}_1\mathbf{F}_1\mathbf{J}_3\mathbf{P}_5$ *ul* $\mathbf{J}_4$(**Z**) : fedare $\mathbf{F}_2$ *gloss.* : maculare **Z** *sscr* || **218** *om. add. mg* **g** *ma* | sunt ibi $\mathbf{L}_1\mathbf{R}_5$ | Dirae] diue $\mathbf{P}_5\mathbf{L}_3\mathbf{M}_1$: anime $\mathbf{L}_{10}$ | Lethes] nobis **g** : Lethae *datiuum maluit Heinsius* || **219** furie tristes $\mathbf{M}_3$ || **221** dampnatus **T** || **222** cur ψ_1 | proteris $\mathbf{A}_1$, *cett. mei* : conteris $\mathbf{R}_{16}$: polluis $\mathbf{A}_1$ *ul* $\mathbf{L}_3\mathbf{P}_3$ || **226** *om.* **g** | praetenta- $\mathbf{L}_1$ *pc*, *cett. mei* : praetentas- $\mathbf{F}_2\mathbf{D}$ | aperit $\mathbf{F}_2$ | cristas $\mathbf{F}_2\mathbf{D}$: palla $\mathbf{F}_{14}$ | uibratur $\mathbf{A}_1\mathbf{C}_1\mathbf{C}_3\mathbf{H}\mathbf{L}_2\mathbf{M}_1\mathbf{O}_1$ | in altum $\mathbf{A}_1$ || **227** cursus $\mathbf{F}_1\mathfrak{b}_1$ *ac* $\mathbf{E}_2$ || **228** ni $\mathbf{A}_1\mathbf{J}_4$ *sscr*, *cett. mei* : nisi $\mathbf{A}_1$ *sscr* $\mathbf{P}_5\mathbf{L}_3\mathbf{L}_{10}$: in $\mathbf{J}_4$ | summo $\mathbf{A}_1\mathbf{F}_1\mathbf{P}_5$ *pc* $\mathbf{C}_1\mathbf{J}_4\mathbf{L}_3\mathbf{Z}$: uulso $\mathbf{L}_3$ *ul* $\mathbf{A}_2\mathbf{P}_3$: celso $\mathbf{J}_3$: misso $\mathbf{F}_2\mathbf{g}\mathbf{L}_1\mathbf{Z}$ *ul* : missas $\mathbf{L}_2$: missus $\mathbf{P}_5$ *ac* : lapsus $\mathbf{P}_1$ || **229** paciferas $\mathbf{F}_1$ | torsisset $\mathbf{F}_1$, *cett. mei* : misisset $\mathbf{F}_1$ *sscr* $\mathbf{F}_3$ | fulminis $\mathbf{A}_1\mathbf{F}_1\mathbf{L}_3\mathfrak{b}_1\mathbf{F}_4\mathbf{H}\mathbf{L}_4\mathbf{O}_3$ *pc* $\mathbf{R}_1\mathbf{W}$: luminis *cett. mei* || **230** generum $\mathbf{K}_1$ | hymenaeon* **n**, *Heinsius* || **231–234** *post* **328** *translocauit* $\mathbf{L}_1$ || **231** signant $\mathbf{V}_2$ || **232** attonite $\mathbf{L}_5$ | cessare $\mathbf{L}_2\mathbf{O}_1$ | arcus **w** : iram $\mathbf{F}_1$: iras $\mathbf{P}_4$ || **233** tales- . . . uoces $\mathbf{A}_1$ *ul*, *cett. mei* : talem- . . . uocem $\mathbf{L}_3\mathbf{L}_2$: tales- . . . questus $\mathbf{A}_1$ | *uers. ita refecit* $\mathbf{R}_{16}$: delia cum gemitu tales tonat ore querelas || **234** sisque memor $\mathbf{L}_6$ || **235** contendere **Q** || **236** uincti *Wakefield*

aequalemque chorum. quae te fortuna supernis
240 abstulit et tanto damnauit sidera luctu?
iam neque Partheniis innectere retia lustris
nec pharetras gestare libet; securus ubique
spumet aper saeuique fremant inpune leones.
te iuga Taygeti, posito te Maenala flebunt
245 uenatu maestoque diu lugebere Cyntho.
Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt.'
  interea uolucri fertur Proserpina curru
caesariem diffusa Noto planctuque lacertos
uerberat et questus ad nubila rumpit inanes:
250 'cur non torsisti manibus fabricata Cyclopum
in nos tela, pater? sic me crudelibus umbris
tradere, sic toto placuit depellere mundo?
nullane te flectit pietas nihilumque paternae
mentis inest? tantas quo crimine mouimus iras?
255 non ego, cum rabido saeuiret Phlegra tumultu,
signa deis aduersa tuli; nec robore nostro
Ossa pruinosum uexit glacialis Olympum.
quod conata nefas aut cuius conscia culpae
exul ad inmanes Erebi detrudor hiatus?
260 o fortunatas alii quascumque tulere
raptores! saltem communi sole fruuntur.
sed mihi uirginitas pariter caelumque negatur,

239 aequales- . . . choros $\mathbf{J_4DK_1}$ || 240 damnarunt $\mathbf{e_1O_6R_{38}rV_2}$*pc* : turbauit **H** || 241 nec $\mathbf{V_2}$: non $\mathbf{aR_{38}}$ | expandere $\mathbf{L_2}$ | lustris $\mathbf{P_5}$*ul, cett. mei* : siluis $\mathbf{P_5HR_5U}$ || 242 non $\mathbf{F_1L_6}$ | pharetram* $\mathbf{J_4K_1}$ | portare **Z** | licet $\mathbf{A_1P_5J_4L_2O_1}$ || 243 seuum- $\mathbf{A_2}$ | premant $\mathbf{J_4}$ || 245 merebere $\mathbf{L_2}$ | fletu $\mathbf{L_1}$ || 246 tacebunt] mouebunt $\mathbf{L_1}$: silebunt $\mathbf{R_{14}R_{26}}$ || 247 Tertia distinctio *notat* $\mathbf{F_{14}}$ | rapitur **w**? | cursu $\mathbf{P_5L_1O_3}$ || 248 defusa $\mathbf{R_{25}}$ || 249 ad $\mathbf{J_4}$*pc, cett. mei* : per $\mathbf{J_4}$*ac*$\mathbf{E_2K_1}$: in $\mathbf{mnR_{11}}$ | rumpit $\mathbf{A_1P_5C_1L_1L_3A_2b_1L_{10}P_4}$: rupit $\mathbf{HM_2}$: fundit* $\mathbf{J_3F_2gJ_4}$*ul*$\mathbf{ZG_1K_1R_{25}Uw}$: tendit $\mathbf{F_1L_6O_4}$: tollit $\mathbf{M_1R_2W}$: condit $\mathbf{J_4}$ || 251 nos] me $\mathbf{L_2R_1W}$ | me] nos $\mathbf{F_2C_3J_2L_2}$: uis $\mathbf{L_1}$ || 252 credere $\mathbf{P_4}$ | placuit toto $\mathbf{L_6}$: claro placuit $\mathbf{C_2}$: toto licuit $\mathbf{K_1}$: laeto placuit *Jeep* : tuto placuit *Baehrens* | defendere $\mathbf{L_1}$ || 253 pietas flectit $\mathbf{L_3L_5}$: flectat pietas $\mathbf{O_1R_5}$*pc* | nihilumque $\mathbf{L_1A_2F_4}$: nichilumne* $\mathbf{M_2}$: nullumque *cett. mei* : nullumne $\mathbf{F_1J_4Z}$: nullumue $\mathbf{O_2R_4W}$ || 254 mouimus $\mathbf{J_3}$*sscr, cett. mei* : nouimus $\mathbf{F_1J_3F_2b_1C_2F_3}$ || 255 rabido $\mathbf{F_4}$, *Heinsius* : rapido ($\mathbf{F_2}$), *cett. mei* | *uers. sic refecit* $\mathbf{J_4}$: non ego te contra quateret cum flegra tumultu : *idem, nisi quod* tumultum *offerunt,* $\mathbf{L_8sT_3}$ || 256 auersa $\mathbf{nR_{11}}$ | neque ψ_1 : non $\mathbf{F_1J_4HK_1}$ || 257 glac. uexit $\mathbf{L_3L_{10}}$ || 258 uel cuius **H** | noxia $\mathbf{R_2}$ | noxae* $\mathbf{P_5BL_5M_3O_3P_3R_3}$ || 259 deducor $\mathbf{R_2W}$ || 260 alias $\mathbf{J_4O_3}$ | tulere $\mathbf{P_5}$, *cett. mei* : tulerunt $\mathbf{P_5}$*sscr*$\mathbf{A_2C_2L_{10}M_2T}$ || 261 luce $\mathbf{J_4DK_1R_5R_7U}$*ac* || 262 celum pariterque $\mathbf{P_5}$: pariter cum luce $\mathbf{M_3R_5R_7}\delta$: pariter cum sole **w** : rapitur celumque $\mathbf{mR_{11}}$ | negantur *Heinsius*

eripitur cum luce pudor, terrisque relictis
seruitum Stygio ducor captiua tyranno.
265 o male dilecti flores despectaque matris
consilia! o Veneris deprensae serius artes!
mater, io! seu te Phrygiis in uallibus Idae
Mygdonio buxus circumsonat horrida cantu;
seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis
270 incolis et strictos Curetum respicis enses,
exitio succurre meo, conpesce furentem,
conprime ferales torui praedonis habenas!'
talibus ille ferox dictis fletuque decoro
uincitur et primi suspiria sentit amoris.
275 tum ferrugineo lacrimas detergit amictu
et placida maestum solatur uoce dolorem:
'desine funestis animum, Proserpina, curis
et uano uexare metu. maiora dabuntur
sceptra nec indigni taedas patiere mariti.
280 ille ego Saturni proles cui machina rerum
seruit et inmensum tendit per inane potestas.
amissum ne crede diem: sunt altera nobis
sidera, sunt orbes alii, lumenque uidebis
purius Elysiumque magis mirabere solem
285 cultoresque pios; illic pretiosior aetas,
aurea progenies habitat, semperque tenemus
quod superi meruere semel. nec mollia derunt
prata tibi; Zephyris illic melioribus halant

silua minax, iaculisque rigens in proelia crescit
picturata seges; corium cute fixa tenaci
alba subit radix alternantesque colorum
tincta uices spatiis internigrantibus exit
15 in solidae speciem pinnae tenuataque furtim
leuis in extremum sese producit acumen.
sed non haec acies ritu siluestris echini
fixa manet. crebris propugnat iactibus ultro
et longe sua membra tegit, tortumque per auras
20 euolat excusso natiuum missile tergo.
interdum fugiens Parthorum more sequentem
uulnerat; interdum positis uelut ordine castris
terrificum densa mucronem uerberat unda
et consanguineis hastilibus asperat armos:
25 militat omne ferae corpus uibrataque rauco
terga fragore sonant. stimulis accensa tubarum
agmina conlatis credas confligere signis:
tantus in angusto strepitus furit. additur armis
calliditas parcusque sui tumor iraque numquam
30 prodiga telorum, caute contenta minari
nec nisi seruandae iactus inpendere uitae.
error abest: certum sollertia destinat ictum

7 oculos rubet . . . ardor $\mathbf{L}_1$: oculos rubor . . . ardet $\mathbf{F}_3$: oculos rubor . . . armat *Burmannus* || 9 attamen *Heinsius* || 11 rigens] ingens *Flor*$\mathbf{J}_3$*?* : uigens $\mathbf{g}\Delta\mathbf{L}_4\mathbf{P}_{11}$: minax $\mathbf{C}_1\mathbf{K}_6$ || 12 corium *Hall* : quorum *codd. quotquot noui omnes* : dorsum *Heinsius* || 13 alba subit radix *Barthius* : albasubitraxit Δ : alba subattraxit *Flor, Exc. Gyr.* : alua subtraxit **C** : altera subtraxit *cett. mei* : altera succrescit *Exc. Gyr.* ('*in alio*') : ceu uallo obtexit *Heinsius* || 14 tincta Γ_1 : cincta *cett. mei* : uincta Δ : iuncta $\mathbf{P}_{11}$: cuncta $\mathbf{W}_1$: picta *Heinsius* | spinis *Schraderus* | intus- *u. l. ed. Antuerp.* || 15 pinnae] pugne $\mathbf{F}_2$: spinae *Buslid., Heinsius* || 16 leuis *Flor*$\mathbf{F}_2\mathbf{P}\Delta$: lenis $\mathbf{C}\mathbf{g}\mathbf{J}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3\mathbf{W}_1$ || 18 propugnat *Δpc, cett. mei* : propulsat $\mathbf{K}_4$: oppugnat *uel* praepungit *Heinsius* || 19 regit $\mathbf{F}_2\mathbf{P}$ || 22 cristis *Burmannus* || 23 densa mucronum (mugronum Δ) uerberat unda *Flor* : densam mucronum uerberat undam *uel* densae mucronem euerberat undae *Heinsius* : densa mucronem uentilat umbra *Burmannus* || 24 consanguineis] cum sanguineis *Flor*$\mathbf{O}_3$, *Exc. Gyr.* : consanguineos $\mathbf{W}_1$ || 25 uirgata- *Barthius* || 26 succensa $\mathbf{A}_2$ || 27 cognatis $\mathbf{W}_2$ | confligere] consurgere $\mathbf{W}_2$: concurrere *Cortius* | telis $\mathbf{F}_{14}$ || 29 tumor *Heinsius* : timor *codd.* : tremor *Barthius* || 31 iactus *Flor*Δ : tractu *scett. mei* : tantus $\mathbf{F}_2$ || 32 terror $\mathbf{g}\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3\mathbf{W}_1\mathbf{F}_3\mathbf{L}_4\mathbf{S}_3\zeta$

nil spatio fallente modum, seruatque tenorem
mota cutis doctique regit conamina nisus.
35 quid labor humanus tantum ratione sagaci
proficit? eripiunt trucibus Gortynia capris
cornua; subiectis eadem lentescere cogunt
ignibus; intendunt taurino uiscere neruos;
instruitur pinnis ferroque armatur harundo.
40 ecce breuis propriis munitur bestia telis
externam nec quaerit opem; fert omnia secum:
se pharetra, sese iaculo, sese utitur arcu.
unum animal cunctas bellorum possidet artes.
quod si omnis nostrae paulatim industria uitae
45 fluxit ab exemplis, quidquid procul adpetit hostem,
hinc reor inuentum, morem hinc traxisse Cydonas
bellandi Parthosque retro didicisse ferire
prima sagittiferae pecudis documenta secutos.

10

DE BIRRO CASTOREO

Nominis umbra manet ueteris; nam dicere birrum,
si Castor iuret, castoreum nequeo.
sex emptus solidis! quid sit, iam scire potestis:
si mihi nulla fides, credite uel pretio.

9 **34** mota **P***sscr, Heinsius* : muta **P**, *cett. mei* : tuta $\mathbf{P_{11}}$ | nisus Δ*pc, cett. mei* : uisus $\mathbf{F_2P}$ || **35** quid *Flor*Δ : quis ($\mathbf{F_2}$), *cett. mei* || **36** proficit Δ*pc, cett. mei* : profuit $\mathbf{B_1}$ | capris $\mathbf{gW_1}\Delta$: captis *Flor*$\mathbf{CJ_3L_1O_3P}$: raptis $\mathbf{F_2}$ || **38** taurino uiscere *Flor*Δ : taurino mittere $\mathbf{J_3}$*ac* : taurinos mittere $\mathbf{J_3}$*pc* (uiscere *add. m. rec. mg*), *cett. mei* || **40** belua $\mathbf{J_3}$ || **41** non $\mathbf{gL_4S_3}$ || **43** cunctas *Flor pc, cett. mei* : iunctas *Heinsius* || **46** hinc[2]] hunc $\mathbf{p_2}$: hic $\mathbf{CJ_3O_3}$ | Cydonas *Camers* : cidonas **g** : cydona Δ (*teste Birt*) : sydona Δ (*teste Jeep*) : cyconas $\mathbf{F_2}$, *Isengriniana* : ciconas (-t-, -th-) *cett. mei*

10 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, Δ

de birro castoreo *Flor*$\mathbf{CP}\Delta\mathbf{L_3}$: de libro castoreo $\mathbf{S_3}$: De fibro castoreo *Heinsius* || **1** nam *cett. mei*, $\mathbf{K_6}\Gamma_1$: iam $\mathbf{F_2PW_1}\zeta$: non *Flor, Exc. Gyr.* | dicere *Flor*$\mathbf{gJ_3}\Delta\Gamma_1$: discere *cett. mei* || **2** si castor iuret *Flor*Δ : si . . . uitet $\mathbf{CgJ_3L_1O_3P}\Gamma_1$: si . . . nitet $\mathbf{K_6}$*?* : si . . . niteat $\mathbf{F_2W_1}$, *Exc. Gyr., Clauerius* : sic textura uetat *Scaliger* : ni Castor niteat *Barthius* : ni . . . uiuat *uel* uilet *Heinsius* : ni . . . lucet *Jeep* : si . . . periit *Birt* | castoricum $\mathbf{L_1}$ || **3** solidum *Exc. Gyr.* | potestis] potesus Δ : potestas $\mathbf{L_4W_2}$*ac*

11

IN SEPVLCHRVM SPECIOSAE

Pulchris stare diu Parcarum lege negatur.
  magna repente ruunt; summa cadunt subito.
hic formosa iacet, Veneris sortita figuram,
  egregiumque decus inuidiam meruit.

12

DE BALNEIS QVINTIANIS QVAE IN VIA POSITA ERANT

Fontibus in liquidis paulum requiesce, uiator,
  atque tuum rursus carpe refectus iter.
lympharum dominum nimium miraberis, hospes,
  inter dura uiae balnea qui posuit.

13

IN PODAGRICVM QVI CARMINA SVA NON STARE DICEBAT

Quae tibi cum pedibus ratio? quid carmina culpas?
  scandere qui nescis, uersiculos laceras?
'claudicat hic uersus, haec' inquis 'syllaba nutat',
  atque nihil prorsus stare putas, podager.

11 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2}$**PW**$_1$, *Δ*
in sepulc(h)rum speciosae *Flor*(**C**)**P***Δ*$\mathbf{S_3}$: de sepulcro speciose $\mathbf{V_4}$: de sepulcro formose cuiusdam $\mathbf{L_3}$ || 1 uetatur **Z** || 2 cadunt . . . ruunt $\mathbf{P_{11}}$ || 4 inuidiamque tulit $\mathbf{K_6}$: trux Libitina tulit *Heinsius*
12 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2}$**PW**$_1$, *Δ*
de balneis quintianis quae in uia posita (-ae *Δ*) erant (fuerant *Flor*) *FlorΔ* : de balneis quintianis quae erant in uia **C**$\mathbf{B_1S_3}$: de balneis quintilianis quae in uia erant **P** : de balneis quintilianis in uia $\mathbf{V_4}$ || 3 lympharum **Cg***pc* : limph- **g***ac*$\mathbf{J_3L_1O_3F_2}$**PW**$_1$: nymph- *FlorΔ* : nimph- $\mathbf{P_{11}}$
13 *Flor*, **C** (*cum 12 coniunctum*) **g**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2}$**PW**$_1$, *Δ*
in podagricum qui carmina sua non stare dicebat (*Flor*)**C** (sua *om.*)*Δ*$\mathbf{S_3}$ (sua *om.*) : in podagrum q. c. n. st. d. ζ, *edd. uett.* : non stare dicebat in podagricum qui carmina culpabat (*in* culpat *corr.*)**P** : in podagrum inuectio qui dicebat carmina non stare $\mathbf{B_1}$: in podagricum qui carmina culpabat $\mathbf{V_4}$: In podagrum qui carmina eius non stare dicebat *Koch* || 1 ratio est **Z** || 2 lacerans *ed. Burmanni* || 3 inquis $\mathbf{R_{31}}$: inquit *cett. quotquot noui omnes* || 4 putas $\mathbf{B_1P_{12}R_{31}}$: putat *cett. quotquot noui omnes*

14

AD MAXIMVM

Dulcia dona mihi semper tu, Maxime, mittis,
et, quidquid mittis, mella putare decet.

15

DE PAVPERE AMANTE

Paupertas me saeua domat dirusque Cupido:
sed toleranda fames, non tolerandus amor.

16

DE EODEM

Esuriens pauper telis incendor amoris.
inter utrumque malum deligo pauperiem.

17

DE PIIS FRATRIBVS ET DE STATVIS EORVM QVAE SVNT APVD CATINAM

Aspice sudantes uenerando pondere fratres,
diuino meritos semper honore coli,

14 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, *Δψ*
ad maximum $\mathbf{K_6}$ *in catalogo* : ad maximum qui ei mel misit *Flor***C***Δζ* : qui ei mel misit ad maximum **P** : ad maximum qui mel misit *Exc. Gyr.* : ad maximum qui ei mel miserat $\mathbf{B_1}$: ad maximum qui hoc mel misit $\mathbf{S_3}$ || 1 tu mittis maxime semper $\mathbf{F_2P}$ *ψ*, *Iuntina* | mittes *Flor* || 2 mella uocare *ψ* : credere mella $\mathbf{W_2}$ | *in* $\mathbf{S_2}$, *p. 121, et* $\mathbf{P_{15}}$, *f. 1, extat hoc carmen, uerbis tamen mutatis, uidelicet* dulcia mella mihi, semper tu dulcia mandas / et quicquid dulce mella putare decet; *cf. Baehrens PLM IV 17*

15 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$ (*cum 14 coniunctum*), *Δ*
de paupere amante *Flor***CP***Δ*$\mathbf{S_3}$*ζ* : de paupertate amantis $\mathbf{B_1}$ || 1 dirus-] durus- $\mathbf{W_2}$*pc*$\mathbf{R_{53}}$: rursus- *Flor*

16 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2}$ (*cum 15 coniunctum*) $\mathbf{PW_1}$ (*cum 15 coniunctum*), *Δ*
de eodem *Δ*$\mathbf{S_3}$: ex eodem *Flor***C** || 1 succendor $\mathbf{B_1}$ || 2 deligo $\mathbf{CJ_3L_1P_{11}}$: diligo $\mathbf{gO_3F_2PW_1}$: eligo *Flor* : elego *Δ* : delego *Jeep*

17 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, *Δ*
de piis fratribus et de statuis eorum quae sunt apud catinam (catenam *Δ*) *Flor* : de piis fratribus de tauris eorum **P** : de statuis fratrum siculorum $\mathbf{K_6}$ *in catalogo* : de piis fratribus de staturis eorum $\mathbf{CC_1S_3}$: De piis fratribus et eorum statuis quae sunt apud catinam *Heinsius in Flor uidisse sibi uidebatur*

iusta quibus rapidae cessit reuerentia flammae
  et mirata uagas reppulit Aetna faces.
5 conplexi manibus fultos ceruice parentes
  attollunt uultus adcelerantque gradus.
grandaeui gemina sublimes prole feruntur
  et cara natos inplicuere mora.
nonne uides ut saeua senex incendia monstret,
10 ut trepido genetrix inuocet ore deos?
erexit formido comam, perque omne metallum
  fusus in attonito palluit aere tremor.
in iuuenum membris animosus cernitur horror
  aeque oneri metuens inpauidusque sui.
15 reiectae uento chlamydes. dextram exerit ille
  contentus laeua sustinuisse patrem;
ast illi duplices in nodum colligit ulnas
  cautior in sexu debiliore labor.
hoc quoque praeteriens oculis ne forte relinquas
20 artificis tacitae quod meruere manus:
nam consanguineos eadem cum forma figuret,
  hic propior matri fit tamen, ille patri.
dissimiles annos sollertia temperat artis:
  alter in alterius redditur ore parens,
25 et noua germanis paribus discrimina praebens
  diuisit uultus cum pietate faber.
o bene naturae memores, documenta supernae
  iustitiae, iuuenum lumina, uota senum,
qui spretis opibus medios properastis in ignes
30 nil praeter sanctam tollere canitiem.

3 iussa *Burmannus* || **4** rettulit *Heinsius* || **5** complexos $\mathbf{F_2}$ || **6** *om.* $\mathbf{CS_3\Gamma_1}$ | attollunt *Flor*$\mathbf{J_3\Delta}$: attollent $\mathbf{F_2}$*?* : attollant $\mathbf{gL_1O_3PW_1W_2}$: ut tollant *Heinsius* | adcelerant- (ac-) *Flor*$\mathbf{J_3O_3\Delta}$: accelerent- $\mathbf{gL_1F_2PW_1W_2}$, *Iuntina* || **8** cara *Flor*$\mathbf{\Delta}$, *Camers* : clara *cett. mei* || **9** monstret **g** (-e- *fort. pc*) $\mathbf{W_1\Delta}$*?* : -at *cett. mei* || **10** genitrix trepido $\mathbf{F_2}$ || **11** arrexit $\mathbf{W_1}$, *Heinsius* || **12** attonite $\mathbf{F_2}$ | (a)ere *Flor*$\mathbf{C}$*pc*$\mathbf{\Delta}$: ore $\mathbf{C}$*ac, cett. mei* | tremor] color $\mathbf{F_2}$, *Camers. Exc. Gyr.* : timor *Isengriniana mg* || **14** aeque *Ker* : atque *codd.* | oneri] omni $\mathbf{CL_1}$ || **15** exerit *Exc. Gyr.* : egerit *cett. mei* : erigit $\mathbf{gJ_3\Delta}$*pc* : eregit $\mathbf{\Delta}$*ac* : adripit *Koch* || **17** ast illi *Flor*$\mathbf{gJ_3F_2W_1K_6W_2}$: at illi $\mathbf{CL_1O_3P}$: has ille $\mathbf{\Delta}$: ast ille *Aldina* : 'alter melius legeretur quam ille' *Exc. Gyr.* | nodos **g** || **20** monuere *Buecheler* || **21** nam] iam $\mathbf{B_1}$: **g** *incert.* : tam *Heinsius* || **22** propior $\mathbf{CgF_2W_1}$: proprior *Flor*$\mathbf{J_3L_1O_3P\Delta\Gamma_1}$ | sit $\mathbf{gF_2PW_1}$ || **23** animos $\mathbf{p_2W_2}$*ul, Isengriniana mg* || **25** quaerens $\mathbf{\Gamma_1}$ || **27** superbae *Flor*$\mathbf{\Delta}$ || **28** lumina *Heinsius* : numina *cett. mei* : nomina $\mathbf{\Delta}$: munera **g** : culmina *Jeep* || **29** medio . . . in igne *Barthius* | properastis $\mathbf{J_3}$*ac, cett. mei* : -atis $\mathbf{gJ_3}$*pc*$\mathbf{B_1K_6L_4W_2}$*ac*ζ

haud equidem inmerito tanta uirtute repressas
  Enceladi fauces obriguisse reor.
ipse redundantem frenauit Mulciber Aetnam,
  laederet exempli ne monumenta pii.
35 senserunt elementa fidem: patri adfuit aether
  terraque maternum sedula iuuit onus.
quod si notus amor prouexit in astra Laconas,
  Aenean Phrygio raptus ab igne pater,
si uetus Argolicos inlustrat gloria fratres,
40 qui sua materno colla dedere iugo,
cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi,
  aeternum Siculus templa dicauit honos?
plura licet summae dederit Trinacria laudi,
  nouerit hoc maius se genuisse nihil,
45 nec doleat damnis quae deuius intulit ardor,
  nec gemat exustas igne furente domos:
non potuit pietas flamma cessante probari;
  emptum est ingenti clade perenne decus.

18

DE MVLABVS GALLICIS

Aspice morigeras Rhodani torrentis alumnas
  imperio nexas imperioque uagas,
dissona quam uarios flectant ad murmura cursus
  et certas adeant uoce regente uias.
5 quamuis quaeque sibi nullis discurrat habenis
  et pateant duro libera colla iugo,

17 35 patri adfuit $\mathbf{K_4}$, *Heinsius* : pater adfuit* *cett. quotquot noui codd.* : patris alleuat *Jeep* || 41 anapi *Flor* $\mathbf{W_1}\Delta$: anappi $\mathbf{F_2}$: anapy $\mathbf{CgJ_3L_1O_3P}$: anape *Exc. Gyr.* || 42 dicabit Δ, *Heinsius* : dicarit *Heinsius* : dicaret *Wakefield* | honos **C***pc*, *cett. mei* : honor $\mathbf{K_6}$: onus **C***ac*Δ || 43 laudis* *Heinsius* || 45 ardor] error $\mathbf{K_6}$: horror *Buslid.*

18 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$ (*uu.* 3 *ad fin. bis scripti, et suo loco et post carm. min. 30, 110, quem locum uide*), Δ, **R**

de mulabus gallicis *Flor* $\mathbf{P}\Delta\mathbf{S_3}\zeta$: incipit de mulabus gallicis **C** : incipit de mulabus gallis **R** : de pecudibus quae gallicis uerbis reguntur $\mathbf{B_1}$ || 3 flectunt $\mathbf{K_4}$ | ad murmura $\mathbf{J_3O_3RP_{11}}$: ad munera *Flor*Δ, *Exc. Gyr.* : ad munīa **C** : ad munia $\mathbf{S_3}$: ad numina $\mathbf{gL_1F_2}$*?***P***pc*$\mathbf{W_2}$: ad menia $\mathbf{W_1}$ | currus *Buslid.* : casus $\mathbf{P_{11}}$ || 4 regente Δ*pc*, *cett. mei* : rogante $\mathbf{F_2}$ || 5 longis $\mathbf{J_3RP_{11}}$ | discurrit $\mathbf{K_4}$ || 6 et careant *Jeep*

ceu constricta tamen seruit patiensque laborum
  barbaricos docili concipit aure sonos.
absentis longinqua ualent praecepta magistri
10 frenorumque uicem lingua uirilis agit.
haec procul angustat sparsas spargitque coactas;
  haec sistit rapidas, haec properare facit.
laeua iubet? laeuo deducunt limite gressum.
  mutauit strepitum? dexteriora petunt.
15 nec uinclis famulae nec libertate feroces,
  exutae laqueis, sub dicione tamen.
incessuque pares et fuluis pellibus hirtae
  esseda concordes multisonora trahunt.
miraris si uoce feras pacauerit Orpheus,
20 cum pronas pecudes Gallica uerba regant?

19

EPISTVLA AD GENNADIVM EX PROCONSVLE

Italiae commune decus, Rubiconis amoeni
  incola, Romani fama secunda fori,
Graiorum populis et nostro cognite Nilo
  (utraque gens fasces horret amatque tuos),

18 7 seruit $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : serum $\mathbf{CL_1W_1}$ *ul* (*priore loco*) $\mathbf{W_2}$*ac* : ferro **P***pc*$\mathbf{W_2}$*pc* : frenis *Heinsius* | luporum (*pro* lupatorum) *uel* lupati *uel* iugorum *Heinsius* || 8 combibit *Heinsius* | ore **P** || 9 abstantis *Mommsen* || 10 uice *Δ* : uices **R** || 11 *om.* $\mathbf{CL_1PS_3}\mathit{\Gamma}_1$ || 12 *om.* **g**$\mathit{\Gamma}_1$ | properat resides *Barthius* || 13 ordine **R**, *Camers* | gressum **R**, *Camers* : cursum *Δ* (*teste Birt*), *Jeep* : currum *Δ* (*teste Jeep*), *cett. mei*, *Exc. Gyr.* || 15–20 *om.* $\mathbf{RK_6}$ || 15 *ante* 14 **P***ac* || 15 nec[1]] non $\mathbf{p_2}\mathit{\Gamma}_1$*?* | famulae] famille **C** : mule **P** | nec[2]] non $\mathit{\Gamma}_1$*?* || 16 exuta *Δ* (*teste Birt*) : exutu *Δ* (*teste Jeep*) | manent *Hall* | *lacunam post hunc uers. esse suspicatur Goodyear* || 17 incessu- *Birt* : consensu- *cett. mei* : concesu- *Δ* : conspectu- *Birt* | et] cum $\mathbf{K_5}$: sed *ed. Burmanni in contextu* : tum *Heinsius* || 18 multishonora *Δ* : multa sonora $\mathbf{F_2PW_1}$: menti sonora *e Cuiacii uetere laudat Clauerius*, *unde* concordi mente sonora *conicit*

19 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, *Δ*

epistula ad gennadium ex proconsule (-em *Exc. Gyr.*) *Flor* $\mathbf{PB_1}\zeta$: epistula ad gennadium proconsulem *Δ* : incipit ad gennadium exproconsulem **C** : ad gennadium exproconsule $\mathbf{S_3}$ || 2 accola *Barthius*

5 carmina ieiunas poscis solantia fauces?
testor amicitiam nulla fuisse domi.
nam mihi mox nidum pinnis confisa relinquunt
et lare contempto non reditura uolant.

20

DE SENE VERONENSI QVI SVBVRBIVM SVVM NVMQVAM EGRESSVS EST

Felix, qui patriis aeuum transegit in aruis,
ipsa domus puerum quem uidet, ipsa senem,
qui baculo nitens in qua reptauit harena
unius numerat saecula longa casae.
5 illum non uario traxit fortuna tumultu,
nec bibit ignotas mobilis hospes aquas;
non freta mercator tremuit, non classica miles,
non rauci lites pertulit ille fori.
indocilis rerum, uicinae nescius urbis,
10 aspectu fruitur liberiore poli.
frugibus alternis, non consule computat annum:
autumnum pomis, uer sibi flore notat.
idem condit ager soles idemque reducit,
metiturque suo rusticus orbe diem,
15 ingentem meminit paruo qui germine quercum
aequaeuumque uidet consenuisse nemus,

19 6 domo $\mathbf{B_1}$
20 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, Δ, **R**
de sene ueronensi qui suburbium suum numquam egressus est Δ : de sene ueronensi $\mathbf{K_6}$ *in catalogo* : de senatore ueronensi qui suburbium numquam egressus est *Flor*, *Exc. Gyr.* : epigramma de sene qui iuxta ueronam consistens nec ciuitatem norat nec uillam umquam egressus est **PR** : incipit de senatore ueronensi $\mathbf{CB_1}$ (*nisi quod* incipit *om.*) $\mathbf{S_3}$ (= $\mathbf{B_1}$) ζ || 1 propriis* $\mathbf{F_2PR}$, *Iuntina* | uitam *Londin. Sloane 1898* | agris* *Flor*$\mathbf{CL_1}\Delta\mathbf{W_2}$ || 2 quae Δ || 3 reptabat Δ || 4 numerat] et numerat *Buslid.*, *unde* enumerat *Heinsius* : maculat $\mathbf{F_{19}}$, *unde* cumulat *idem Heinsius* || 5 uano ζ, *Heinsius* | transit $\mathbf{CL_1F_2W_1}$ || 6 non ζ | mobilis *Flor*$\mathbf{P}\Delta\mathbf{R}$: nobilis $\mathbf{CgJ_3L_1O_3F_2W_1}$ || 7 nec ... nec *Sched. Gud.* | tremuit *Flor*$\mathbf{CL_1O_3}\Delta$: timuit $\mathbf{gJ_3F_2PW_1RC_1}$ || 8 nec *Londin. Sloane 1898* | litem $\mathbf{R_4}$ || 11 annos Δ, *Aldina* || 12 sibi **C***ac*, *cett. mei* : tibi **C***pc* || 14 metatur- *Schottmüller* || 15–18 *ante* 5 *transpos. Bonnet, sed non est audiendus* || 15 ingentem] hic genitam *Cuiacius* : crescentem *Schottmüller* | qui paruo $\mathbf{W_2}$*pc* : paruo de *Cuiacius* : paruo qui a *Gesnerus* | germine *Flor* **g** (-er- *fort. pc*), *Exc. Gyr.* : gramine *cett. mei*

proxima cui nigris Verona remotior Indis
Benacumque putat litora rubra lacum.
sed tamen indomitae uires firmisque lacertis
20 aetas robustum tertia cernit auum.
erret et extremos alter scrutetur Hiberos:
plus habet hic uitae, plus habet ille uiae.

21

DE THEODORO ET HADRIANO

Mallius indulget somno noctesque diesque;
insomnis Pharius sacra profana rapit.
omnibus hoc, Italae gentes, exposcite uotis,
Mallius ut uigilet, dormiat ut Pharius.

22

DEPRECATIO AD HADRIANVM

Vsque adeone tuae producitur impetus irae?
nullus erit finis lacrimis? subitisque fauorem
permutas odiis? quo mens ignara nocendi,
quo sensus abiere pii? tantumne licebit
5 inuidiae? tantum strepitus ualuere maligni?

20 19 sed] si $\mathbf{F}_{19}$: sic *Heinsius* | summisque $\mathbf{CL}_1\mathbf{W}_2$ || explicit de sene **PR**

21 *Flor*, $\mathbf{CgJ}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3$, $\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1$, Δ

de theodoro et hadriano (adr- *Flor* $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3$) Δ : de theoro et adriano **P***mg* : incipit de teoro et adriano **C** : de mallio et phario $\mathbf{K}_6$ *in catalogo* || 1 mallius $\mathbf{F}_3$: manlius *omnes mei* : allius $\mathbf{K}_6$ || 3 etposcite Δ : exposcere *Flor* || 4 mallius $\mathbf{F}_3\mathbf{K}_6$: manlius *omnes mei*

22 *Flor*, $\mathbf{CgJ}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3$, $\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1$, Δ, **R**

deprecatio ad hadrianum (adr- Δ) *Flor* : incipit prefatio ad adrianum $\mathbf{CS}_3$ (*om.* inc.) ζ : ad hadrianum p. p. **P***mr* : incipit excusatio pro se $\mathbf{RL}_3$ (*om.* inc.) : incipit excusatio pro se ad stiliconem $\mathbf{K}_6$ *in catalogo*, $\mathbf{V}_4$: excusatio pro se ad adrianum $\mathbf{B}_1$: petit ueniam de iniuria illata *Exc. Gyr.* : praet. praef. *add. edd. uett.* || 2 nullus erit Δ (*teste Birt*), *cett. mei* : nullus erat *Flor* Δ (*teste Jeep*) : nullus tot $\mathbf{p}_4$: nullane tot *Heinsius* | subitisne* *Clauerius* || 4 tui $\mathbf{J}_3\mathbf{F}_3\zeta$ || 5 et tantum Δ

me dolor incautus, me lubrica duxerit aetas,
me tumor inpulerit, me deuius egerit ardor:
te tamen haud decuit paribus concurrere telis.
humanae superos numquam tetigere querellae
10 nec uaga securum penetrant conuicia caelum.
excessit iam poena modum. concede iacenti.
en adsum; ueniam confessus crimina posco.
manibus Hectoreis atrox ignouit Achilles;
ultrices Furias matris placauit Orestes;
15 reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces.
Pellaeum iuuenem regum flexere ruinae:
Dareum famulis manibus doluisse peremptum
fertur et ingenti solatus fata sepulchro;
tradita captiuo spatiosior India Poro.
20 conditor hic patriae; sic hostibus ille pepercit;
hunc uirtus tua digna sequi. quemcumque deorum
laesimus, insultet iugulo pascatque furorem.
gratia defluxit, sequitur feralis egestas;
desolata domus, caris spoliamur amicis:
25 hunc tormenta necant, hic undique truditur exul.
quid superest damnis? quae saeua pericula restant?
emollit rabiem praedae mortisque facultas.
praetereunt subiecta ferae, toruique leones,
quae strauisse calent, eadem prostrata relinquunt
30 nec nisi bellantis gaudet ceruice iuuenci

6 calor *Heinsius* | incautum Δ || **7** tumor $\mathbf{CJ_3L_1O_3F_2W_1}$: timor *Flor*$\mathbf{gP\Delta R}$ || **9** querelis **R** || **11** iacenti] lacenti **C** : latenti **g** : nocenti $\mathbf{L_1}$ || **12** en adsum ueniam **g***pc*$\mathbf{L_1\Delta}$: en assum ueniam **Cg***ac*$\mathbf{J_3O_3}$: en adsum et ueniam *Flor*$\mathbf{W_1K_6}$: et assum et ueniam $\mathbf{F_2PR}$: adsum en ueniam $\mathbf{R_{23}}$: adsum, en, en ueniam *Heinsius* || **15** eacides Δ || **17** Dareum *Heinsius* : darium *cett. mei* : et darium *Flor***g***pc*$\mathbf{J_3}\zeta$, *Exc. Gyr.* : hic darium $\mathbf{K_6}$ | manibus famulis **Z** : famuli manibus $\mathbf{K_4}$, *Scaliger* || **19** traditaque est capto *Cuiacius* : reddita captiuo *Heinsius* | Poro] porro *Flor* **C** : puro Δ || **20** *spurium censuit Bonnet* | hic] ut $\mathbf{K_4}$: **g** *incert.* | sic] sed et $\mathbf{p_2}$ | *distinctione post* patriae *sublata* ipse *pro* ille *malit Goodyear, quod fortasse uerum est* || **21** minorum *Mommsen* || **22** poscat- $\mathbf{CL_1F_2W_1K_4}$ | cruorem $\mathbf{K_4}$ || **23** diffluxit *Heinsius* | mortalis **g** || **24** spoliatur $\mathbf{gL_4}$ || **25** hinc . . . hinc *Heinsius* | necant *Flor*$\mathbf{gJ_3O_3PR}$: negant $\mathbf{CL_1F_2W_1\Delta}$ | undique] mundi *Heinsius* | pellitur *Cuiacius ap. Gesnerum* || **26** damni *Cuiacius ap. Gesnerum* | saeue *Burmannus* | piacula *Heinsius* || **27–28** *uerba* emollit . . . praedae *et* praetereunt . . . ferae *transpos. Clauerii uet. cod., ut non inepte ita non tamen uere* || **29** calent $\mathbf{RK_6}$: ualent *cett. mei* : uolunt *Barthius* | ea mox **PR** | relinquent $\mathbf{J_3}$ || **30** bellantis **g** (-i- *pc*), *cett. mei* : bellantes **PR** : bellacis *Heinsius* | gaudent *Flor*$\mathbf{P\Delta R}$

nobiliore fames. secuit nascentia uota
liuor et ingesto turbauit gaudia luctu:
iamiam suppliciis fessos humilesque serenus
respice. quid tanta dignaris mole clientem?
35 in breuibus numquam sese probat Aeolus antris,
nec capit angustus Boreae certamina collis:
Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina lassat.
incubuit numquam caelestis flamma salictis
nec parui frutices iram meruere Tonantis:
40 ingentes quercus, annosas fulminat ornos.
hoc pro supplicibus ramis, pro fronde Mineruae,
hoc carmen pro ture damus. miserere tuorum.
me, precor, heu, me redde mihi grauibusque medere
uulneribus uitamque iube famamque reuerti.
45 quae per te cecidit, per te fortuna resurgat.
sanus Achilleis remeauit Telephus herbis,
cuius pertulerat uires, et sensit in uno
letalem placidamque manum: medicina per hostem
contigit, et pepulit quos fecerat ipse dolores.
50 quod si nec precibus fletu nec frangeris ullo,
eripe calcatis non prospera cingula Musis,
eripe militiam, comitem me pelle sodali.
scilicet insignis de paupere uate triumphus!
scilicet egregiis ornabere uictor opimis!
55 inruat in miseros cognata potentia ciues;
audiat haec commune solum longeque carinis
nota Pharos, flentemque attollens gurgite uultum
nostra gemat Nilus numerosis funera ripis.

31 nobilior **PR** | fames $\mathbf{CgL_1F_2W_1}$, *Flor. Gall.* : fame $\mathbf{J_3O_3P\Delta R}$: famae *Flor* | rumpit *Flor. Gall.* | uota **P**, *cett. mei* : fata $\mathbf{L_1F_2}$**P***ul*$\mathbf{W_1}$: fila *Abrinc. 135 ac* || **32** inlato *Cuiacius ap. Gesnerum* | perturbat *Flor. Gall.* || **33** iam suppliciis $\mathbf{O_3}$: lumina suppliciis $\mathbf{F_{19}}$: lumine suppliciis (*cum* sereno) *Heinsius* || **34** despice **ΔR** : a- $\mathbf{F_2W_1}$ | mole *Flor* Δ : morte $\mathbf{gJ_3O_3F_2PW_1R}$: more $\mathbf{CL_1}$ || **35** se comprobat $\mathbf{F_3}$ | antris *Ald.*, *Exc. Put.* : undis *omnes mei* || **37** r(h)odope(i)aque **gΔR** | lassat **P***ul*, *cett. mei* : quassat **PΔ** (-ant*??*) **R** || **38** incumbit *Escor. Q. I. 14* || **46** Achilleis . . . herbis] achilleis . . . hastis $\mathbf{F_{19}}$: achillea . . . hasta *Exc. Gyr.* || **47** consensit **C** || **49** contegit Δ | qui *Birt* || **50** frangeris $\mathbf{PRK_6}$: flecteris *cett. mei* || **51** *om.* $\mathbf{L_1W_1}$ (*add. mg*) | prospera cingula] prospera cincula Δ : singula prospera $\mathbf{K_6}$ || **52** comitis *Jeep* | me pelle sodalis Δ (*teste Birt*) : ne pelle sodali **PR** : ne pelle sodalis Δ (*teste Jeep*) : me pelle sodalem *Jeep* || **53** *om.* $\mathbf{CL_1F_2W_1B_1S_3}\zeta$ | insignis *Flor ac* Δ : insignes *Flor pc*, *cett. mei* : ingentes $\mathbf{C_1A_2}$: egregios *Buslid.* | fratre $\mathbf{p_2}$ | triumhus (*sic*) Δ : triumphos *cett. mei* : triumpha *Scaliger* || **54** *om.* Δζ (*add. mg*) | et spoliis *Flor* || **55** inruat **R** : irruat $\mathbf{PK_6}$: seuiat *cett. mei* : saeuiet *Scaliger* : si ruat *Schraderus* || **56** haec] hoc $\mathbf{CF_2W_1}$: *uerb. om.* $\mathbf{O_3}$ | longisque **PR**

23

DEPRECATIO AD ALETHIVM QVAESTOREM

Sic non Aethiopum campos aestate pererrem
  nec Scythico brumam sub Ioue nudus agam,
sic non imbriferam noctem ducentibus Haedis
  Ionio credam turgida uela mari,
5 sic non Tartareo Furiarum uerbere pulsus
  irati relegam carmina grammatici:
nulla meos traxit petulans audacia sensus,
  liberior iusto nec mihi lingua fuit.
uersiculos, fateor, non cauta uoce notaui,
10   heu miser! ignorans quam graue crimen erat.
Orpheos alii libros inpune lacessunt
  nec tua securum te, Maro, fama uehit;
ipse parens uatum, princeps Heliconis, Homerus
  iudicis excepit tela seuera notae.
15 sed non Vergilius, non accusaret Homerus:
  neuter enim quaestor, pauper uterque fuit.
en moueo plausus! en pallidus omnia laudo,
  et clarum repeto terque quaterque 'sophos'!
ignoscat placidus tandem flatusque remittat
20   et tuto recitet quod libet ore: placet.

23 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, Δ, **R**
deprecatio ad alethium quaestorem *edd. uett* : deprecatio in aletium quaestorem *Flor* : epistola ad aletium quaestorem $\mathbf{K_6}$ *in catalogo* : in aletium quaestorem *Exc. Gyr.* : in alecium questorem $\Delta\mathbf{S_3}$: in aletium questorem conquestio $\mathbf{B_1}$: incipit in aletium questorem **C**(**P**) : incipit excusatio aput aletium questorem dum obiceretur ei quod epigramma eius reprehendisset **R** || **1** sic **P***pc*, *cett. mei* : hic **P***ac* : si Δ || **2** brumam schytico **R** || **3** imbriferam **R** : imbriferis $\mathbf{W_1}$*pc*, *cett. mei* : umbriferis $\mathbf{gF_2W_1}$*ac* | nubem *Heinsius* || **6** ledam **R** || **7** lasciuia ζ || **8** iusto **R** : solito *cett. mei* || **9** nec $\mathbf{L_4}$ || **10** '*ne adulterinus sit metuo*' *Heinsius* || **11** Ascraeos *Heinsius* || **12** facit $\mathbf{F_2W_1}$ || **13–14** *ab Ennodio* (*epist.* 2, 6) *citantur* || **14–15** *om.* $\mathbf{F_2W_1}$ (*add. mg*) $\mathbf{K_6W_2}$ (*add. mg*) || **15–16** *spurios censuit Jeep* || **15** non accusaret *Hall* : sed non accusat *codd.* : sed non curaret *Baehrens* || **16** *ante* **14** **P***ac* || **16** pauper] pastor *Flor* || **17** en[2]] et **R**, *Camers* || **18** en *Heinsius* | sophum Δ || **19** tandem placidus $\mathbf{W_1}$ || **20** tuto $\mathbf{gJ_3O_3W_1}$*ul***R**, *Exc. Gyr.* : toto *Flor*$\mathbf{CL_1F_2PW_1}$: tuoto Δ : cauto *Cortius* | quidlibet* $\mathbf{p_2}$: quicquid·ab $\mathbf{RK_6}$ | pluet *et* fluet *Cuiacii uetus*

24

DE LOCVSTA

Horret apex capitis; medio fera lumina surgunt
uertice; cognatus dorso durescit amictus.
armauit natura cutem †dumique rubentes
cuspidibus paruis multos acuere †rubores.

25

EPITHALAMIVM DICTVM PALLADIO V. C. TRIBVNO ET NOTARIO ET CELERINAE

Praefatio

Carmina per thalamum quamuis festina negare
nec uolui genero nec potui socero.
hic socius, dux ille mihi, nostrique per aulam
ordinis hic consors, emicat ille prior.
5 hunc mihi coniungit studiis communibus aetas;
illum praeponit uel senium uel honos.
carmen amor generi, soceri reuerentia poscit
officio uatis, militis obsequio.

24 *Flor*, **Cg$J_3L_1O_3$, F_2PW_1, R**
de locusta *Flor* : de lucusta **P***mg* ζ : incipit de lucusta C_1 : de dulcio de lucusta **R** : incipit de bucusta **CB_1** (*om.* inc.) S_3 (= B_1) : de locustis *Cuiacii uetus* || **1** capiti *Burmannus* | duo cornua *Heinsius* || **2** durescit] decrescit **K_4** : succrescit *Heinsius* || **3** dumi- **RK_6** (*1°*) : dubi- *Flor* : dubii- *Exc. Gyr.* : dubiis- *cett. mei*, **K_6** (*2°*) : digiti- *uel* lumbi- *Birt* : culmi- *uel* calami- *Hall* | rubentem **$J_3F_2W_1$** : rudentes **K_4** : rigentes *uel* cruenti *Koch* || **4** paruis] pinne **K_4** | minios *Hall* | rubores] rigores **g** (-ig- *fort. pc*) : tumores *Bonnet* | cuspidibus pariunt multos ac uere colores *e Cuiacii cod. Clauerius, unde* cuspidibus pariunt multos ac uepre dolores *Heinsius* | *ut mihi uidetur, aut* rubentes *aut* rubores *corruptum est, et de* dumi- *et* multos *dubitari potest*

25 *Flor*, **Cg$J_3L_1O_3$, F_2PW_1, R**
Epithalamium dictum Palladio u. c. tribuno et notario et Celerinae *Birt* : episthalamius dictus palladio . . . tribuno et notario et celerini *Flor* : incipit epithalamium dictum palladio u. c. et celerine **R** : epithalamium palladii et celerine **K_6** *in catalogo* : epylamus dictus prefatio **P** : incipit epitalamus dictus prefatio **C**

Praefatio **5** coniunxit **gK_6LL_4** || **6** illum *Hall* : hunc mihi *codd.* | honor **K_6L_3** || **8** obsequio . . . officio *Buslid.*

Forte Venus blando quaesitum frigore somnum
uitibus intexti gremio successerat antri
densaque sidereos per gramina fuderat artus
adclinis florum cumulo; crispatur opaca
5 pampinus et musto sudantem uentilat uuam.
ora decet neclecta sopor; fastidit amictum
aestus et exuto translucent pectore frondes.
Idaliae iuxta famulae triplexque uicissim
nexa sub ingenti requiescit Gratia quercu.
10 pinnati passim pueri quo quemque uocauit
umbra iacent; fluitant arcus ramisque propinquis
pendentes placido suspirant igne pharetrae.
pars uigiles ludunt aut per uirgulta uagantur,
scrutantur nidos auium uel roscida laeti
15 mala legunt, donum Veneri, flexusque secuntur
palmitis et summas pinnis librantur in ulmos,
defendunt alii lucum Dryadasque procaces
spectandi cupidas et rustica numina pellunt
siluestresque deos, longeque tuentibus antrum
20 flammea lasciuis intendunt spicula Faunis,
cum subito uarius uicina clamor ab urbe
et fausti iuuenum plausus mixtaeque choreis

Epithalamium 1 quaesiuit $\mathbf{F}_3$: quaerit dum *Burmannus* | frigora **R** | somnum *om.* **R**, sensu *add. mg mr* : somnos *Heinsius* || 2 intexti $\mathbf{W}_1$*pc?*, *cett. mei* : intextis **PR** : intextum $\mathbf{F}_2$ | secesserat $\mathbf{W}_1\mathbf{F}_3$: susceperat *Cuiacii uetus* || 4 accliuis $\mathbf{F}_2$ | florum] forum $\mathbf{O}_3$: foribus *Flor, Exc. Gyr.* || 5 musto sudantem uentilat uuam *Heinsius* : musto (-a *ma*) uittem sudantem uentilat uuam (*corr. in* -a) **P** : multos sudantem uentilat aura (aura *mr*) **R** : uitem sudantem uentilat uuis *cett. mei*, $\mathbf{B}_1\mathbf{C}_1\mathbf{F}_3\mathbf{K}_6$ (uitem *pc*) $\mathbf{L}\mathbf{L}_4\mathbf{S}_3\mathbf{W}_2\mathbf{Z}\zeta$: uitem sudantem uentilat aura *Barthii cod.* : mites (miteis *Exc. Gyr.*) sudanti uentilat uuas *Flor, Exc. Gyr* : mites undatim uentilat uuas *Cuiacii uetus* : mites sudanti uentilat auras *Baehrens* || 6 *om.* **P** | amictus **R** || 7 cestus *Heinsius* | exuto (-usto $\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3$: -cusso $\mathbf{C}_1$) translucent (-et $\mathbf{C}\mathbf{J}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$) pectore frondes *codd.* : excussas translucent pectora frondes *Scaliger ap. Burmannum* : excussa translucent pectora fronde *uel* excussa translucet pectore fronde *Burmannus* : ex uda translucent pectora fronde *Jeep* || 10 passim pennati **R** | quocumque $\mathbf{F}_2\mathbf{K}_6$ | uocabit **R** : uocabat **R***sscr* $\mathbf{K}_6$: uocarat *Heinsius* || 11 propinquis *Flor* **g** $\mathbf{J}_3$*?ac?* **P***pc* **RL** : propinquant $\mathbf{C}\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{S}_3\mathbf{W}_2$: propinquat $\mathbf{J}_3$*?pc?* **P***ac* || 12 pendent et **PR** || 13 aut] ac $\mathbf{W}_2$: et **R** || 13–14 uagantes* *uel* uagati / . . . auium* *uel* uagantur / . . . alii *Heinsius* || 14 scrutati (*cum* uagantur) *Heinsius* || 15 ueneri *Flor* : ueneris *cett. mei* | flexumque $\mathbf{K}_6$: flexumue *Heinsius* || 16 aut *Heinsius* | uibrantur *Flor* | alnos $\mathbf{W}_1\mathbf{W}_2$ || 17 lucum ($\mathbf{W}_1$), *cett. mei* : -os **R** : -o *Heinsius* | -adasque $\mathbf{W}_1$*pc*, *cett. mei* : -adesque $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$*ac* **RL** | procaces $\mathbf{W}_1$, *cett. mei* : loquaces $\mathbf{W}_1$*ul* || 18 peccandi cupidas **P***pc* : inspectant cupidus (o above u) **R** (o *sscr. mr*) : inspectant cupidi et $\mathbf{K}_6$: rectorum inspectans **P***ac* || 19 deas *Heinsius* || 21 cum] tunc $\mathbf{P}_{12}$ (*pars altera*) : tum *Jeep* | in $\mathbf{p}_2$

auditae per rura lyrae. Celerina per omnes
Italiae canitur montes omnisque maritum
25 Palladium resonabat ager.
peruenit ad aures
uox iucunda deae strepituque excita resedit
et reliquum nitido detersit pollice somnum
utque fuit, turbata comas, intecta papillas,
mollibus exurgit stratis interque suarum
30 agmen et innumeros Hymenaeum quaerit Amores.
(hunc Musa genitum legit Cytherea ducemque
praefecit thalamis; nullum iunxisse cubile
hoc sine nec primas fas est attollere taedas.)
conspicitur tandem. platano namque ille sub alta
35 fusus inaequales cera texebat auenas
Maenaliosque modos et pastoralia labris
murmura temptabat relegens orisque recursu
dissimilem tenui uariabat harundine uentum.
restitit ut uidit Venerem, digitisque remissis

23 tubae $\mathbf{K}_6$ | celerina *cett. mei, Exc. Gyr.* : celerinde **R***ac* : celeuma $\mathbf{W}_1$*pc* : celebrata $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$*ac***R***pc* || **28–29** *om.* **R**, *add. mg* || **28** *ex disiectis lectionibus redintegrauit Heinsius* : *in codd. sic se res habet* : utque fuit turbata *Flor*$\mathbf{J}_3\mathbf{L}_3$*ul* ϱ, *Exc. Gyr.* (fuit *tamen om.*) : . . . intecta $\mathbf{CPF}_3\mathbf{S}_3\mathbf{W}_2\zeta$*sscr* : . . . intexta **g** (fuit *eras.*) $\mathbf{O}_3\mathbf{C}_1$ $\mathbf{P}_{11}$ (*nisi quod* atque *pro* utque) **Z** : . . . detecta $\mathbf{K}_4$: . . . inpexa $\mathbf{W}_2$*ul* : . . . interiecta $\mathbf{L}_1$: . . . non tacta ζ : . . . incerta $\mathbf{L}_4$ (*fort. pc*) : ut fuit interiecta $\mathbf{K}_6$: utque erat interiecta $\mathbf{F}_2$**R***mg***L**$\mathbf{L}_3$, *Camers* : . . . intertexta $\mathbf{R}_{31}$: . . . intecta $\mathbf{W}_1$*pc*$\mathbf{B}_1$: . . . intexta $\mathbf{P}_{12}$: . . . indepexa *uel* indigesta *Heinsius* : . . . illa intecta *Paul* : atque ut erat turbata *Jeep* | intecta *Flor* ϱ, *Exc. Gyr.* : iniecta $\mathbf{L}_3$*ul* : turbata *plerique codd.* : incompta *et* merita *pro uu. ll. Exc. Gyr.* : nudata *Schraderus, Wakefield* | papillas $\mathbf{PL}_3$*ul* : capillos *plerique codd.* : papillis *Schraderus* || **29** exurgit *Flor* : assurgit *cett. mei* | interque suarum *Cuiacii uetus* : interque suorum $\mathbf{PLW}_2$*pc* (*add. in spat. rel. ma*) : iterumque suorum *Exc. cod. Rhem. ap. Heinsium* : reuocatque suorum $\mathbf{O}_3$ (*in spat. rel. mr*) $\mathbf{A}_2\mathbf{C}_1$ (*in spat. rel. mr*) $\mathbf{P}_{12}$: *spat. rel. in* $\mathbf{CL}_1\mathbf{F}_2$*ac*$\mathbf{W}_1$*ac*$\mathbf{B}_1\mathbf{C}_1$*ac*$\mathbf{F}_3$ $\mathbf{L}_4\mathbf{P}_4\mathbf{P}_{11}$*ac*$\mathbf{S}_3\mathbf{W}_2$*ac*$\zeta$: procul ecce sonorum $\mathbf{R}_4$: auditque canorum **g** : hymenaeus $\mathbf{W}_1$ (*in spat. rel.*) : hymenaeus it omne *Flor* : sociumque requirit $\mathbf{J}_3$ (*in spat. rel. ma*) $\mathbf{L}_1$ (*in spat. rel. ma*) $\mathbf{F}_2$ (*in spat. rel. ma*) $\mathbf{C}_1$*mr* : circumuenit omne **R***mr, mg* (ac conuenit omne *perperam rettulit Jeep*) : et uoce citauit $\mathbf{P}_{11}$ (*in spat. rel. ma*) : Hymenaeon et omne *Heinsius* : interque Iocorum *Burmannus* : et permeat omne *Jeep* : intratque suorum *Birt* || **30** agmen et innumeros $\mathbf{W}_1$, *cett. mei, Exc. Gyr.* : inde per innumeros $\mathbf{W}_1$*ul*, *Vicetina* : agmen et in numeris *Scaliger* | hymeneus $\mathbf{W}_1\mathbf{L}_4$ | quaerit *cett. mei, Exc. Gyr.* : poscit *Flor* : possit *Exc. Gyr.* | amoris *Scaliger* || **32** nullis **R** | iunxisse *cett. mei, Exc. Gyr.* : uinxisse *Camers* : uixisse $\mathbf{F}_2$ || **35** doctus *Buslid.* | auenas *Flor ul, cett. mei* : hauenas $\mathbf{PK}_6$*pc* : habenas *Flor* $\mathbf{RK}_6$*ac* || **36** labris $\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1$: lubris $\mathbf{RK}_6$*ac* : libris *cett. mei*, $\mathbf{K}_6$*pc* || **37** recussu *Heinsius* || **38** dissimilem tenui $\mathbf{PRK}_6$: dissimili tenuem* *cett. mei*, $\mathbf{B}_1\mathbf{F}_3\mathbf{LS}_3\zeta$: dis simili tenuem *Mommsen* | cantum *Schraderus* || **39** destitit *Burmannus*

40 ad terram tacito defluxit fistula lapsu.
dulce micant oculi; niueas infecerat igni
solque pudorque genas; dubiam lanuginis umbram
caesaries intonsa tegit. prior ipsa silentem
conpellat: 'numquamne, puer, dilecta relinques
45 carmina? maternis numquam satiabere donis,
dedite Musarum studio nimiumque parentis
aemule? quid medio tecum modularis in aestu?
iamne tibi sordent citharae? iam lustra Lycaei
atque pecus cordi redituraque rupibus echo?
50 huc ades et tantae nobis edissere causas
laetitiae, cui pompa uiro tam clara resultet,
quae noua dotetur uirgo; patriamque genusque
pande, quibus terris orti, quo semine ducti.
haud ignarus enim, nec te conubia fallunt
55 ulla; tuo primae libantur foedere noctes.'
ille refert: 'equidem dudum te, diua, morantem
mirabar, quod adhuc tanti secura maneres
coniugii. non parua tibi mandatur origo.
fascibus insignes et legum culmine fultae
60 conuenere domus et qui lectissimus orbi
sanguis erat. rubris quae fluctibus insula latrat,
quis locus Aethiopum, quae sic inperuia famae
secessit regio, quo non rumore secundo
Palladii penetrauit amor mentisque benigna
65 temperies doctique sales et grata senectus?
per cunctos iit ille gradus aulaeque labores

40 subito $\mathbf{J_3}$ | lapsu $\mathbf{PW_1}$, *cett. mei* : flatu **P***ul* **R** : cornu $\mathbf{W_1}$*ul* || **41–42** niueas infecerat igni (igne $\mathbf{gJ_3O_3RL}$) / . . . genas] niueas interserit (*ac* : intesserit *pc*) igni / . . . genas *Flor* : niueis interserit ignem / . . . genis *Heinsius* || **43** decet *Birt* || **44–45** numquamne . . . maternis *om.* **g** || **44** relinques *Flor*$\mathbf{J_3L_1PL}$, *Iuntina* : -is $\mathbf{RW_2}$, *Camers* : -ens $\mathbf{O_3W_1L_3}$: -as $\mathbf{CF_2}$ || **49** atque] iamque $\mathbf{J_3F_3}$: iamne *Heinsius* | nemus $\mathbf{K_6L}$ | montibus $\mathbf{J_3}$ || **50** ac $\mathbf{K_4}$ | tantas *Flor, Exc. Gyr.* : tandem **R** | cause **R** : laudes $\mathbf{B_1}$ || **51** cui $\mathbf{RK_6L}$: quae $\mathbf{W_1}$*?ac?, cett. mei, Exc. Gyr.* : quem $\mathbf{W_1}$*pc?*$\mathbf{W_2}$ | uiro *Burmannus* : t(h)oro *cett. mei* : t(h)ori $\mathbf{gJ_3O_3R}$*pc* : choro *Paul* | resultat **R** || **52** quae] qua **g** : an $\mathbf{p_2}$: cui *Paul* | dotetur **P**, *cett. mei* : ducetur **P***sscr* || **53** orti] simul et *Buslid.* || **55** cuncte $\mathbf{RK_6}$ | libantur **g***pc, cett. mei* : librantur **g***?ac* $\mathbf{L_4}$, *Birt* (*proprio aut typographi errore*) || **56** morari **R** || **57** quid *Heinsius* || **58** nec $\mathbf{F_3}$ || **59** cardine *Burmannus* || **60** lectissimus $\mathbf{CgJ_3O_3W_1}$*pc***R** : letissimus *Flor*$\mathbf{L_1F_2PW_1}$*ac***L** | orbi **RL** : urbi *cett. mei* || **61** rubris] rubeis *Exc. Gyr.* : longis $\mathbf{gL_4}$ | fluctibus $\mathbf{W_1}$*pc, cett. mei* : flatibus $\mathbf{L_1F_2PW_1}$*ac* | latrans *Birt* || **62** qui **R** || **64** penetrarit *Heinsius* | benigne $\mathbf{K_4}$ || **65** *om.* $\mathbf{CB_1S_3}\zeta$ (*add. mg*) | grata *Flor*$\mathbf{gJ_3L_1O_3W_1R}$: docta **P***sscr* : terga $\mathbf{F_2P}$: amica $\mathbf{F_3LL_3}$: tersa *Heinsius* : amoena *Schraderus* || **66** iit $\mathbf{F_2}$*pc?, cett. mei* : it $\mathbf{F_2}$*?ac*$\mathbf{W_1}$

emensus tenuit summae fastigia sedis
Eoum stabili moderatus iure senatum.
hic splendor iuueni. cunabula prima puellae
70 Danubius ueteresque Tomi. Mauortia matris
nobilitas spoliis armisque exultat auitis
inmensamque trahit Celerini robore lucem,
qui quondam Meroen iussus Nilumque tueri,
cum sibi post obitus et Parthica fulmina Cari
75 sceptra daret miles rebusque inponere uellet,
despexit fremitus et praetulit otia regno.
respuit ingestum, quod ui, quod poscere ferro
posthabita pietate solent. tum purpura primum
inferior uirtute fuit meruitque repulsam
80 obuia maiestas. doluit Fortuna minorem
se confessa uiro. magnum delata potestas,
maiorem contempta probat. cognomina sumpsit
plena ducum genitor. paulatim uectus ad altum
princeps militiae, qua non inlustrior extat
85 altera, cunctorum tabulas adsignat honorum,
regnorum tractat numeros, constringit in unum
sparsas imperii uires cuneosque recenset
dispositos: quae Sarmaticis custodia ripis,

68 Eoum] facundum $\mathbf{L}_4$*pc?* : grandeuum **g** (*ma in ras.*) || 69 hinc *Heinsius* | iuuenum **P***pc* : iuuenem **P***ac* || 70 ueteris- *Flor* | matri **P** : patris *uel* patri *Heinsius* || 72 celerine $\mathbf{gO}_3\mathbf{PR}$: celeris de *Cuiacii uetus* || 73 mercen *Flor* || 74 obitus *Flor* **R**, *Exc. Gyr.* : domitos **P** (*sed expunx.*), *cett. mei*, $\mathbf{K}_6\mathbf{LL}_4\mathbf{S}_3\zeta$: domitas $\mathbf{F}_3$ | ad *Cuiacii uetus* | fulmina] flumina $\mathbf{gJ}_3$: culmina **C** | Cari *Heinsius* : charri*??*$\mathfrak{p}_2$: caro *Flor* $\mathbf{RK}_6\mathbf{LL}_3$: charo *Exc. Gyr.* : caros $\mathbf{L}_1\mathbf{PF}_3$: claros $\mathbf{F}_2$ (*?pc ex* -o) $\mathbf{W}_1$*ac*, *Exc. Gyr.* : c(h)arros $\mathbf{CO}_3\mathbf{W}_1$*pc*$\mathbf{W}_2\mathbf{Z}\zeta$: carrhos $\mathbf{J}_3$: tharrhos **g***pc* : carrhas *Cuiacii uetus* || 76 strepitus $\mathbf{B}_1$ || 77 ingestum *Flor* **R** : incestum *cett. mei* : hic regnum **L** : incertum *Scaliger* | quod[1]] quid $\mathbf{K}_4$: quem **g** (*et pro* quod[2]) || 78 tum **P***pc, mg, cett. mei* : tunc $\mathbf{K}_6$: cum $\mathbf{W}_1$ *ul* : nunc $\mathbf{F}_3\mathbf{L}$: non $\mathbf{CL}_1\mathbf{F}_2\mathbf{P}$*ac*$\mathbf{W}_1\mathbf{B}_1\mathbf{S}_3\zeta$ | primus **R** || 79 metuit- $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$*?*, *Camers* || 81 se] sed $\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3$: *uerb. om.* **R** | confessa] concessa $\mathbf{gJ}_3\mathbf{P}$: fessa **R** | delata *Flor* **P***pc* $\mathbf{RLW}_2$*pc* : delecta $\mathbf{W}_1$*pc*, *cett. mei* : dilecta $\mathbf{W}_1$*ac*, *Escor. Q. I. 14* : delacta **P***ac* || 82 maiorum $\mathbf{K}_4$ || 83 ducum] ducit $\mathbf{F}_2$ *ut uid.* : dicit *in* diem *corr.* **P** : ducis *Heinsius* | euectus *Heinsius* | in $\mathbf{C}_1\mathbf{F}_3$ || 84 qua *Flor* **P***mg* **R** : quo **P***sscr*, *cett. mei* | extat] alter **g***pc* || 85 *om. add. inter lin.* **g** | altera **PR** : alter *cett. mei* : extat **g** | stabulas $\mathbf{CL}_1\mathbf{F}_2\mathbf{P}$ | ac signat *Heinsius* || 86–87 *uerba* constringit (*etc.*) in unum *et* cuneosque recenset *transpos.* *Flor* $\mathbf{CgJ}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1\mathbf{B}_1\mathbf{C}_1\mathbf{F}_3\mathbf{L}_4\mathbf{P}_4\mathbf{S}_3\mathbf{W}_2\zeta$, *non transpos.* **R** | *uerba* constringit . . . uires *ut spuria damnauit Mommsen* || 86 rectorum* $\mathbf{PRK}_6$ | numerum* $\mathbf{RK}_6$ | constringit **P**, *cett. mei* : constrinxit $\mathbf{CB}_1\mathbf{S}_3$: confringit *Flor* : astringit $\mathbf{F}_2\mathbf{P}$*sscr* || 88 dispositos *Flor* **P***ac* (*in* -o), *Exc. Gyr.* : dispositis $\mathbf{RK}_6$: dispositas $\mathbf{W}_2$*pc* : depositum $\mathbf{gJ}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1\mathbf{F}_3\mathbf{L}$*?*$\mathbf{L}_4$: depositam $\mathbf{CB}_1\mathbf{S}_3\zeta$ | quam *Flor*, *Exc. Gyr.*

quae saeuis obiecta Getis, quae Saxona frenat
90 uel Scottum legio, quantae cinxere cohortes
Oceanum, quanto pacatur milite Rhenus.
casta domus, sincera fides, industria sollers.
elegit Stilicho; nil ultra laudibus addi
iudicioue potest. tali nubente puella
95 nonne tibi cessare nefas? duc protinus omnes,
duc age. marcentes cupio quassare coronas
et uibrare faces et noctem ducere ludo.
haec quoque non uilem iam fistula commodat usum,
responsura choris.'
uix haec Hymenaeus; at illa
100 fontibus abluitur gelidis legemque capillo
reddit et ornatum formae prelisque solutis
mira Dionaeae sumit uelamina telae.
floribus extruitur currus; iuga floribus halant;
florea purpureas adnectunt frena columbas.
105 undique concurrunt uolucres, quaecumque frementem
permulcent Athesim cantu, quas Larius audit,
quas Benacus alit, quas excipit amne quieto
Mincius: ereptis obmutuit unda querellis.
Eridani ripas et raucae stagna Padusae
110 diffugiens nudauit olor. laetantur Amores
frenatisque truces auibus per nubila uecti
ostentant se quisque deae magnoque tumultu
confligunt pronique manus in uerbera tendunt

89 quam leuis *Flor* | Saxona] santona $\mathbf{K}_4$: sansona $\mathbf{F}_2$ | frenet **RL** || **90** scottum *Flor*$\mathbf{L}_3$: scotum *cett. mei* | legio *Flor*$\mathbf{CgJ}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3$: regio $\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1\mathbf{R}$ | quantae $\mathbf{RK}_6\mathbf{L}$: quantum *cett. mei* || **91–92** *om.* **R** || **93** nil **RL** : nihil *cett. mei* || **95** protinus agmen *Birt* || **96** cupias $\mathbf{p}_2$ | quassare] cassare **g**?*ac***P** : cessare $\mathbf{F}_3\mathbf{L}_3$ || **98** iam $\mathbf{RK}_6$: mihi *cett. mei* : tibi $\mathbf{B}_1$ | commodet **Z** || **100** alluitur *Flor* : ob- **g** | capillis **L** || **101** pr(a)elis- $\mathbf{CgL}_1\mathbf{O}_3\mathbf{P}$, *Cuiacii uetus* : pr(o)eliis- *Flor*$\mathbf{W}_1$ *ul* **R**ζ : pleris- $\mathbf{J}_3$: populis- $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$: peplis- $\mathbf{F}_3$, *Jeep* : peplum- $\mathbf{K}_6\mathbf{LL}_3$: pepli- *Cuiacius* | solutis *Heinsius* : solutae *codd.* (**R** *tamen tantum* solu *praebet*) : polita *Heinsius* || **102** dionee **g***ac, cett. mei* : cleonee $\mathbf{RK}_6$ | sumit] reddit $\mathbf{RK}_6$: soluit *Heinsius* | miracula $\mathbf{RK}_6$ | tede *Flor* || **103** currus] cursus **R** : currum $\mathbf{CL}_1\mathbf{F}_2$ | albent $\mathbf{L}_4$ || **105** frementem (**C**), *cett. mei* : fremente *Flor* : trementem ζ || **106** athesin **g**(**R**) || **107** benacus *Flor* **R** : benatus **g***pc* : uenacus $\mathbf{J}_3$*pc, cett. mei* : uenatus **g***ac* | accipit $\mathbf{B}_1\mathbf{L}_4\mathbf{W}_2$ || **108** mincius *Flor*$\mathbf{CW}_1\mathbf{L}$: mintius **g**?$\mathbf{L}_1\mathbf{F}_2\mathbf{PR}$: minthius $\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3$ | ereptis] erectis $\mathbf{F}_2$: abruptis *Heinsius* : et ruptis *tacite in contextu Jeep* || **109** raucae **P***pc, cett. mei* : rauci $\mathbf{R}_{23}$: glaucae *Heinsius* || **110** uiduauit *Heinsius* || **113** pendent *Heinsius, qui et* pronaeque manus *excogitauit*

atque inpune cadunt: lapsus meliore uolatu
115 consequitur uincitque suos auriga iugales.
ut thalami tetigere fores, tum uere rubentes
desuper inuertunt calathos largosque rosarum
imbres et uiolas plenis sparsere pharetris,
collectas Veneris prato, quibus ipse pepercit
120 Sirius et teneras clementi sidere fouit.
gemmatis alii per totum balsama tectum
effudere cadis, duro quae saucius ungue
Niliacus pingui desudat uulnere cortex.
adgreditur Cytherea nurum flentemque pudico
125 detraxit matris gremio. matura tumescit
uirginitas superatque niues ac lilia candor
et patrium flauis testatur crinibus Histrum.
tum dextram conplexa uiri dextramque puellae
tradit et his ultro sancit conubia dictis:
130 'uiuite concordes et nostrum discite munus.
oscula mille sonent; liuescant bracchia nexu;
labra ligent animas. neu tu uirtute proterua
confidas, iuuenis: non est terrore domanda,
sed precibus placanda tibi. concede marito
135 tu quoque neu Scythicas infensis unguibus iras
exercere uelis: uinci patiare rogamus.
sic uxor, sic mater eris. quid lumina tinguis,
uirgo? crede mihi, quem nunc horrescis amabis.'
dixit et aligera geminos arcuque manuque
140 praestantes de plebe uocat. puer ilicet Aethon
et Pyrois rutilas respersi murice plumas

114 *post* **115** *in* $\mathbf{CL_1F_2P}$*ac*$\mathbf{W_1B_1F_3L_3S_3W_2}$, *suo loco in Flor*$\mathbf{gJ_3O_3P}$*pc*$\mathbf{RL}$ | lapsus ... uolatu *Flor*$\mathbf{gJ_3O_3R}$*ac* : lapsu ... uolatu $\mathbf{CL_1P}$: lapsu ... uolantes $\mathbf{F_2W_1R}$*pc*$\mathbf{K_6LL_3P_{12}}$ || **117** inuergunt *Heinsius* || **118** plenis] spiris *Buslid.* (*teste Burmanno*) : spinis *Buslid.* (*teste van Jever*) : spissis *Burmannus* | canistris *Heinsius* || **119** campo $\mathbf{J_3}$ || **120** et uiolas $\mathbf{K_6}$ || **124** nurum *Flor*$\mathbf{g}$*pc?*$\mathbf{J_3O_3R}$, *Exc. Gyr.* : uirum $\mathbf{Cg}$*?ac*$\mathbf{L_1F_2PW_1L}$ | pudico $\mathbf{gJ_3O_3W_1}$*pc*$\mathbf{R}$*ac* : cupido *Flor* $\mathbf{CL_1F_2PW_1}$*ac* $\mathbf{R}$*pc*$\mathbf{L}$ || **126** et $\mathbf{F_3}$ || **128** tunc $\mathbf{K_6}$ || **129** ultra *Heinsius* || **132** animas *Heinsius* : animos *codd., cf. 14, 23* | nec $\mathbf{F_2W_1L}$ | proterua $\mathbf{R}$, *Exc. Gyr.* : paterna $\mathbf{R}$*sscr, cett. mei* || **134** placanda] pacanda* $\mathbf{B_1}$: *uerb. om. uel eras.* $\mathbf{g}$ || **135** nec $\mathbf{gF_2W_1}$ | infestis ζ || **137** eas *Heinsius* | tinguis *Flor*$\mathbf{R}$: tingis $\mathbf{P}$*pc* (*e* cingis), *cett. mei* : stringis $\mathbf{L}$: tergis *Heinsius* || **138** uirgo] turgida *Heinsius* | quae $\mathbf{P}$ *teste Birt, perperam, ut opinor* || **139** aligera $\mathbf{F_2R}$: -as $\mathbf{P}$*pc, cett. mei* || **140** praestantes de $\mathbf{gJ_3O_3F_3LL_3L_4W_2}$: praestantes e* $\mathbf{F_2W_1R}$: praestanti de *Flor*$\mathbf{CL_1P}$ || **141** pyrois $\mathbf{F_2R}$, *Exc. Gyr.* : pirois $\mathbf{W_1}$: pyroes *Flor*$\mathbf{Cg}$*pc*$\mathbf{J_3L_1F_3L}$: piroes $\mathbf{g}$*ac*$\mathbf{O_3P}$ | respersi] respexit *Flor* : aspersi $\mathbf{W_1}$

prosiliunt puroque imbutis melle sagittis
hic nuptam petit, ille uirum. sonuere reducta
cornua; certa Notos pariter sulcauit harundo
145 et pariter fixis haeserunt tela medullis.

26

APONVS

Fons, Antenoreae uitam qui porrigis urbi
fataque uicinis noxia pellis aquis,
cum tua uel mutis tribuant miracula uocem,
cum tibi plebeius carmina dictet honos
5 et sit nulla manus, cuius non pollice ductae
testentur memores prospera uota notae,
nonne reus Musis pariter Nymphisque tenebor,
si tacitus soli praetereare mihi?
indictum neque enim fas est a uate relinqui
10 hunc qui tot populis prouocat ora locum?
alto colle minor, planis erectior aruis
conspicuo cliuus molliter orbe tumet,

25 **143** *post* nuptam *interpungit Hilberg, et sic iam* $\mathbf{J_3R}$ || explicit de palladio et celerina **R**

26 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1}$ (*deficit post u.* **6**) $\mathbf{O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, **R**

aponus *Flor* : aponus incipit **R** : incipit aponus $\mathbf{CPS_3}\zeta$: aponus de aquis patauii $\mathbf{F_3}$: de aponi fonte *Cuiacii uetus* : claudiani poetae descriptio de balneis aponi ruris patauini honorio et arcadio imperatoribus $\mathbf{R_{52}}$: descriptio fontis siue balnei aponis edita a claudiano poeta celeberrimo apud urbem anthenoream patauium $\mathbf{R_{49}}$: descriptio balnei aponi edita a claudiano poeta. c. apud pathauum (patauium $\mathbf{B_3}$) urbem $\mathbf{B_3F_{24}}$ || **1** porrigit $\mathbf{CL_1P}$: corrigis *Heinsius* || **2** fata- **P***pc*, *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : facta- $\mathbf{F_2P}$*ac***R** | diuinis *Burmannus* || **3** et tua $\mathbf{F_{24}R_{49}R_{52}}$ | spiracula *Heinsius* || **4** et $\mathbf{B_3}$ | plebe(i)us *Flor* **g***pc*, *cett. mei* : phoebe(i)us $\mathbf{J_3}$, *Exc. Gyr.* : uel phebus *Flor mg* || **5** et] cum $\mathbf{B_3F_{24}R_{49}R_{52}}$ | si *Flor* || **6** ueteres **R** | *post h. u. deficit* $\mathbf{L_1}$ || **7** Musis] faunis **P***pc* (*e* rausis) : nimphis $\mathbf{K_6}$ | musisque $\mathbf{K_6}$ | uidebor $\mathbf{B_1}$ || **9–10** '*fortasse spurii*' *Birt* || **9** indictum $\mathbf{RF_3K_6}$, *Exc. Gyr.* : ludibrium **g***?ac*, *cett. mei* : laudandum **g***pc* | neque enim $\mathbf{RF_3K_6}$, *Exc. Gyr.* : quid enim *cett. mei* : fit enim *Heinsius* | nec fas *Heinsius* | a uate] tacitumque $\mathbf{RF_3}$ || **10** populi $\mathbf{gC_1}$, *Cuiacii uetus* | prouocat $\mathbf{gJ_3O_3RC_1K_6L_4Z}$: prouolat *Flor*, *Exc. Gyr.* : peruolat $\mathbf{CF_2PW_1}$ | ora $\mathbf{gJ_3O_3RC_1K_6L_4Z}$: ore *Flor***CP***pc*$\mathbf{W_2}$*pc*, *Exc. Gyr.* : omne $\mathbf{F_2P}$*ac*$\mathbf{W_1W_2}$*ac* : amne **P***ul* | locum *Flor*$\mathbf{CF_2PW_1}$*ac*$\mathbf{W_2}$: lacum ζ*ac* : loqui $\mathbf{gJ_3O_3W_1}$*pc*$\mathbf{RC_1K_6L_4Z}$, *Exc. Gyr.* || **11** planis **C** : paruis *cett. mei* : phariis **g***pc* : patulis *Heinsius* : pansis *Jeep olim* | ereptior *Flor* **Z** : euectior *Heinsius*

ardentis fecundus aquae. quacumque cauernas
perforat, offenso truditur igne latex.
15 spirat putre solum, conclusaque subter anhelo
pumice rimosas †perforat† unda uias.
umida flammarum regio, Vulcania terrae
ubera, sulphureae feruida regna plagae.
quis sterilem non credat humum? fumantia uernant
20 pascua, luxuriat gramine cocta silex,
et, cum sic rigidae cautes feruore liquescant,
contemptis audax ignibus herba uiret.
praeterea grandes effosso marmore sulci
saucia longinquo limite saxa secant.
25 Herculei (sic fama refert) monstratur aratri
semita, uel casus uomeris egit opus.
in medio, pelagi late flagrantis imago,
caerulus inmenso panditur ore lacus,
ingenti fusus spatio; sed maior in altum
30 intrat et arcanae rupis inane subit,
densus nube sua tactuque inmitis et haustu,
sed uitreis idem lucidus usque uadis.
consuluit natura sibi, ne tota lateret,
admisitque oculos quo uetat ire calor.
35 turbidus inpulsu uenti cum spargitur aer
glaucaque fumiferae terga serenat aquae,

13 ardentis . . . aquis *Flor* : ardenti . . . aque **P** : ardentis . . . aquas $\mathbf{R_{49}}$ *ul* : ardentes . . . aquas $\mathbf{R_{49}R_{52}}$ | quocumque $\mathbf{F_2W_1}$ | cauernas *Flor*g*ac?*R : cauernis *cett. mei* : carinas **g***?pc* || **14** offenso] effuso **Z** : offensus *Aldina* | truditur] traditur $\mathbf{F_2}$: tunditur *Burmannus* || **16** perforat *codd., quod e u.* 14 *migrauit* : perfurit *uel* perluit *Heinsius* : personat *C. Crusius* : permeat *Burmannus* : perfodit *Koch* : perfluit *Hall* || **17** fumida $\mathbf{P_{11}}$ || **19–22** *in codice anthologiae Latinae Salmasiano inter uersus Luxorii (carm. 350 Riese) inserti sunt, quo loco* rigidae cautes . . . liquescant *legitur* || **20** luxuriat $\mathbf{O_3}$*pc, cett. mei* : -ant $\mathbf{O_3}$*ac*$\mathbf{B_3Z}$: -et $\mathbf{F_2W_1}$ | gramine **C***pc, cett. mei* : gramina **g** : germine $\mathbf{B_3}$ || **21** rigidae $\mathbf{RK_6}$ *Salmasianus* : liquido *cett. mei* : rigido *uulgo* | liquescant *Flor* **R**, *Salmasianus* : liquescunt *cett. mei* : tepescant *Jeep* || **22** contem(p)tis *cett. mei, Exc. Gyr.* : contentis $\mathbf{F_2P}$ || **23** effossi **R**, *Isengriniana* || **24** longaeuo *Heinsius, qui et* continuo *uel* contiguo *coniecit* | milite **R** | secant $\mathbf{O_3}$*pc, cett. mei* : micant $\mathbf{O_3}$*ac* || **25** sic] sacra $\mathbf{F_2}$ | monstratur *cett. mei, Exc. Gyr.* : monstrator **R** || **26** uel] nec $\mathbf{p_2}$: ni *uel* seu *Heinsius* | casus] causus **CP** : Cacus *Barthius* || **27** late pelagi $\mathbf{F_2PW_1}$ | stagnantis *Heinsius olim* || **28** latex $\mathbf{B_3F_{24}}$ || **29** spat. fus. $\mathbf{F_2W_1}$ || **30** arcatae *Heinsius olim* || **31** mersus $\mathbf{F_2W_1}$ || **33** tota **R**, *Iuntina* : mersa *Flor*g*pc*$\mathbf{J_3O_3F_2W_1}$: mensa **CP** : tecta *Heinsius olim* || **34** color $\mathbf{CPW_1}$ || **35** uenti *Flor***C***pc*$\mathbf{gJ_3O_3W_1}$: uento **P** : uenit $\mathbf{F_2R}$: Zephyri *Heinsius olim* | cum spargitur] conspergitur $\mathbf{W_1}$: cum tergitur *Heinsius* || **36** claraque $\mathbf{RK_6}$

tunc omnem liquidi uallem mirabere fundi,
tum ueteres hastae, regia dona, micant,
quas inter nigrae tenebris obscurus harenae
40 discolor abruptum flumen hiatus agit;
apparent infra latebrae, quas gurges opacus
inplet et abstrusos ducit in antra sinus;
tum montis secreta patent, qui flexus in arcum
aequora pendenti margine summa ligat.
45 uiua coronatos adstringit scaena uapores,
et leuis exili cortice terra natat,
calcantumque oneri numquam cessura uirorum
sustentat trepidum fida ruina pedem.
facta manu credas: sic leuis circuit oras
50 ambitus et tenuis perpetuusque riget.
haerent stagna lacu plenas aequantia ripas
praescriptumque timent transiluisse modum;
quod superat fluuius deuexa rupe uolutus
egerit et campi dorsa recurua petit.
55 deuehit exceptum natiuo spina meatu;
in patulas plumbi labitur inde uias;
nullo cum strepitu madidis infecta fauillis
despumat niueum fistula cana salem.

38 tum ζ : tunc *omnes mei* | hastae *codd.* : tali *Heinsius olim e Suet. Tib. 14* || **39** quos $\mathbf{F_2}$ || **40** decolor *Hall* || **41** intra **R** | qua $\mathbf{F_2}$ || **42** abstrusos $\mathbf{W_1}$*ul*, *cett. mei* : obstrusos $\mathbf{gB_3}$*ul*$\mathbf{F_{24}R_{49}R_{52}}$: obscuros $\mathbf{B_3}$: astructos $\mathbf{F_2W_1}$: abstrusus *Liuineii Vaticanus* || **43** tum *Flor* ζ : tunc *cett. mei* : nunc $\mathbf{P_{11}Z}$ | quo $\mathbf{F_2}$ || **45** adstringit **R** : astr. *Flor sscr*, *cett. mei* : et stringit *Flor* || **46** ceu *Heinsius* (*cum* natet) | leuis (lenis $\mathbf{CJ_3}$) exili] leuis (lenis $\mathbf{F_2}$*?*) ex leui $\mathbf{W_1}$*?* : uelut exili *Birt* : leuior uili *Koch* | fornice *uel* cespite *Heinsius* | natet *Heinsius* || **47** calcantum- *Flor* **Cg***?ac*$\mathbf{J_3O_3}$: calcatum- **g***pc***P** : calcatur- $\mathbf{F_2W_1R}$, *Iuntina* | numquam] tm̅ quam **P** : nusquam *Heinsius* || **48** firma $\mathbf{K_6}$ || **49** leuis *Flor*$\mathbf{CF_2R}$: lenis $\mathbf{W_1B_1K_6}$: leues $\mathbf{gJ_3O_3}$, *Camers mg* : lenes $\mathbf{C_1L_4}$*pc?*, *Camers* : letus **P** | ora *Jeep* || **50** alueus . . . rigat *uel* ambitus . . . ligat *Heinsius* | perspicuus- *Heinsius* || **51** arent **R** | lacu *Flor***R**, *Exc. Gyr.* : loco *cett. mei* | plenas $\mathbf{W_1}$*ac*, *cett. mei* : planas $\mathbf{W_1}$*pc*, *Heinsius* || **51–52** *ante* **49–50** *transpos. Barthius* || **52** exiluisse $\mathbf{RF_3}$, *Iuntina* | modum **P**, *cett. mei* : locum **P***ul* || **53** quo $\mathbf{K_6}$ | solutus $\mathbf{(F_2)W_1}$ || **55** deuehit *Flor***R** ; euehit *cett. mei* : et uehit **g** | ereptum $\mathbf{F_2PW_1}$ | uicino $\mathbf{F_2W_1}$ | spina] spuma $\mathbf{F_2PW_1}$: sigma *Barthius* : spira *Heinsius* || **56** in patulas . . . uias **P***pc*, *cett. mei* : in patulas . . . tuas **CP***ac* : in patulos . . . tubos *Heinsius* || **57** tum* *Liuineii Vaticanus* | madidis $\mathbf{RB_3}$: madidisque* *cett. mei* | *fieri potest ut non post* uias *sed post* strepitu *interpungendum sit, ut interpunxit Burmannus, uel potius ut* madidis infecta . . . salem *παρενθετικῶς accipienda sint. incerta res est*

multifidas dispergit opes artemque secutus,
60 qua iussere manus, mobile torquet iter
et iunctos rapido pontes subtermeat aestu
adflatosque uago temperat igne tholos.
acrior interius rauci cum murmure saxi
spumeus eliso pellitur amne uapor.
65 hinc pigras repetunt fessi sudore lacunas,
frigora quis longae blanda dedere morae.
salue, Paeoniae largitor nobilis undae,
Dardanii, salue, gloria magna soli,
publica morborum requies, commune medentum
70 auxilium, praesens numen, inempta salus.
seu ruptis inferna ruunt incendia ripis
et nostro Phlegethon deuius orbe calet,
sulphuris in uenas gelidus seu decidit amnis
accensusque fluit, quod manifestat odor,
75 siue pari flammas undarum lance rependens
arbiter in foedus mons elementa uocat,
ne cedant superata sibi, sed legibus aequis
alterius uires possit utrumque pati:
quidquid erit causae, quocumque emitteris ortu,
80 non sine consilio currere certa fides.
quis casum meritis adscribere talibus audet,
quis negat auctores haec statuisse deos?

59 -fidas . . . opes] -fidum . . . opus $\mathbf{J_3R}$: -fidum . . . onus **Z** : -fidas . . . aquas *Heinsius olim* | dispersit $\mathbf{J_3}$ | arcumque *Heinsius* || **60** quam $\mathbf{F_{24}R_{49}R_{52}}$ | iussere **P***ac, cett. mei* : uexere **P***pc* || **61** pontes] montes $\mathbf{F_{19}}$: fontes $\mathbf{A_2}$ | subtermeat **R** : subteruehit *cett. mei, Exc. Gyr.* : subterluit *uel* subteruenit *Heinsius* || **62** af(f)latos- $\mathbf{O_3W_1R}$: af(f)latas- **g***pc, cett. mei* | uerberat *Schraderus* | tholos] colos $\mathbf{PW_2}$: colas $\mathbf{F_2}$*?*$\mathbf{W_1}$ || **63** interea $\mathbf{F_{24}R_{49}}$ | rauci] uasti $\mathbf{F_{24}R_{49}R_{52}}$ || **64** amne *Flor* $\mathbf{J_3O_3}$ $\mathbf{RC_1}$*pc* : igne $\mathbf{CgF_2PW_1}$ || **65** hic $\mathbf{gB_3}$ | pigras **P***pc, cett. mei* : pingues $\mathbf{F_2}$ (**P***ac*)$\mathbf{W_1}$: rigidas *uel* nigras *Heinsius* || **66** quis *Flor* $\mathbf{gJ_3O_3R}$: aquis $\mathbf{CF_2PW_1}$ | blanda *Flor* $\mathbf{CF_2PW_1}$: dampna $\mathbf{gJ_3O_3RC_1K_6Z}$ || **67** fons medicinae **P** *in spat. rel.* || **68** salue dardanii $\mathbf{K_4}$ || **69** medenter*?* $\mathbf{F_2}$: medendi $\mathbf{p_2}$: meretur **R** || **70** subsidium $\mathbf{W_2}$ | numen] munus **g***pc* || **71** ruptis infrena $\mathbf{B_1}$: raptis inferna $\mathbf{W_1}$: Stygiis effrena *Heinsius* || **72** calet] latet **R**, *Exc. Gyr.* : patet *Heinsius* || **74** fluit *Flor* **R** : ruit *cett. mei* || **75** pari $\mathbf{B_3F_{24}K_4R_{49}R_{52}}$: pares **P***pc, cett. mei* : parens $\mathbf{F_2P}$*ac*$\mathbf{W_1}$ | undasque in lance *Birt* || **77** ne $\mathbf{gJ_3O_3P}$*pc***R** : nec *Flor* **CP***ac*$\mathbf{W_1}$: $\mathbf{F_2}$ *incert.* || **78** alternas $\mathbf{F_2W_1}$ || **79** quidquid erat (*iam* $\mathbf{B_1}$) *uel* inest *Heinsius* | emitteris *Flor* $\mathbf{CgO_3P}$: emiseris $\mathbf{J_3}$: remitteris $\mathbf{F_2W_1R}$: remiseris $\mathbf{F_{19}}$: emergitis *Buslid.* : emerseris *Heinsius* || **80** currere **P**, *cett. mei* : currito *Flor* : credere **P***ul* || **81** casus $\mathbf{F_3}$ | ausit *Heinsius* || **82** neget *Heinsius* | hoc **g** (*add. sscr*) $\mathbf{B_3F_3R_{49}R_{52}}$

ille pater rerum, qui saecula diuidit astris,
  inter prima coli te quoque sacra dedit
85 et fragilem nostri miseratus corporis usum
  telluri medicas fundere iussit aquas,
Parcarumque colos exoratura seueras
  flumina laxatis emicuere iugis.
felices, proprium qui te meruere, coloni,
90   fas quibus est Aponon iuris habere sui.
non illis terrena lues corrupta nec Austri
  flamina nec saeuo Sirius igne nocet,
sed, quamuis Lachesis letali stamine damnet,
  inde sibi fati prosperiora petunt.
95 quod si forte malus membris exuberat umor
  languida uel nimio uiscera felle uirent,
non uenas reserant nec uulnere uulnera sanant
  pocula nec tristi gramine mixta bibunt:
amissum lymphis reparant inpune uigorem
100   pacaturque aegro luxuriante dolor.

27

PHOENIX

Oceani summo circumfluus aequore lucus
trans Indos Eurumque uiret, qui primus anhelis

26 84 coli *Barthius* : poli *omnes mei* : soli $\mathbf{B_3}$ | colit $\mathbf{gJ_3O_3C_1L_4Z}$ || 86 telluri *Flor*$\mathbf{R}$: telluris $\mathbf{CJ_3O_3F_2W_1}$: tellurem $\mathbf{gB_3F_{24}R_{49}R_{52}}$ || 87 *om. Flor* | exoratura $\mathbf{CgO_3W_1}$*pc?* : exornatura $\mathbf{J_3}$: exortatura $\mathbf{R}$: exhortatura $\mathbf{F_2P}$ || 90 aponon (*ἐτυμολογικῶς interpretandum, ut ad Graec. adiect. adludatur*) *Flor*$\mathbf{CJ_3O_3}$($\mathbf{P}$)$\mathbf{K_6}$: aponum $\mathbf{g}$*pc*$\mathbf{F_2W_1R}$ || 91 terrena lues] terre ualues $\mathbf{P}$*ac* : terre ualles $\mathbf{P}$*pc* : metuenda lues *Heinsius olim* || 92 saeuo *Flor*$\mathbf{R}$: leuo *cett. mei* || 93 ferali $\mathbf{J_3}$ || 94 inde sibi fati $\mathbf{g}$*ac* : inde sibi fata $\mathbf{CO_3F_2PW_1C_1K_6P_3}$: inde sibi fato $\mathbf{K_4}$: inde fata sibi $\mathbf{R}$*ac* : unde fata sibi $\mathbf{R}$*pc* : in te fata sibi *Flor* : inde sibi $\mathbf{J_3}$: inde sibi fatis $\mathbf{g}$*pc, Barthius* : indos fata tamen $\mathbf{L_4}$: undis fata sibi *Heinsius* || 96 uirent $\mathbf{gJ_3O_3C_1L_4Z}$: rubent *Flor*$\mathbf{CF_2PW_1RK_6}$: tument $\mathbf{K_6}$*ul* || 97 non] nec $\mathbf{F_2}$ | reserant $\mathbf{F_2W_1R}$: resecant *cett. mei* | uulnere uulnera $\mathbf{F_2PW_1R}$: uulnera uulnere *Flor*$\mathbf{CgJ_3O_3P_3Z}$ || 99 nymphis $\mathbf{F_2R}$ || aponus explicit $\mathbf{R}$: claudiani poete descriptio de bal. apo. ruris patauini aedita honorio et arcadio imp. finis $\mathbf{B_3}$: claudiani poetae descriptio de balneis aponi ruris pathauum. edita honorio et arcadio imp. finit. $\mathbf{F_{24}}$: claudiani poetae descriptio de balneis aponi ruris patauini. finit. honorio et arcadio impp. $\mathbf{R_{49}}$

27 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, $\mathbf{\Delta}$, $\mathbf{R}$

poenix *Flor* : incipit phoenix $\mathbf{R}$: incipit phenix $\mathbf{C_1}$: incipit de phenice $\mathbf{P}$: de phenice $\mathbf{B_1S_3}$: incipit fenix $\mathbf{C}$: de foenice aue $\mathbf{\Delta}$ || 1 lucus $\mathbf{C}$*?, cett. mei* : locus $\mathbf{\Delta}$: nilus $\mathbf{K_6}$*ul*

sollicitatur equis uicinaque uerbera sentit
umida roranti resonant cum limina curru,
5 unde rubet uentura dies longeque coruscis
nox adflata rotis refugo pallescit amictu.
haec fortunatus nimium Titanius ales
regna colit solusque plaga defensus iniqua
possidet intactas aegris animalibus oras·
10 saeua nec humani patitur contagia mundi,
par uolucer superis, stellas qui uiuidus aequat
durando membrisque terit redeuntibus aeuum.
non epulis saturare famem, non fontibus ullis
adsuetus prohibere sitim, sed purior illum
15 solis feruor alit uentosaque pabula libat
Tethyos, innocui carpens alimenta uaporis.
arcanum radiant oculi iubar, igneus ora
cingit honos. rutilo cognatum uertice sidus
attollit cristatus apex tenebrasque serena
20 luce secat: Tyrio pinguntur crura ueneno.
anteuolant Zephyros pinnae, quas caerulus ambit
flore color sparsoque super ditescit in auro.
  hic neque concepto fetu nec semine surgit,
sed pater est prolesque sibi nulloque creante
25 emeritos artus fecunda morte reformat
et petit alternam totidem per funera uitam.
namque ubi mille uias longinqua retorserit aestas,
tot ruerint hiemes, totidem uer cursibus actum,

3 sensit $\mathbf{K}_6$ || 4 umida] uiuida **P** *teste Heinsio, perperam, ut opinor* : fumida $\mathbf{P}_{11}$: uuida *Heinsius* | cui $\mathbf{R}_{43}\mathbf{T}_2$ | lumina $\mathbf{C}\mathbf{L}_1\mathbf{F}_{18}\mathbf{T}_2$ | curru $\mathbf{g}\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3\mathbf{P}\mathbf{R}$: cursu *cett. mei* || 5 dies ... rubet $\mathbf{P}_{11}$ || 7 haec] hic ζ : nec *Flor*$\mathbf{B}_3\mathbf{P}_{11}$*ac* | iunonius $\mathbf{K}_6$*ac* || 8 regna tenet $\mathbf{K}_4$ | solus- **P** (*una cum* solis-) **R**, *Iuntina* : solis-* **P**, *cett. mei* || 9 animantibus* $\mathbf{g}\mathbf{R}_{42}\mathbf{T}_2$ | herbas $\mathbf{J}_3$ || 10 scaeua $\mathbf{T}_2$, *Heinsius* || 11 uolucres **PR** : uolucris **P***sscr* | qui stellas $\mathbf{K}_6$ || 13 saturata fames $\mathbf{T}_2$ || 15 libat **PR** : potat $\mathbf{F}_2$*pc, cett. mei* : portat $\mathbf{L}_1\mathbf{F}_2$*ac* || 17 ora] ori $\mathbf{J}_3$: auri *Burmannus* || 19 crispatus $\mathbf{B}_1$ || 20 tinguntur $\mathbf{T}_2$ | crura Δ*pc, cett. mei* : rostra $\mathbf{P}_{11}$*pc* || 21 zephirum **R** : *uerb. om.* **P**, rubro *add. sup. lin. post* pinne *uel* plume | pinnae *Flor***CP***ac* Δ : pennae *cett. mei* : primae $\mathbf{R}\mathbf{K}_6$*ac* : plume **P***pc* || 21–22 caerulus ... / ore color $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$: circulus ... / floricolor *Barthius* : caerulus ... / orbe color *Birt, qui et* Iridis ... / flore color *coni.* (*apud Koch*) || 22 super] simul **PR** : magis **g** : satis $\mathbf{L}_4$ || 23 nec ... nec *Flor*$\mathbf{B}_1$ | concepto] corrupto $\mathbf{T}_2$: concipitur *Barthius* : conceptus *Heinsius* || 24 prolis- Δ | sibi] sui $\mathbf{R}\mathbf{K}_4$: suis **P** || 27 iamque **Z**, *Heinsius* | uices *Heinsius* | longaeua $\mathbf{B}_3\mathbf{F}_{18}\mathbf{R}_{42}\mathbf{R}_{43}\mathbf{R}_{51}$ | retorserit $\mathbf{W}_1$, *cett. mei* : recesserit $\mathbf{W}_1$*ul* | aestas $\mathbf{O}_3$*pc***P** (*add. in spat. rel.*), *cett. mei* : aetas $\mathbf{O}_3$*ac* Δ $\mathbf{R}\mathbf{C}_1$*ac* || 28 tot ruerint *Flor***g***pc*$\mathbf{J}_3$*sscr, mr,* Δ : tot fuerint $\mathbf{P}\mathbf{R}\mathbf{W}_2$*pc, Isengriniana* : torruerint **Cg***?ac*$\mathbf{J}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3\mathbf{W}_1$: corruerint $\mathbf{P}_{11}$: horruerint $\mathbf{F}_2\mathbf{B}_1$ | totidem **g** (*fort. pc*), *Heinsius* : totiens **P***pc, cett. mei* : quotiens **P***ac*

quas tulit autumnus, dederit cultoribus umbras,
30 tum multis grauior tandem subiungitur annis,
lustrorum numero uictus: ceu lassa procellis
ardua Caucaseo nutat de culmine pinus
seram ponderibus pronis tractura ruinam;
pars cadit adsiduo flatu, pars imbre peresa
35 rumpitur, abripuit partem uitiosa uetustas.
iam breue decrescit lumen languetque senili
segnis stella gelu, qualis cum forte tenetur
nubibus et dubio uanescit Cynthia cornu;
iam solitae medios alae transcurrere nimbos
40 uix ima tolluntur humo. tum conscius aeui
defuncti reducisque parans exordia formae
arentes tepidis de collibus eligit herbas
et cumulum texens pretiosa fronde Sabaeum
conponit, bustumque sibi partumque futurum.
45 hic sedet et blando Solem clangore salutat
debilior miscetque preces ac supplice cantu
praestatura nouas uires incendia poscit.
quem procul adductis uidit cum Phoebus habenis,
stat subito dictisque pium solatur alumnum:
50 'o senium positure rogo falsisque sepulchris
natales habiture uices, qui saepe renasci
exitio proprioque soles pubescere leto,
accipe principium rursus corpusque caducum
desere. mutata melior procede figura.'
55 haec fatus propere flauis e crinibus unum
concussa ceruice iacit missoque uolentem

29 *corruptela laborare censet Goodyear* | tulit] dedit $\mathbf{L_1F_2}$ || **30** tam $\mathbf{B_3}$ | subiungitur] submergitur $\mathbf{F_{18}K_6R_{51}}$: subducitur $\mathbf{R_{43}R_{48}R_{50}T_2}$: suffrangitur *Birt* | horis $\mathbf{K_6}$*ac* || **31** uictus numero $\mathbf{K_4}$ | lapsa $\mathbf{J_3}\Delta\mathbf{P_{11}}$ || **32** caucaseo *Flor*$\mathbf{gF_2W_1W_2}$*ul* ζ : caucasio *cett. mei* | uertice $\mathbf{gPR}$ || **33** saeuam *Heinsius* || **34** adsiduo fluctu $\mathbf{F_2W_1}$, *Heinsius* || **35** abripuit] abrumpit $\mathbf{K_4}$: abrupit *Wakefield* || **36** iam breue] iamque ubi *Flor*$\mathbf{B_3F_{18}R_{42}R_{43}R_{51}}$, *Exc. Gyr.* : iam sibi *Heinsius* || **37** stella $\mathbf{gJ_3O_3P}$*sscr* $\Delta\mathbf{R}$: stilla *Flor*$\mathbf{L_1F_2PW_1}$: stila $\mathbf{C}$ || **39** transcendere $\mathbf{R_{43}}$ || **41** reducisque parans $(\mathbf{F_2})\mathbf{P}$*ac, cett. mei* : reducis sperans $\mathbf{P}$*pc* | uitae $\mathbf{J_3}$ || **42** arentes *cett. mei*, $\mathbf{K_6}$*pc* : ardentes $\mathbf{F_2K_6}$*ac* || **43** cumulum $\mathbf{gJ_3O_3F_2PR}$: tumulum *Flor*$\mathbf{CL_1W_1}\Delta$ | pretiosum fronde Sabaea *Jeep* || **44** pastum- *Heinsius* || **45** blando solem $\mathbf{F_{14}}$: solem blando $\mathbf{PR}$: magno solem *cett. mei* : solem magno $\mathbf{F_2W_1}$ | clamore $\mathbf{J_3B_1}$ || **46** ac $\mathbf{PRL_3}$: et *cett. mei* || **51** natales (natalis Δ) habiture uices *codd.* : natalis subiture uicem *Heinsius* || **52** patrio- *Heinsius* || **53** caducum *Heinsius* : coactum *codd.* : coactus *Burmannus* : peractum *Mommsen* || **54** desine $\mathbf{p_2}$ | mutatam . . . figuram $\mathbf{R}$ || **55** e] de $\mathbf{B_1K_4}$: cum $\mathbf{C}$ || **56** iacet *Flor*$\mathbf{P_{11}}$*ac* : tacet $\mathbf{R}$

uitali fulgore ferit. iam sponte crematur
ut redeat gaudetque mori festinus in ortum.
feruet odoratus telis caelestibus agger
60 consumitque senem. nitidos stupefacta iuuencos
Luna premit pigrosque polus non concitat axes
parturiente rogo; curis Natura laborat
aeternam ne perdat auem, flammasque fideles
admonet ut rerum decus inmortale remittant.
65 continuo dispersa uigor per membra uolutus
aestuat et uenas recidiuus sanguis inundat.
uicturi cineres nullo cogente moueri
incipiunt plumaque rudem uestire fauillam.
qui fuerat genitor, natus nunc prosilit idem
70 succeditque nouus: geminae confinia uitae
exiguo medius discrimine separat ignis.
protinus ad Nilum manes sacrare paternos
auctoremque globum Phariae telluris ad oras
ferre iuuat. uelox alienum tendit in orbem
75 portans gramineo clausum uelamine funus.
innumerae comitantur aues stipatque uolantem
alituum suspensa cohors: exercitus ingens
obnubit uario late conuexa meatu.
nec quisquam tantis e milibus obuius audet
80 ire duci, sed regis iter fragrantis adorant;
non ferus accipiter, non armiger ipse Tonantis
bella mouet: commune facit reuerentia foedus.
talis barbaricas flauo de Tigride turmas
ductor Parthus agit: gemmis et diuite cultu
85 luxurians sertis apicem regalibus ornat,

57 iam $\mathbf{A_2K_4}$: nam *omnes mei* || **59** telis **R** : taelis Δ : stellis *cett. mei* || **62** cunas *Barthius, Heinsius* || **64** admouet $\mathbf{R_{43}T_2}$ | it mortale *Flor* || **65** dilapsa $\mathbf{L_3}$ | rigor *Flor* || **66** uenas *Flor* $\mathbf{CL_1F_2W_1}\Delta$: uenis $\mathbf{gJ_3O_3PR}$ | recidiuus **PR** : rediuiuus *cett. mei* || **67** nullo cineres $\mathbf{F_2W_1}$ || **68** rudem . . . fauillam] nouam . . . fau. **P***pc* : suam . . . fau. **P***ul* : rudem . . . figuram $\mathbf{J_3}$ || **69** gnatus $\mathbf{R_{43}T_2}$ | tunc $\mathbf{gJ_3}$ || **70** nouus] nepos *Birt* : sibi *Hall* | geminae] genite $\mathbf{B_3F_{18}R_{42}R_{51}}$: mediae $\mathbf{T_2}$ || **74** pergit in **PR** || **75** clausum clarum] *Camers* || **76** glomerantur $\mathbf{A_2C_1}$ | stipant- $\mathbf{K_6}$*ac* || **77** stupefacta $\mathbf{K_4}$ || **78** uolatu $\mathbf{K_4}$ || **79** e **g** (*fort. pc*), *cett. mei* : de $\mathbf{B_3R_{42}}$: in $\mathbf{F_{18}}$ || **80** fragrantis *Flor pc* **g** (*fort. pc*) : fraglantis **P**Δ : flagrantis *Flor ac, cett. mei* || **81** ille $\mathbf{L_1}$ || **82** mouet *Flor* $\mathbf{gJ_3}$*?*$\mathbf{O_3}$**P***pc***R** : mouent $\mathbf{CL_1F_2W_1}\Delta$: monet **P***ac* || **83** flauo de $\mathbf{K_4}$, *Heinsius* : fluuio de *cett. mei* : flouio de Δ : ubi flauo a *Heinsius* || **84** uictor *Jeep* | gemmisque '*unus codex*' (*sic Burmannus*), *Heinsius*

auro frenat equum, perfusam murice uestem
Assyria signatur acu tumidusque regendo
celsa per famulas acies dicione superbit.
  clara per Aegyptum placidis notissima sacris
90 urbs Titana colit, centumque adcline columnis
inuehitur templum Thebaeo monte reuulsis.
illic, ut perhibent, patriam de more reponit
congeriem uultumque dei ueneratus erilem
iam flammae commendat onus, iam destinat aris
95 semina reliquiasque sui: murrata relucent
limina, diuino spirant altaria fumo,
et Pelusiacas productus ad usque paludes
Indus odor penetrat nares conpletque salubri
tempestate uiros et nectare dulcior aura
100 ostia nigrantis Nili septena uaporat.
  o felix heresque tui! quo soluimur omnes,
hoc tibi suppeditat uires. praebetur origo
per cinerem. moritur te non pereunte senectus.
uidisti quodcumque fuit; te saecula teste
105 cuncta reuoluuntur; nosti quo tempore pontus
fuderit elatas scopulis stagnantibus undas,
quis Phaethonteis erroribus arserit annus,
et clades te nulla rapit solusque superstes
edomita tellure manes: non stamina Parcae
110 in te dura legunt nec ius habuere nocendi.

86 perfusa . . . uestem $\mathbf{F_{18}}$: perfusa . . . ueste $\mathbf{R_{43}R_{51}T_2}$: perfusa . . . uestis $\mathbf{B_1}$ || **90** centumque adcline $\mathbf{RW_2}$*ul* : centumque immane *cett. mei* : fultumque immane *Flor*$\mathbf{F_{18}}$, *Exc. Gyr.* || **91** *aut aliquid post* colit *excidisse aut* inuehitur *corruptum esse censet Goodyear, fortasse recte. sane difficillimum est subintellegere* Phoenix inuehitur | Thebaeo *Heinsius* : thabeo $\mathbf{K_4}$: thebano *cett. mei* : tebano *Flor* **P** || **92** patriam *Flor*Δ**R** : patrio *cett. mei* || **94** flammae Δ*ac, cett. mei* : famae Δ*?pc* || **95** germina $\mathbf{B_3F_{18}R_{42}R_{51}}$ | myrrhata *Cuiacii uetus* : *correxit Jeep* : mirata *omnes mei* || **96** limina *Flor*$\mathbf{J_3PR}$: lumina *cett. mei* : culmina *Heinsius* | diuinos . . . fumos *Heinsius* || **97** perductus $\mathbf{B_3F_{18}K_4R_{42}R_{43}T_2}$ || **98** indus odor penetrat nares $\mathbf{PR(P_{12})}$ $\mathbf{W_2}$*pc* : peruenit indus odor penetrat *cett. mei* : peruenit indus odor penitus *Cuiacii uetus* : Indus odor penetratque lares *Hall* || **99** uiris *Heinsius* : euros *Mommsen* : uias *Buecheler, non male* : urbes *Koch* | cum $\mathbf{B_3F_{18}R_{42}R_{51}}$ || **102** haec $\mathbf{F_2}$ | suppeditat *Flor*$\mathbf{C}$*pc*$\mathbf{gL_1B_3K_4T_2}$: subpeditat $\mathbf{C}$*ac*Δ : suppeditant $\mathbf{J_3F_2PW_1C_1}$: subpeditant $\mathbf{O_3R}$ || **105** reuoluuntur **PR** : resoluuntur *cett. mei* || **108** cladis Δ || **110** dura *cett. mei* : dira *Flor*Δ**R** | non $\mathbf{L_4}$, *Heinsius* | habuere] habet hora *Barthius* : habitura *Heinsius* | nocentes *Heinsius* || phoenix explicit **PR** || *huic poemati multa arbitrabatur deesse Barthius, sed non minus probabiliter ἀνέκδοτον relictum est*

28

NILVS

Felix qui Pharias proscindit uomere terras:
nubila non sperat tenebris condentia caelum
nec grauiter flantes pluuiali frigore Coros
inuocat aut arcum uariata luce rubentem.
5 Aegyptos sine nube ferax imbresque serenos
sola tenet: secura poli, non indiga uenti
gaudet aquis quas ipsa uehit Niloque redundat,
qui rapido tractu mediis elatus ab Austris,
flammigerae patiens zonae Cancrique calentis,
10 fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem
secreto de fonte cadens, qui semper inani
quaerendus ratione latet, nec contigit ulli
hoc uidisse caput: fertur sine teste creatus,
flumina profundens alieni conscia caeli.
15 inde uago lapsu Libyam dispersus in omnem
Aethiopum per mille ruit nigrantia regna
et loca continuo solis damnata uapore
inrorat populisque salus sitientibus errat
per Meroen Blemyasque feros atramque Syenen.
20 hunc bibit infrenis Garamans domitorque ferarum
Girraeus, qui uasta colit sub rupibus antra,
qui ramos hebeni, dentes qui uellit eburnos,
et gens conpositis crinem uallata sagittis.

28 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, **R**, $\mathbf{R_{36}}$
nilus *Flor* : nilus incipit **R** : incipit nilus $\mathbf{PC_1}$: de nilo $\mathbf{W_1S_3}$: descriptio nili $\mathbf{B_1}$ || **1** proscindens *Burmannus* (*idem aliter* non sperans *u.* **2** *coni.*) || **2** non sperat] nec sperat **P***pc*$\mathbf{R_{36}W_2}$: nosse parat $\mathbf{CL_1P}$*ac* : non sperans *Burmannus* : non spectat *Wakefield, Jeep* || **3** Cauros *Jeep* || **4** aut Irin *Jeep* || **6** tenens *Heinsius* || **7** riuoque **Z** | redundant $\mathbf{K_5}$ || **8** tractu rapido $\mathbf{F_2}$ | elatus] elapsus $\mathbf{gJ_3F_3L_4}$: delatus *uel* delapsus *Burmannus* | austris *Flor* $\mathbf{RR_{36}}$: antris *cett. mei* || **9** flammigerae $(\mathbf{R_{36}})\mathbf{C_1}(\mathbf{K_6})\mathbf{W_2}$: -ferae *cett. mei* || **10** fluctibus] fluxibus *in notis Barthius* : flexibus *ex Palatino Barthius* | ignotis **P***pc, cett. mei* : innumeris **P***ac* (*teste Birt*) $\mathbf{K_4}$: in nostris $\mathbf{CL_1P}$*?ac* | percurrit $\mathbf{K_4}$: procumbit $\mathbf{J_3}$ || **16** means *Buslid.* || **19** blemyas- $\mathbf{K_4}$, *Exc. Gyr.* : blemias- $\mathbf{J_3F_2W_1RR_{36}}$: blesas- *Flor* $\mathbf{CgL_1O_3PW_2}$ | Suenen *Aldina* || **20** infrenis $\mathbf{RR_{36}}$: effrenis (*Flor*) (**C**), *cett. mei* : effrenus $\mathbf{C_1L_3}$ || **21** girreus **g***ac*$\mathbf{J_3F_2K_6}$: gyrreus* **g***pc***R** : *in hoc nomine aliter ignoto multum uariant codd.* || **22** qui dentes uellit *uulgo* : dentes qui uelat $\mathbf{F_2P}$ || **23** uallata $\mathbf{R_{31}}$, *Scaliger* : uelata *omnes mei* : religata *Buslid.* | *post h. u. excidisse unum u. censuit Mommsen, fortasse recte. certe tertium proprium nomen maxime desideratur*

nec uero similes causas crescentibus undis
25 aut tempus meruit: glacie non ille soluta
nec circumfuso scopulis exuberat imbre,
nam cum tristis hiemps alias produxerit undas,
tum Nilum retinent ripae; cum languida cessant
flumina, tum Nilus mutato iure tumescit.
30 quippe, quod ex omni fluuio spoliauerit aestas,
hoc Nilo natura refert, totumque per orbem
collectae partes unum reuocantur in amnem;
quoque die Titana Canis flagrantior armat
et rapit umores †madidos† uenasque calore
35 conpescit radiisque potentibus aestuat axis,
Nilo bruma uenit, contraria tempora mundo.
defectis solitum referens cultoribus aequor
effluit Aegaeo stagnantior, acrior alto
Ionio seseque patentibus explicat aruis.
40 fluctuat omnis ager; remis sonuere nouales;
saepius, aestiuo iaceat cum forte sopore,
cernit cum stabulis armenta natantia pastor.

24 uero *pro datiuo accipiendum esse monuit Burmannus* | similes g*pc?*F_2W_1 RR_{36} : similis *Flor*Cg*?ac*$J_3L_1O_3P$ | causas g*pc*$F_2W_1RR_{36}$: causa *Flor*Cg*ac*J_3 L_1O_3P : causa est L_3, *Jeep* || **25** ut tempus meruit $F_2W_1RC_1$: aut tempus tenuit *Wakefield* : ut tempus uenit *Jeep* : aut demptis meruit *Birt olim.* '*durior uero locutio* mereri caussas *aut* tempus *pro* habere', *ut ait Burmannus, et haud scio an lateat hic corruptela* || **26** non J_3B_1 | circumfusos CL_1P : circumciso O_3 | populis C_1, *Burmannus, haud ita male* || **27** alias P, *cett. mei* : altas *Flor*R_{36} : alios P*ul* | produxit in CL_1P | undas P*pc, cett. mei* : umbras *Flor*CgL_1P*ac*L_4 : amnes P*ul* || **29** cum F_2 | iure g$J_3O_3F_2W_1R$: rure *Flor* : rite CL_1PW_2 : more *Buslid.* : *uerb. om.* R_{36} || **30** aestas *Flor*Cg$J_3L_1O_3P$*pc*W_1 : aestus F_2P*ac*RR_{36}, *Iuntina* || **31** natura refert nilo L_1P || **32** collectae uires K_6 : collecti latices *Heinsius* || **33** quosque die titana R_{36} : cumque die titana F_2W_1 (*fort. pc e* diem) R : cumque diem Titane *Barthius* : cum rabidum Titana *Heinsius* || **34** madidos] madidus *Heinsii 'duo Medicei'* : sidus* *uel* rabidus *uel* madidis *Barthius* : auidus *Heinsius* : medios *Burmannus* : maribus *Birt* : flu(u)idos *Goodyear* | uenasque calore *Flor*F_2RR_{36} : uanosque calores $CJ_3L_1PW_1$*ul* : undasque calore L_4 : uenasque caloris W_1 : uarioque calore K_4 : udosque calore g : canosque calores O_3 || **36** uehit *Exc. Gyr.* || **37** *om.* gL_4 | defectis *Flor*F_2RR_{36} : defectu P : defectum $CJ_3L_1O_3W_1$: deuehit et *Jeep* | solitum referens F_2RR_{36} : solitumque ferens *cett. mei* : (defectum) solitis repetens *Heinsius* || **38** acrior] altior *Gesnerus* : auctior *Jeep* || **39** *om.* $CB_1K_4S_3$ | seseque patentibus R*pc* (*e* pet-) R_{36}, *Iuntina* : seseque petentibus g(J_3)$O_3F_2W_1R$*ac*C_1L_4 : sese pendentibus *Flor*L_1PW_2 : sese patientibus *Jeep* || **41** sopore] uapore B_1 : *nugas* R_{36} || nilus explicit R || *in fine nonnulla deesse censuerunt uu. docti, uelut magnus ille Scaliger, Burmannus, Buecheler; sed non est cur hoc poematium ab ipso Claudiano umquam editum fuisse credamus, ideoque fieri potest ut semper fuerit* ἀτελές

29

MAGNES

Quisquis sollicita mundum ratione secutus
semina rimatur rerum, quo luna laborat
defectu, quae causa iubet pallescere solem,
unde rubescentes ferali crine cometae,
5 unde fluant uenti, trepidae quis uiscera terrae
concutiat motus, quis fulgura ducat hiatus,
unde tonent nubes, quo lumine floreat arcus,
hoc mihi quaerenti, si quid deprendere ueri
mens ualet, expediat.
lapis est cognomine magnes
10 decolor obscurus uilis. non ille repexam
caesariem regum, non candida uirginis ornat
colla nec insigni splendet per cingula morsu,
sed noua si nigri uideas miracula saxi,
tum pulchros superat cultus et quidquid Eois
15 Indus litoribus rubra scrutatur in alga.
nam ferro meruit uitam ferrique rigore
uescitur; hoc dulces epulas, hoc pabula nouit;
hinc proprias renouat uires; hinc fusa per artus
aspera secretum seruant alimenta uigorem;
20 hoc absente perit: tristi morientia torpent
membra fame uenasque sitis consumit apertas.
Mauors, sanguinea qui cuspide uerberat urbes,

29 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, *Δ* (*qui incipit a u.* 34), **R**
magnes *Flor* : magnes incipit **R** : incipit magnes $\mathbf{CPB_1C_1}$ ζ : de magnete $\mathbf{K_6}$ (*in catalogo*) $\mathbf{L_3S_3}$: de statua Martis ferrea et Veneris magnitica *Aldina* || 1 securus *contra metrum Flor*$\mathbf{CL_1}$ || 5 ruant *Heinsius* || 6 commoueat $\mathbf{L_1F_2W_1}$, *Iuntina* | quis . . . hiatus **PR** : quae . . . origo *cett. mei* | fulgura] fulmina *Liuineii Vaticanus* : flumina $\mathbf{C_1}$ || 7 tonent $\mathbf{L_1}$*pc*, *cett. mei* : -ant $\mathbf{L_1}$*ac***P** || 8 haec *Flor*$\mathbf{F_2}$ | deprehendere $\mathbf{L_1}$: deprenderere *Flor* : comprendere **g** | uerum **PR**, *Iuntina* || 9 expediant $\mathbf{K_6}$: expediam $\mathbf{F_{19}}$: experiar *Heinsius* | cognoscere $\mathbf{K_4}$ || 10 discolor *Heinsius* | ipse **Z** || 11 non pectora $\mathbf{PRK_6}$*ac*$\mathbf{L_3P_{12}}$ || 12 *om.* $\mathbf{PRL_3P_{12}}$ || 14 tum pulchros superat **R**, *cett. mei* : (tunc pulchros) superet **R***sscr* : tunc superat pulchros *Exc. Laeti* : purpureos superet *Heinsius* || 15 indi* *Flor*$\mathbf{W_1W_2}$: indis $\mathbf{CL_1}$ | rubram . . . in algam **PR** : rubra . . . harena ζ | scrutantur* *Flor*$\mathbf{CL_1W_1}$ || 16 nam $\mathbf{PRW_2}$*ul* : ex *cett. mei* : et $\mathbf{W_2}$ | rigorem **C** : uigore $\mathbf{PRK_6}$: uigori $\mathbf{K_6}$*ul* || 17 hoc[1]] haec $\mathbf{K_6L_3}$: hic $\mathbf{A_2}$: has *Iuntina* | epulas dulces $\mathbf{B_1}$ | hoc[2]] haec $\mathbf{PRK_6}$, *Iuntina* : hic $\mathbf{A_2}$ || 18 infusa **PR** || 19 uaporem $\mathbf{A_2}$ || 20–21 *om.* $\mathbf{PRL_3}$ || 21 siti *Flor* || 22 *sqq. a praecedentibus, titulo* de ornatu ueneris et martis *indito, separat* ζ

et Venus, humanas quae laxat in otia curas,
aurati delubra tenent communia templi.
25 effigies non una deis, sed ferrea Martis
forma nitet, Venerem magnetica gemma figurat.
illis conubium celebrat de more sacerdos;
ducit flamma choros; festa frondentia myrto
limina cinguntur, roseisque cubilia surgunt
30 floribus, et thalamum dotalis purpura uelat.
hic mirum consurgit opus; Cytherea maritum
sponte rapit caelique toros imitata priores
pectora lasciuo flatu Mauortia nectit
et tantum suspendit onus galeaeque lacertos
35 inplicat et uiuis totum conplexibus ambit.
ille lacessitus longo spiraminis actu
arcanis trahitur gemma de coniuge nodis.
pronuba fit Natura deis ferrumque maritat
aura tenax: subitis sociantur numina furtis.
40 quis calor infudit geminis alterna metallis
foedera? quae duras iungit concordia mentes?
flagrat anhela silex et amicam saucia sentit
materiem placitosque chalybs cognoscit amores.
sic Venus horrificum belli conpescere regem
45 et uultu mollire solet, cum sanguine praeceps
aestuat et strictis mucronibus asperat iras.
sola feris occurrit equis soluitque tumorem
pectoris et blando praecordia temperat igni.
pax animo tranquilla datur, pugnasque calentes
50 deserit et rutilas declinat in oscula cristas.
quae tibi, saeue puer, non est permissa potestas?

23 curas] uires $\mathbf{gL_4}$: gentes $\mathbf{K_6}$: mentes *Heinsius* || **26** nitet] uiret $\mathbf{J_3L_4}$: uiget **g** | Magnesia *Heinsius* | forma $\mathbf{L_4}$ || **27** conubium] conuiuium **P***ac* : coniugium **P***pc* || **29** limina **P***pc, cett. mei* : lumina $\mathbf{F_2P}$*ac* || **30** t(h)alamos **P***pc***R**, *Iuntina* || **32** imitata ($\mathbf{J_3}$) (**P**), *cett. mei* : mentita **P***ul* || **34** *hic incipit Δ* | galeae- $\mathbf{W_1}$*pc, cett. mei* : galea- $\mathbf{F_2W_1}$*ac* || **35** compagibus $\mathbf{L_3}$ || **36** actu] ictu *Buslid.*, *Heinsius* : aestu *Heinsius* || **37** alternis $\mathbf{B_1}$ || **38** fit natura] sit natura **P** : frenatura *Flor* || **40** infudit **g*Δ*R** : infundit *cett. mei* : insudet **P** : insudat *Heinsius* || **41** duras . . . mentes] duros . . . montes *Barthius* : duras . . . cautes *Goodyear* | iunxit $\mathbf{L_4}$: uinxit **g** : nutrit $\mathbf{W_2}$ || **42** sentit *Δ?, cett. mei* : sensit *Δ? (teste Jeep)* $\mathbf{K_4}$ || **43** materiam **PR**, *Iuntina* | placitos- . . . cognoscit amores *Exc. Laeti* : placidos- . . . cognoscit amores *omnes mei* : placidum- . . . cognoscit amorem $\mathbf{W_2}$: placido- . . . ignescit (ignoscit *iam 'Vaticanus' Heinsii*) amore *Heinsius* || **45** uultum **R** : multum **P** || **46** strictis **R** : tristis **P***Δ?* : tristes *cett. mei* || **47** mollitque **R** || **48** igne *Exc. Gyr.* : *Δ incert.* || **51** saeua *Flor Δ*

tu magnum superas fulmen caeloque relicto
fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.
iam gelidas rupes uiuoque carentia sensu
55 membra feris, iam saxa tuis obnoxia telis,
et lapides suus ardor agit, ferrumque tenetur
inlecebris: rigido regnant in marmore flammae.

30

LAVS SERENAE

Dic, mea Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritam serto redimire Serenam?
uile putas donum, solitam consurgere gemmis
et rubro radiare mari si floribus ornes
5 reginae regina comam? sed floribus illis,
quos neque frigoribus Boreas nec Sirius urit
aestibus, aeterno sed ueris honore rubentes
fons Aganippaea Permessius educat unda:
unde piae pascuntur apes et prata legentes
10 transmittunt saeclis Heliconia mella futuris.
  dignius an uates alios exercuit unum
femineae uirtutis opus? consorte redempto
casta maritali successit Thessala fato
inque suos migrare uirum non abnuit annos.
15 hoc Grai memorant. Latiis mouet ora Camenis
praescia fatorum Tanaquil, rediensque per undas
Cloelia Thybrinas, et eodem flumine ducens

29 52 superas **P**, *cett. mei* : superes **P***sscr* | fulmen *Flor* **ΔR** : numen *cett. mei* || 54 sexu *Iuntina* || magnes explicit **R**

30 *Flor*, **C**g$J_3L_1O_3$, F_2PW_1, **R**

laus serenae *Flor* : incipit laus serene CRS_3 ζ || 1 sic **P** (s- *ma*) | mihi F_2, *Iuntina* | tanto cur tempore *Flor* **R** : cur tanto tempore g$J_3O_3C_1L_4$: cur tanto in tempore K_4 : cur tantum in tempore $CL_1F_2PW_1W_2$: cur tantum in tempora K_6L_3, *Sched. Gud.* : cur tanta in tempora *Heinsius* || 2 sertis C_1 || 4 aut **R** || 5 si C_1F_3 || 6 nec . . . nec O_3C_1 || 7 eterni S_3 || 8 permessius **R**, *Exc. Gyr.* : permessidos F_2 : permesidos *cett. mei* : parnasidos *Flor* | umbra *Heinsius* || 11 an] ani **R** : aut *marg. Marcil.* : haud *Camers, Exc. Gyr.* | ullum *Birt* || 12 consorte K_4 : quod sponte *omnes mei* || 14 uiros *Buslid.* : uiro *Buslid.* ('*ex emendatione*'), *Heinsius* | abnuit *Flor* **R** : abnegat* *cett. mei* : abneget **C** || 15 hec K_4 | graii g$L_1F_2W_1$ || 17 cloelia *Flor* **R** : *nugantur cett. mei*

Claudia uirgineo cunctantem crine Cybelen.
anne aliud toto molitur carminis actu
20 Maeonii mens alta senis? quod stagna Charybdis
armauit, quod Scylla canes, quod pocula Circe,
Antiphatae uitata fames surdoque carina
remige Sirenum cantus transuecta tenaces,
lumine fraudatus Cyclops, contempta Calypso,
25 Penelopae decus est, uni cui tanta paratur
scaena pudicitiae. terrae pelagique labores
et totidem saeui bellis quot fluctibus anni
coniugii docuere fidem. sit Claudia felix
teste dea castosque probet sub numine mores
30 absoluens puppisque moras crimenque pudoris;
Penelope trahat arte procos fallatque furentes
stamina nocturnae relegens Laertia telae:
non tamen audebunt titulis certare Serenae.
quod si nobilitas cunctis exordia pandit
35 laudibus atque omnes redeunt in semina causae,
quis uenerabilior sanguis, quae maior origo
quam regalis erit? non hoc priuata dedere
limina nec tantum poterat contingere numen
angustis laribus: patruo te principe celsam
40 bellipotens inlustrat auus, qui signa Britanno
intulit Oceano Gaetulaque reppulit arma.
claram Scipiadum taceat Cornelia gentem
seque minus iactet Libycis dotata tropaeis.
cardine tu gemino laurus praetendis auitas:

18 fune *Heinsius* | cybeben *Flor* || 21 armarit *Buslid.* || 23 cautes *Heinsius* || 25 Penelopae decus est, uni cui *Heinsius* : penelope decus est atque uni $\mathbf{RP_3P_{13}}$: penelope decus atque uni cui **g** (-opes *pc*), *cett. mei* : penelope decus atque suum cui $\mathbf{F_2A_2}$*ul*, *mr*, *Iuntina*, *Behotius* : penelope decus ausa suum cui *Cuiacii uetus* : Penelopes decus aequaeuum cui *Scaliger* : Penelopea decus uni cui *Barthius* : Penelopae decus atque uiri cui *Heinsius* | paratu *Scaliger* || 27 et totidem saeui bellis ($\mathbf{W_1}$), *cett. mei* : et saeui totidem bellis *Flor***R** : et totidem bellis saeui **Z** : et saeui totidem bello *Scaliger* : ut totidem saeui bellis *Barthius* : et totidem emensi bellis *Marklandus* || 28 coniugiis **R** | sit *Flor*$\mathbf{gJ_3L_1O_3}$: sic $\mathbf{CF_2PW_1R}$ || 31 uiros $\mathbf{K_4}$ || 32 laertia **g***pc*$\mathbf{W_1}$*ul*, *cett. mei* : lacertia **g***ac***P***ac* : lassantia **P***pc* : certissima $\mathbf{F_2W_1}$: sollertia **R** || 33 certare] seruare **R** : se aequare *Heinsius* || 37 nec $\mathbf{F_3}$ | hoc *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : hec $\mathbf{F_2W_1K_6L_3}$: te **R** || 38 poterat *Flor*$\mathbf{CgJ_3O_3R}$: potuit $\mathbf{L_1F_2P}$ $\mathbf{W_1K_6}$ | numen $\mathbf{K_4}$: nomen *omnes mei* || 39 *om.* $\mathbf{CB_1F_3S_3}$ | patruo **g***pc*$\mathbf{J_3O_3RC_1}$: paruo *Flor***g***ac*$\mathbf{L_1F_2PW_1}$: parua *Exc. Gyr.* | celsam $\mathbf{gJ_3O_3W_1}$*pc*$\mathbf{RC_1}$: nomen *Flor*$\mathbf{L_1F_2PW_1}$*ac*$\mathbf{K_6}$ || 41 gaetulaque $\mathbf{gJ_3O_3R}$: getuli qui *Flor* : getuli $\mathbf{CL_1F_2}$ $\mathbf{PW_1}$ || 43 dotata] ditata $\mathbf{J_3}$: iactata **R** || 44 laurus **R** : -os **P***pc*, *cett. mei*

45 inde Caledoniis, Australibus inde parentum
cingeris exuuiis. necdum moderamina mundi
sumpserat illa domus, cum te Lucina beatis
ederet astrorum radiis, o maxima rerum
gloria: post genitam didicit regnare Serenam.
50 quid dignum memorare tuis, Hispania, terris
uox humana ualet? primo leuat aequore solem
India: tu fessos exacta luce iugales
proluis inque tuo respirant sidera fluctu.
diues equis, frugum facilis, pretiosa metallis,
55 principibus fecunda piis: tibi saecula debent
Traianum; series his fontibus Aelia fluxit;
hinc senior pater, hinc iuuenum diademata fratrum.
namque aliae gentes, quas foedere Roma recepit
aut armis domuit, uarios aptantur in usus
60 imperii: Phariae segetes et Punica messis
castrorum deuota cibo; dat Gallia robur
militis; Illyricis undant equitatibus alae;
sola nouum Latiis uectigal Hiberia rebus
contulit Augustos. fruges, aeraria, miles
65 undique conueniunt totoque ex orbe leguntur:
haec generat qui cuncta regant. nec laude uirorum
censeri contenta fuit, nisi matribus aeque
uinceret et gemino certatim splendida sexu
Flaccillam Mariamque daret pulchramque Serenam.
70 te nascente ferunt per pinguia culta tumentem
diuitiis undasse Tagum; Callaecia risit
floribus et roseis formosus Duria ripis
uellere purpureo passim mutauit ouile;
Cantaber Oceanus uicino litore gemmas
75 expuit, effossis nec pallidus Astur oberrat

46 exuuiis **R** : excubiis *cett. mei* || **48** ederet *ex suo cod. Barthius, ex coni. Geuartius* : adderet *cett. mei* : adderat $\mathbf{CL_1P}$: addidit $\mathbf{K_4}$ || **50** regnis $\mathbf{F_2W_1}$ || **51** primum *Heinsius* | leuat **R**, *Camers mg* : lauat *cett. mei* || **53** tuo . . . fluctu *Flor* **R** : tuo . . . fluctus $\mathbf{F_2}$: tuos . . . fluctus *cett. mei* || **57** *post* senior *interpunx. Birt, sed non locus est hic Theodosio comiti: quippe de principibus est sermo* | fratrum] patrum $\mathbf{K_4}$ || **58** quos **C** || **61** castrensi *Heinsius* || **62** Illyricae *Heinsius* | undant *Burmannus* : sudant *codd.* | equitantibus $\mathbf{F_2C_1F_3}$ || **67** nisi *Flor* $\mathbf{gJ_3PRW_2}$ *pc* : ni $\mathbf{K_4}$: nec $\mathbf{CL_1F_2W_1L_3W_2}$ *ac* : *uerb. om.* $\mathbf{O_3}$ || **68** a gemino *Barthii cod.* || **69** *om.* $\mathbf{F_3}$, *Barthii cod.* : *superfluum censuit Barthius* || **72** duria *codd., inusitata prosodia* : Turia* *Stoecker. bacchatur hic textum lacerando Jeep* || **73** uellera **R** | fucauit *Heinsius* | ouili *Flor* **R** : oliuam **g** (*fort. pc*) : oliue $\mathbf{O_3}$ || **75** expulit **C** | astur *Flor* $\mathbf{g(F_2)W_1R}$: austur $\mathbf{J_3}$: auster $\mathbf{CL_1O_3PW_2}$ | aberrat **g**

montibus; oblatum sacris natalibus aurum
uulgo uena uomit, Pyrenaeisque sub antris
ignea flumineae legere ceraunia Nymphae;
quaeque relabentes undas aestumque secutae
80 in refluos uenere palam Nereides amnes
confessae plausu dominam cecinere futuris
auspicium thalamis. alio tum paruus in axe
crescebat Stilicho uotique ignarus agebat,
debita cui longe coniunx penitusque remoto
85 orbe parabatur tanti concordia fati.
nec tua mortalis meruit cunabula nutrix.
ubera prima dabant gremiis redolentibus Horae
ternaque te nudis innectens Gratia membris
adflauit docuitque loqui. quacumque per herbam
90 reptares, fulgere rosae, candentia nasci
lilia; si placido cessissent lumina somno,
purpura surgebat uiolae, factura cubile
gramineum, uernatque tori regalis imago.
omina non audet genetrix tam magna fateri
95 successusque suos arcani conscia uoti
spe trepidante tegit.
gestabat Honorius arto
te pater amplexu. quotiens ad limina princeps
Theodosius priuatus adhuc fraterna ueniret,
oscula libabat teque ad sua tecta ferebat
100 laetior. in matrem teneris conuersa querellis

77 ultro *Jeep* | mouet **R** || **78–80** *om.* **P** || **79** relabentes (g), *cett. mei, Exc. Gyr.*: relegentes $\mathbf{CL_1B_1K_6}$: recedentes $\mathbf{K_4}$ || **81** plausu dominam] plausus omen $\mathbf{K_4}$: plausuque omen $\mathbf{B_1}$ || **82** tum] tunc $\mathbf{L_1F_2PW_1}$: cum $\mathbf{P_{11}}$ || **83** habebat **R** || **85** parabantur . . . consortia *Marklandus* || **87** gremio $\mathbf{CL_1P}$ | redolente $\mathbf{K_4}$ | horae *Cuiacii uetus, Schottus* : aur(a)e *Flor* $\mathbf{gJ_3O_3F_2W_1R}$ (*post add?*) $\mathbf{C_1L_4}$, *Exc. Gyr.* : are ζ : aule **P***ac*$\mathbf{B_1}$*pc*$\mathbf{P_{13}}$: aulem **C** : aulam $\mathbf{L_1P}$*pc*$\mathbf{B_1}$*ac*$\mathbf{K_6P_3}$: napes $\mathbf{K_4}$: Napaeae *Heinsius* || **88** terna-] terra- $\mathbf{CL_1PW_1}$: trina- *Buslid.* | te] ter *Burmannus* : se *Postgate* | innectens] te innectens *uel* te nectens *Burmannus* || **89** afflauit $\mathbf{gJ_3O_3F_2W_1RC_1}$: affluxit $\mathbf{CL_1P}$*pc*$\mathbf{B_1L_3}$: afflucxit **P***ac* : affluxuit *Flor* : allusit $\mathbf{K_4}$ | quacumque *Flor* $\mathbf{CJ_3O_3W_1R}$: quocumque $\mathbf{K_6}$, *Iuntina* : quodcumque $\mathbf{L_1F_2P}$: quanteque **g***pc* || **90** fulgere *Burmannus* : fluxere *codd.* : lucere *Birt* : fluxisse *Hall* | passim *Burmannus* || **91** cum *Jeep* | mundo $\mathbf{CL_1P}$ || **92** fulgebat $\mathbf{F_2W_1}$ | factura] fractura $\mathbf{C_1p_2}$: fertura $\mathbf{R_{32}}$: fartura *Cruceus, Heinsius* || **93** uernans- *Scaliger* | thorum $\mathbf{CL_1P}$*pc* || **94** omnia *Flor* $\mathbf{CO_3P}$ || **95** tuos *Birt* || **96** arto *Flor* **Cg***ac*$\mathbf{L_1P}$*sscr*$\mathbf{W_1R}$: arco $\mathbf{J_3}$: arcto **g***pc* $\mathbf{O_3F_2}$: acto **P***ac?* : alto $\mathbf{p_2}$ || **97** limina] lumina (C)$\mathbf{O_3K_6}$: flumina **P** || **98** Theudosius *Iuntina* || **99** libauit $\mathbf{p_2}$ | in sua *uulgo* || **100** conuersa $\mathbf{W_1}$ *ul, cett. mei* : confusa $\mathbf{F_2W_1}$

'quid? me de propriis auferre penatibus!' inquis;
'imperat hic semper!' praesagia luserat error
et dedit augurium regnis infantia linguae.
defuncto genitore tuo sublimis adoptat
105 te patruus, magnique animo solacia luctus
restituens propius quam si genuisset amauit
defuncti fratris subolem; nec carior olim
mutua Ledaeos deuinxit cura Laconas.
addidit et proprio germana uocabula nato
110 quaque datur fratris speciem sibi reddit adempti.
denique cum rerum summas electus habenas
susciperet, non ante suis inpendit amorem
pignoribus quam te pariter fidamque sororem
litus ad Eoum terris acciret Hiberis.
115 deseritur iam ripa Tagi Zephyrique relictis
sedibus Aurorae famulas properatur ad urbes.
incedunt geminae, proles fraterna, puellae,
inde Serena minor, prior hinc Thermantia natu,
expertes thalami, quarum Cythereia necdum
120 sub iuga ceruices niueas Hymenaeus adegit.
utraque luminibus timidum micat, utraque pulchro
excitat ore faces. qualis Latonia uirgo
et solo Ioue nata soror cum forte reuisunt
aequorei sortem patrui (spumantia cedunt
125 aequora castarum gressus uenerata dearum;
non ludit Galatea procax, non inprobus audet
tangere Cymothoen Triton totoque seueros
indicit mores pelago pudor ipsaque Proteus
arcet ab amplexu turpi Neptunia monstra):

101 quid *Flor* **R** : quis *cett. mei* | patriis *Heinsius* | inquis *Flor* **Cg**(-s *pc*) $\mathbf{W}_2$*ul* : inquit *cett. mei* || **103** longe $\mathbf{K}_6$ || **105–106** magnique . . . restituens *om.* **g** || **105** magni- *Flor* $\mathbf{J}_3\mathbf{O}_3$**R** : magno- $\mathbf{CL}_1\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1$ || **107** dilecti *Birt* | clarior *Flor* || **108** deuixit **C** : deuincit **Z** : dilexit **R** : coniunxit $\mathbf{B}_1$ | laconas **Z** (e *sscr*) : -es *omnes mei* || *inter* **110** *et* **111** *inserti sunt in* $\mathbf{W}_1$ *carm. min. 18,3 – fin. et carm. min. 19,1* || **111** electus *Flor* **R**, *Camers* : delectus *Iuntina* : elatus *cett. mei* : delatus $\mathbf{F}_2$ || **112** susciperet *Flor* $\mathbf{J}_3\mathbf{F}_2$**P***pc*$\mathbf{W}_1$**R** : suspiceret **Cg**$\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3$**P***ac*$\mathbf{C}_1\mathbf{L}_4$ | inpendit *cett. mei, Exc. Gyr.* : intendit **R**, *Camers* || **114** Eoum] yonium $\mathbf{F}_2$: ionium $\mathbf{F}_{19}\mathbf{R}_{32}$ | nostris $\mathbf{O}_3$ | asciret $\mathbf{J}_3$ || **115** zephiris- $\mathbf{L}_1$ || **116** ad $\mathbf{F}_2$**R** : in *cett. mei* || **119** thalami *Flor* **R** : t(h)alamis *cett. mei* : thalamus $\mathbf{F}_2$ | nondum $\mathbf{K}_4$ || **121** tumidum $\mathbf{L}_1\mathbf{W}_1\mathbf{C}_1\mathbf{L}_4$*pc*$\mathbf{S}_3\zeta$ | pulchro **R** : pulchras *cett. mei* || **122** quales* *Heinsius* || **124** caerulei *Schraderus* | sidunt *Birt* || **127** toti- *Heinsius* || **128** indicit] incidit $\mathbf{W}_1$: inducit $\mathbf{F}_2$, *Iuntina* : intulit $\mathbf{O}_3$ | memores pelago $\mathbf{F}_2$: pelago mores $\mathbf{K}_6$ | ipsa- **P**, *cett. mei* : ipse- **P***sscr* || **129** implexu *Buslid.*

130 tales sceptriferi uisurae tecta parentis
limen Honoriades penetrant regale sorores.
ambas ille quidem patrio conplexus amore,
sed merito pietas in te procliuior ibat.
et quotiens, rerum moles ut publica cogit,
135 tristior aut ira tumidus flagrante redibat,
cum patrem nati fugerent atque ipsa timeret
commotum Flaccilla uirum, tu sola frementem
frangere, tu blando poteras sermone mederi!
adloquiis haerere tuis, secreta fideli
. . . .
140 prisca puellares reuerentia transilit annos.
non talem Triuiae confert laudator Homerus
Alcinoo genitam, quae, dum per litora uestes
explicat et famulas exercet laeta choreis,
auratam iaculata pilam post naufraga somni
145 otia progressum foliis expauit Vlixem.
Pierius labor et ueterum tibi carmina uatum
ludus erat: quos Zmyrna dedit, quos Mantua libros
percurrens damnas Helenam nec parcis Elissae.
nobiliora tenent animos exempla pudicos,
150 Laodamia sequens remeantem rursus ad umbras
Phylaciden et prona ruens Capaneia coniunx,
communes ardente uiro mixtura fauillas,
et grauis incumbens casto Lucretia ferro,
uulnere quae proprio facinus testata tyranni
155 armauit patriae iustos in bella dolores:
exule Tarquinio memorandaque concidit uno
ulta pudicitiam libertatemque cruore.
talia facta libens non tu uirtute minore,
sed fato meliore legis.
iam nubilis aetas
160 principe sollicito uotis erexerat aulam
incertis quem tanta tori fortuna maneret.
antiquos loquitur Musarum pagina reges,

130 sceptrigeri (**P***pc*) || **133** in te **g**$\mathbf{J_3 O_3 F_2}$ **R** : inter *Flor* **C**$\mathbf{L_1}$**P**$\mathbf{W_1 W_2}$ || **134** ut] aut **R** || **137** frementes **R** || **139** fidelis *uulgo* : fateri *Birt* | *post hunc uers. uers. unum alterumue excidisse censuit Heinsius* || **141** nec $\mathbf{S_3}$ || **142** uestes] uestis *Flor* **C**$\mathbf{S_3}$: uestem $\mathbf{B_1}$ || **143** choreis **P***ac, cett. mei* : choreas **P***pc* || **145** ulixen *Flor* **R** || **147** erat] erant **g** : eat $\mathbf{W_1}$ || **148** helenē $\mathbf{F_3}$ || **150** remeantem *Flor* **R** : redeuntem *cett. mei* : redeuntes $\mathbf{W_1}$ || **151** per *Buslid.* | rogis *Heinsius* || **158** minori $\mathbf{W_1 L_4}$ || **159** nobilis **R** || **160** aule **R** || **161** incertis **R***pc, cett. mei* : incertus $\mathbf{L_1}$**P** : ingentis **R***ac* : intentis *Heinsius*

qui dira sub lege procos certare iuberent,
empturos thalamum dubii discrimine leti,
165 et sua crudeles gauderent pignora mortis
ambitione peti. curru Pisaea marino
fugit tela Pelops (nam perfidus obice regis
prodidit Oenomai deceptum Myrtilus axem);
Hippomenes trepidus cursu ferroque secutam
170 aurato uolucrem flexit Schoeneida pomo;
Herculeas uidit fluuio luctante palaestras
moenibus ex altis Calydon pretiumque labori
Deianira fuit, cum pectore uictor anhelo
Alcides fremeret retroque Achelous abiret
175 decolor: attonitae stringebant uulnera Nymphae;
saucia truncato pallebant flumina cornu.
te non Hesperidum pomis, non amne subacto,
non socerum fallente rota, sed iudice dignus
Augusto uariis Stilicho spectatus in armis
180 accipit et regni dotes uirtute parauit.
saepe duces meritas bello tribuere coronas:
hunc cingit muralis honos; hunc ciuica quercus
nexuit; hunc domitis ambit rostrata carinis;
solus militiae mira mercede iugalem
185 promeruit Stilicho socero referente coronam.
  agnouit patrui similem Thermantia curam:
nupsit et illa duci; sed longe fata sororis
inferiora tuis. alio tibi lumine taedas

163 qui $\mathbf{B_1}$: quod *omnes mei* | dura* *Flor*$\mathbf{F_2PR}$ | uiros $\mathbf{K_6}$ || **164** thalamos **P** || **165** crudeles **g**?*ac*?, *cett. mei* : crudelis **g***pc* : crudeli (*si* condicione *u.* **166** *legatur*) *Heinsius* || **166** conditione $\mathbf{K_4}$ | curru **C***pc*, *cett. mei* : cursu **C***ac*ζ | marino] marito ζ, *Scaliger* : maligno *Buslid.* : **g** *incert.* || **167** tela] pr(a)eda *Flor***R** : gaesa *Jeep* : pila *Birt* | perfidus $\mathbf{gJ_3O_3RC_1}$: feruidus *Flor*$\mathbf{CL_1PW_1K_6}$, *Exc. Gyr.* : prouidus $\mathbf{F_2}$, *Iuntina* | regis] legis $\mathbf{F_2}$: rupto *Jeep* || **168** deceptum *Heinsius* : deceptus *codd.* : deceptor *Heinsius* : defectum *Gronouius* : decerpto *uel* dirupto *Burmannus* : decepti *Jeep* | myrtilus **R**, *Exc. Gyr.* || **169** hippomenes $\mathbf{CJ_3RC_1}$ | sequutam **R** : secuta **P***ac* : secutus **P***pc* || **172** laboris* $\mathbf{O_3F_2L_4}$ (*fort. pc*, -s *add. sscr*) $\mathbf{W_2}$ζ || **173** pectora* $\mathbf{O_3A_2b_1}$ || **174** premeret* $\mathbf{p_2}$ | achelous abiret **g***pc*$\mathbf{K_4}$, *Heinsius* : acheloius iret *cett. mei* || **175** stringebat **R** | funera $\mathbf{CL_1PK_6}$ || **176** pallebant] plaudebant $\mathbf{F_{19}}$: squallebant *Heinsius* | flumina] funera **C** : lumina *Delrius* : tempora *Heinsius* || **181** meritas $\mathbf{W_1}$: meritis *cett. mei* | belli $\mathbf{K_4p_2}$ || **182** honos $\mathbf{W_1P_{11}W_2}$: -or *cett. mei* || **183** meritis $\mathbf{K_4}$ | cingit $\mathbf{p_2}$ || **184** miram **R** || **186** patrui **P***pc*, *cett. mei* : patruis **P***ac* : patrum $\mathbf{K_4}$ || **187** fata *Flor***g***pc*$\mathbf{L_1F_2PW_1C_1}$*sscr* : facta $\mathbf{CJ_3O_3R}$: pacta *Heinsius* || **188** sancto *Goodyear* | lumine *Liuineii Vaticanus*, *Heinsius* : numine *cett. mei* : munere $\mathbf{F_2K_6Z}$

accendit Romana Salus †magnisque coronis†
190 coniugium fit causa tuum. dilectus equorum,
quos Phrygiae matres Argaeaque gramina pastae
semine Cappadocum sacris praesepibus edunt,
primus honos. gemino mòx inde e germine duxit
agmina commissosque labor sic gessit honores
195 ut semper merito princeps, cum magna dedisset,
deberet maiora tamen. si bellica nubes
ingrueret, quamuis annis et iure minori
cedere grandaeuos equitum peditumque magistros
aspiceres totumque palam permittere Martem,
200 nec gradus aetatisque pudor senioribus obstat
ne iuueni parere uelint. ceu flamine molli
tranquillisque fretis clauum sibi quisque regendum
uindicat; incumbat si turbidus Auster et unda
pulset utrumque latus, posito certamine nautae
205a contenti meliore manu seseque ratemque
205b unius imperiis tradunt artemque pauore
confessis finem studiis fecere procellae:

189 magnusque coronis **O_3** : magnisque coloris *Exc. Pat. rec.* : magnisque choreis *Exc. Gyr.* : magnisque tropaeis *Heinsius* : magnique decoris* *Burmannus* : magnisque gerendis *Birt* || **190** fit causa] fit cura **F_2F_3** : sit causa **K_4** : fotura *uel* fultura *Heinsius* | dilectus *cett. mei, Camers* : delectus **g**, *Iuntina* || **193** gemino mox inde e germine **R** : gemino mox inde germine *Ald.* : gemino mox inde germina **K_6***pc* : gemine ne mox inde germine **F_2** : gemino nox inde germine **C_1** : gemino nec inde gemin *Flor* : gemine nox inde germina **W_1W_2** : gemine nex inde germine **O_3** : gemine nex inde germina **CL_1S_3** : gemini (-i *pc*) nexus e germine **g***pc* : gemine nex inde grauiam **P** : gemine uexinum gramina **B_1** : gemino germine *hoc tantum* **J_3** : gemino mox idae germine *Iuntina, Exc. Gyr.* : tantaque fide uictricia *manifeste interpolando* **K_4** : gemino mox idem cardine *uel* culmine (culmine *iam Cuiacii uetus*) *Heinsius* : gemino mox hinc moderamine *Burmannus* : gemino mox inde ex ordine *Birt* | duxit **F_2***mr, cett. mei* : mouit **K_6** | *quod de magisterio utriusque militiae cogitant Heinsius et Burmannus, repugnat e. g.* gradus *u.* **200.** *fieri potest ut ad mixtum quoddam genus uerbis* gemino . . . germine *referatur, ut opinatur Goodyear, qui Tac. 2, 47, 3* Macedones Hyrcani *confert. sane obscurissimus est hic locus, et haud scio an corruptus* || **194** -que labor] -que libens **R_4** : cunctos *Jeep* : alacer *Birt* || **196** deberet] **g** *incert.* : deferret *Heinsius* || **199** permittere *omnes mei, Exc. Gyr.* : committere **K_6** || **200** non **K_6** | aetatisue *Buslid.* || **201** flamina *Flor* : flumine **R** || **202** feris **K_4** || **203** turbinis *Buslid.* || **204** nautae] nutet **R** || **205a** manu **R***pc, cett. mei* : manus **R***ac* | ratemque *Liuineii Vaticanus* : patremque **gJ_3O_3R** : pauore **CL_1F_2** **$PW_1P_3P_{12}$** : pauere *Flor, Iuntina* || **205b** *habent* **$gJ_3O_3W_1RC_1L_4P_{11}W_2Z$** : *om.* *Flor***$CL_1F_2P$** | artemque pauore **$gJ_3O_3W_1RZ$** : tandemque pauere *Burmannus* || **206** confessis **P_4** : confessi *Flor***$CJ_3L_1F_2PW_1W_2$***sscr* : confesse **$O_3RC_1L_4W_2$** : confessei *ut uid.* **g** : confesso *Hall*

haud aliter Stilicho, fremuit cum Thracia belli
tempestas, cunctis pariter cedentibus unus
eligitur ductor. suffragia quippe peregit
210 iudex uera timor; uictus ratione salutis
ambitus et pulsus iacuit formidine liuor.
quis tibi tum per membra tremor quantaeque cadebant
ubertim lacrimae, cum saeua uocantibus arma
iam lituis madido respectans limina uultu
215 optares reducem galeaeque inserta minaci
oscula cristati raperes festina mariti!
gaudia quae rursus, cum post uictricia tandem
classica sidereas ferratum pectus in ulnas
exciperes, castae tuto per dulcia noctis
220 otia pugnarum seriem narrare iuberes!
non illo nitidos umquam bellante capillos
comere, non solitos gemmarum sumere cultus:
numinibus uotisque uacas et supplice crine
uerris humum; teritur neclectae gratia formae,
225 cum proprio reditura uiro.
nec deside cura
segnis marcet amor: laudem prudentia belli
feminea pro parte subit. dum gentibus ille
confligit, uigili tu prospicis omnia sensu,
ne quid in absentem uirtutibus obuia semper
230 audeat inuidiae rabies neu feruor iniquus,
ne qua procul positis furto subsederit armis
calliditas nocitura domi. tu sedula quondam,
Rufino meditante nefas, cum quaereret artes

209 eligitur *Flor* $\mathbf{CL_1F_2PW_1R}$: erigitur $\mathbf{gJ_3O_3C_1L_4}$ | ductor *Flor* **R** : doctor *cett. mei* || **210** uinctus $\mathbf{CS_3}$ || **211** tacuit *Buslid.* || **212** tum $\mathbf{B_1}$: tunc *omnes mei* : nunc $\mathbf{K_4}$ | tremor] timor $\mathbf{gW_1C_1L_4}$: pauor $\mathbf{K_4}$: rigor $\mathbf{R_4}$ || **214** limina **R** : lumina *cett. mei* : numina *Heinsius* | lumine uultus *Jeep* || **216** *om.* **C** || **218** pectus] pontus *Buslid.* : pondus *Burmannus* || **219** exciperet $\mathbf{W_1}$: excipiens *Burmannus* | castae tuto $\mathbf{CgL_1F_2PW_1}$: castae toto *Flor* **R** : caste tuo $\mathbf{O_3}$: tuto castae $\mathbf{J_3}$: castaeque tibi *Heinsius* : castae cum tu *Jeep* || **220** series $\mathbf{F_2}$ || **222** solitos] solidos **g** : solita es *Dan. Heinsius* || **223 – 224** *om.* **g** || **223** uotisue $\mathbf{F_3}$: uotis $\mathbf{W_1}$ | simplice *Buslid.* | crure $\mathbf{O_3}$ || **224** tegitur $\mathbf{F_2}$ || **226** molem prud. *Heinsius* || **227** tulit $\mathbf{J_3}$ || **229** absentes *Buslid.* || **230** nec $\mathbf{K_6}$ | feruor $\mathbf{gJ_3O_3R}$: femur *Flor* $\mathbf{CL_1F_2PW_1W_2}$: furor $\mathbf{K_4}$: rumor $\mathbf{L_3}$: liuor *Heinsius* | iniquus $\mathbf{gO_3R}$: iniquis *cett. mei* || **231** positis] subitis $\mathbf{K_4}$ | subsiderit $\mathbf{F_3}$: subsideret *Buslid.* : subseditur $\mathbf{K_4}$: subiecerit **Z** || **233** dum $\mathbf{F_2}$

in ducis exitium coniuratosque foueret
235 contra pila Getas, motus rimata latentes
mandatis tremebunda uirum scriptisque monebas.

31

EPISTVLA AD SERENAM

Orphea cum primae sociarent numina taedae
ruraque conpleret Thracia festus Hymen,
certauere ferae picturataeque uolucres
dona suo uati quae potiora darent,
5 quippe antri memores, cautes ubi saepe sonorae
praebuerant dulci mira theatra lyrae:
Caucaseo crystalla ferunt de uertice lynces,
grypes Hyperborei pondera fulua soli;
furatae Veneris prato per inane columbae
10 florea conexis serta tulere rosis,
fractaque nobilium ramis electra sororum
cycnus oloriferi uexit ab amne Padi,

30 234 exilium *ul ed. Antuerp.* || 236 monebas *Flor*g*pc?*$\mathbf{F_2}$**P***pc*$\mathbf{W_1}$: mouebas **C**$\mathbf{J_3}$ $\mathbf{O_3}$$\mathbf{L_1}$**P***ac* : manebas **R** | *'in exemplari antiquo scriptum est in fine "hic deest", quod est uerisimile' Exc. Gyr. sed non est cur plures quam quos nunc habemus uersus de Serena Claudianum scripsisse existimemus*

31 *Flor*, **C**g$\mathbf{J_3}$$\mathbf{L_1}$$\mathbf{O_3}$, $\mathbf{F_2}$**P**$\mathbf{W_1}$, *Δ*, **R**

incipit epistula ad serenam **C**$\mathbf{B_1}$ (-ola) $\mathbf{C_1}$$\mathbf{S_3}$ (-ola) : epistulam ad serenam *Flor* : epistolam ad serenam *Δ* : epistula ad serenam uxorem stiliconis $\mathbf{F_3}$: ad serenam de nuptiis **R**($\mathbf{V_4}$) : incipit liber quintus decimus $\mathbf{W_1}$ || 1 primae *Flor***R**, *Cuiacii uetus* : primo *Δ ϱ* : primum *cett. mei* | numina *Flor*g$\mathbf{J_3}$$\mathbf{O_3}$**R** : lumina *Cuiacii uetus* : numine **C**$\mathbf{L_1}$$\mathbf{F_2}$$\mathbf{W_1}$ *ϱ* : nomine *Δ* : munīe **P** : munere $\mathbf{B_1}$: omina *Heinsius* || 2 honor **P** || 5 cautes, ubi saepe sonorae *Geuartius*, *Behotius* : cautes ubi saepe sonare $\mathbf{K_4}$: cantus ubi saepe sonorae g$\mathbf{J_3}$$\mathbf{O_3}$**R**$\mathbf{A_2}$*sscr*$\mathbf{C_1}$*pc*$\mathbf{K_6}$$\mathbf{L_4}$: cantusubisseferuntur *Δ* : cantus ubi sepe canore $\mathbf{A_2}$: cantu subis *Flor* (*cruce adpicta*) : cantus ubi *nihil amplius* **C**$\mathbf{L_1}$ $\mathbf{F_2}$**P**$\mathbf{W_1}$$\mathbf{L_3}$$\mathbf{P_4}$$\mathbf{W_2}$ (*in spat. rel. ma*) : *uerba post* memores *omnia om.* $\mathbf{B_1}$: cantus ubi saepe sonore *Jeep* : cantus ubi saepe secutae *Buecheler* || 6 praebuerat *'ex manuscripto Clauerius' Heinsius* | dulces g*pc*, *Barthius* : ducti *Jeep* || 7 caucasio **R**$\mathbf{P_{11}}$ | ferae *Burmannus* || 8 thori **R** || 9 furatae] furato $\mathbf{F_2}$: purgato $\mathbf{W_1}$: Paestano *Heinsius* | columbae $\mathbf{W_1}$ *ul, cett. mei* : uolucres $\mathbf{F_2}$**P**$\mathbf{W_1}$ || 10 rosis g$\mathbf{J_3}$$\mathbf{O_3}$**R**$\mathbf{P_{11}}$: rotis *Flor***C**$\mathbf{L_1}$$\mathbf{F_2}$**P**$\mathbf{W_1}$*Δ* || 11 lapsaque *uel* fletaque *Heinsius* | mobilium *Buslid.* : flebilium *Heinsius* || 12 odoriferi g$\mathbf{L_4}$: oliuiferi $\mathbf{B_1}$

et Nilo Pygmaea grues post bella remenso
  ore legunt rubri germina cara maris;
15 uenit et extremo Phoenix longaeuus ab Euro
  adportans unco cinnama rara pede:
nulla auium pecudumque fuit quae ferre negaret
  uectigal meritae coniugiale lyrae.
tunc opibus totoque Heliconis sedula regno
20 ornabat propriam Calliopea nurum.
ipsam praeterea dominam stellantis Olympi
  ad nati thalamos ausa rogare parens.
nec spreuit regina deum, uel matris honore
  uel iusto uatis ducta fauore pii,
25 qui sibi carminibus totiens lustrauerat aras
  Iunonis blanda numina uoce canens
proeliaque altisoni referens Phlegraea mariti,
  Titanum fractas Enceladique minas.
ilicet aduentu noctem dignata iugalem
30 addidit augendis munera sacra toris,
munera mortales non admittentia cultus,
  munera quae solos fas habuisse deos.
sed quod Threicio Iuno placabilis Orphei,
  hoc poteris uotis esse, Serena, meis.
35 illius expectant famulantia sidera nutum:
  sub pedibus regitur terra fretumque tuis.
non ego, cum peterem, sollemni more procorum
  promisi gregibus pascua plena meis,
nec quod mille mihi lateant sub palmite colles
40 fluctuet et glauca pinguis oliua coma,
nec quod nostra Ceres numerosa falce laboret
  aurataeque ferant culmina celsa trabes.

13 pygmaea grues post bella *Flor*Δ**R**, *Exc. Gyr.* : post bella grues pygmaea *cett. mei* || **14** regunt **C** | gramina $\mathbf{F_2K_6W_2}$ | cana **R** || **16** rara $\mathbf{J_3}$Δ**R** : mira *cett. mei*, *Exc. Gyr.* || **17** pecudumue $\mathbf{B_1}$ || **18** coniugiale *Hall* : con(n)ubiale *codd.*, *quod peccat in metrum* || **23** non spreuit $\mathbf{F_2W_1K_6}$ | deam *Barthius*, *Heinsius* | amore ζ*ac* || **24** uicta *Exc. Pat. rec. ma* || **26** nomina *Flor*Δ | ciens *Buecheler* || **28** fractas . . . minis $\mathbf{K_6}$*ac* : fractis . . . minis* *Heinsius* || **30** choris $\mathbf{F_2}$ || **32** solas . . . deas *Heinsius* || **33** orphei (*Flor*) $\mathbf{CL_1F_2PW_1}$Δ : orpheo $\mathbf{gJ_3O_3P}$*sscr*$\mathbf{RC_1}$ || **35** illius expectant **R** : illius expectent *Flor*Δ : explent illius *cett. mei* | sidera $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : numina $\mathbf{W_1}$*ul* | nutum $\mathbf{F_2}$*ac, cett. mei* : nutu $\mathbf{CL_1F_2}$*pc***P** : nutus $\mathbf{B_1}$ || **36** *om.* $\mathbf{O_3}$ | teritur $\mathbf{J_3}$ || **38** suis *Heinsius* || **39** non **R** || **41** non **R** | falce **P***pc, cett. mei* : fauce $\mathbf{CL_1P}$*ac*$\mathbf{W_1}$ | laborat *Flor*$\mathbf{F_3}$

suffecit mandasse deam: tua littera nobis
  et pecus et segetes et domus ampla fuit.
45 inflexit soceros et maiestate petendi
  texit pauperiem nominis umbra tui.
quid non perficeret scribentis uoce Serenae
  uel genius regni uel pietatis amor?
atque utinam sub luce tui contingeret oris
50 coniugis et castris et solio generi
optatum celebrare diem! me iungeret auspex
  purpura, me sancto cingeret aula choro,
et mihi quam scriptis desponderat ante puellam
  coniugiis eadem pronuba dextra daret.
55 nunc medium quoniam uotis maioribus aequor
  inuidet et Libycae dissidet ora plagae,
saltem absens, regina, faue reditusque secundos
  adnue sidereo laeta supercilio.
terrarum tu pande uias, tu mitibus Euris
60 aequora pacari prosperiora iube,
ut tibi Pierides doctumque fluens Aganippe
  debita seruato uota cliente canant.

44 pecus] penus **F**$_2$: nemus **W**$_1$ || **45** et flexit **C** || **46** numinis **R**$_{23}$ || **47** quid non perficeret **ΔR** : quid non perfecit **CgJ**$_3$**L**$_1$**O**$_3$**P** : quid non profecit **W**$_1$ *ul* **Z** : quid non suffecit **F**$_2$**W**$_1$: sed quid non perfert *Flor* : sed quid non praestet *Heinsius* || **48** pietas et amor *Barthius* || **50–51** *om.* **O**$_3$ || **50** in castris **gJ**$_3$**RC**$_1$**W**$_2$ || **51** celebrasse **P**$_{11}$ || **52** sancto] socero **R**$_{31}$: sacro *uel* socio *Heinsius* | choro **O**$_3$**K**$_4$**P**$_{13}$: thoro **CgJ**$_3$**L**$_1$**F**$_2$**PW**$_1$**R** : toro *Flor***Δ** || **53** mihi quae* **K**$_4$ | scriptis **P***pc, cett. mei* : scriptas **CF**$_2$**P***ac* : scripto **L**$_3$ || **54** coniugiis eadem *Flor***C***pc***gJ**$_3$**L**$_1$**O**$_3$**ΔRP**$_{11}$*pc*, *Exc. Gyr.* : coniugis eadem **C***ac***P***ac***P**$_{11}$*ac* : coniugis haec eadem **P***pc***F**$_3$**L**$_3$: coniugis hanc eadem *Buslid.* : coniugis eiusdem **F**$_2$**W**$_1$, *Isengriniana* : coniugio eiusdem *Scaliger* : coniugio hanc eadem *Heinsius* : coniugio tandem *Burmannus* || **55** q. uotis *Flor***J**$_3$**O**$_3$**W**$_1$**R** : q. uitis **CL**$_1$**F**$_2$**P***ac* : q. uittis **P***pc* : uotis q. **gL**$_4$: q. syrtis **Δ** || **56** libycae (*uel simm.*) *Flor***g***pc***R** : lybiae (*uel simm.*) **Cg***ac***J**$_3$**L**$_1$**O**$_3$**F**$_2$**PW**$_1$: bybacae **Δ** | dissidet **C***pc, cett. mei* : dissonat **W**$_2$: disiicit **K**$_4$ | ora] aulam **J**$_3$ || **60** pacari] placari **K**$_6$*ac* : peccari **C** | prosperiora **Δ**, *Camers* : posteriora **gJ**$_3$**O**$_3$**RC**$_1$, *Isengriniana* : superiora *Flor***CL**$_1$**F**$_2$**PW**$_1$

32

DE SALVATORE

Christe potens rerum, redeuntis conditor aeui,
uox summi sensusque dei, quem fudit ab alta
mente pater tantique dedit consortia regni,
inpia qui nostrae domuisti crimina uitae
5 passus corporea mundi uestire figura
adfarique palam populos hominemque fateri,
quemque utero inclusum Mariae mox numine uiso
uirginei timuere sinus, innuptaque mater
arcano stupuit conpleri uiscera partu,
10 auctorem paritura suum (mortalia corda
artificem texere poli, mundique repertor
pars fuit humani generis, latuitque sub uno
pectore, qui totum late conplectitur orbem,
et qui non spatiis terrae, non aequoris unda,
15 non capitur caelo, paruos confluxit in artus);

32 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, Δ, **R** : *etiam inter epistulas ad Aldhelmum scriptas quae in cod. Vindobonensi 751 (theol. 259) saec. x traditae sunt adest hoc carmen, cf. Birt lxxx n. 7 et Koch lii-liii, unde sumpsi lectiones*

de sàluatore $\mathbf{B_1}$: incipit de saluatore *Flor***CR** : de saluatore feliciter Δ : laus saluatoris $\mathbf{K_6}$ (*in catalogo*) $\mathbf{L_3}$: de christo $\mathbf{S_3}$: Carmen Paschale *Scaliger in Raphelengiana. hoc carmen a Claudiano nonnulli abiudicant, perperam* || **1** christe (xpe) $\mathbf{W_1}$*pc, cett. mei* : ipse $\mathbf{F_2PW_1}$*ac* | potens **R**, *cett. mei* : parens **R** (*in schedula titulorum inter ff. 2 et 3 posita*) | uenientis *Jeep* | aeui] anni *Exc. Gyr.* : orbis $\mathbf{O_3PR}$ || **2** fundit ab alta $\mathbf{n_1Z}$, *Vindob. 751* : fuderat alta $\mathbf{F_3}$ || **4** qui $\mathbf{K_4R_{31}}$, *Exc. Gyr.* : tu *omnes mei, Vindob. 751* | crimina uitae **R***pc, cett. mei* : secula terre **R***ac* || **5** mundi $\mathbf{K_4}$, *Exc. Gyr.* : mundum *omnes mei, Vindob. 751* : dominum *Barthius* : mentem *Birt* : numen *Koch* || **7** *om.* $\mathbf{O_3RF_3L}$, *Vindob. 751* (*teste Jaffé*) : *spurium cens. Barthius, Heinsius* | quemque utero *Flor ul, cett. mei* : quem uerbo *Flor*Δ : quodque utero $\mathbf{K_6}$: alme utero **g** : tene utero *Heinsius* : quem uentre *Jeep* : quem uerbum *Birt* | inclusum $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : inclusus **g***pc* : infusum Δ, *Burmannus* : immensum $\mathbf{W_1}$*ul* : clausum **q***ac* | numine $\mathbf{gJ_3W_1}$ (*ma in spat. rel.*) Δ*pc*$\mathbf{C_1L_4}$, *Exc. Gyr.* (*teste Birt*) : nomine Δ*ac* : lumine *Exc. Gyr.* (*teste Heinsio*) : angelo $\mathbf{CL_1PK_6L_3n_1q}$: angele *Flor* : angel $\mathbf{K_4}$ | uiso] misso $\mathbf{gL_4}$: uiuo *Burmannus* | *uerba post* mox *om.* $\mathbf{F_2F_{17}}$ || **8** timuere $\mathbf{L_1K_6}$*ac, Berol. DBS 60, Exc. Gyr.* : tenuere $\mathbf{O_3}$: tumuere Δ*pc, cett. mei*, $\mathbf{K_6}$*pc, Vindob. 751* : tumore Δ*ac* : intumuere $\mathbf{K_4}$: patuere $\mathbf{F_{17}}$: micuere *uel* tremuere *Heinsius* | intacta- *Flor. Gall., Berol. DBS 60* || **9** compelli $\mathbf{n_1q}$ || **10** actorem **C** | membra *Exc. Gyr.* || **11** texere] fudere $\mathbf{F_2F_{17}}$, *Isengriniana mg* : sedere **P***ac* : sensere **P***pc* : cepere $\mathbf{O_3L}$ | redemptor *Heinsius* || **12** uno $\mathbf{W_1}$*pc?, cett. mei* : imo $\mathbf{J_3}$?$\mathbf{W_1}$?*ac?* || **14** spatio $\mathbf{O_3P}$*pc***L** || **15** non $\mathbf{O_3F_2W_1}$*pc?*$\mathbf{B_1F_{17}L}$: nec *Flor*$\mathbf{CgJ_3L_1P}\Delta\mathbf{Rn_1}$ | celo capitur $\mathbf{B_1}$

quin et supplicii nomen nexusque subisti
ut nos subriperes leto mortemque fugares
morte tua, mox aetherias euectus in auras
purgata repetens laetum tellure parentem:
20 Augustum foueas, festis ut saepe diebus
annua sinceri celebret ieiunia sacri.

33

DE CRYSTALLO CVI AQVA INERAT

Possedit glacies naturae signa prioris
et fit parte lapis, frigora parte negat.
sollers lusit hiemps, inperfectoque rigore
nobilior uiuis gemma tumescit aquis.

32 16 supplicii nomen] supplicium numen F_2 : supplicium mortis F_{17} : mancipii nomen *Cuiacii uetus* | noxasque *Heinsius* || 17 subriperes *Δ*R, *Vindob. 751* : surriperes F_3K_6 : eriperes P*pc*, *cett. mei* : ariperes P*ac* || 19 purgatam F_2 : -o K_4 | repetis C, *Cantiliacensis 102*, *Cuiacii uetus* : g *incert.* | laetum $J_3O_3RF_{17}K_6LP_4W_2$, *Vindob. 751* : laeta *cett. mei* : g *mihi quidem incert.* (celsum *pc*, *teste Pawlikowski*) | tellure g*pc?*, *Cuiacii uetus* : te luce *cett. mei*, *Vindob. 751* || 20 augustos *ex Palatino Barthius* || 21 celebrent F_{19} || 20–21 *om. et hos uersus substituit Cantiliacensis 102:* da precor aeternas detersis sordibus arces / conscendam uitaque fruar foelicis olympi

33 *Flor*, $CgJ_3L_1O_3$, F_2PW_1, R
de cristallo cui aqua inerat *Flor* : de crystallo *Exc. Gyr.* : de cristallo P*mg*, *mr*, W_1*mg*, B_1S_3 : incipit de cristallo C : de cristallo lapide in quo ingelata latebat aqua R : de aqua interclusa gemme Z : incipit liber tercius decimus W_1 : incipiunt epigrammata claudiani F_2 (*mr* : *f. 88*) || *carmm. 33–39 plerique codices in unum coniunxerunt, ceteri uarie distinxerunt. septenum qui nunc in usu est ordinem editorum primus exhibuit Clauerius, qui dixit: 'scias uero in uet. et optimo . . . septem esse de Crystallo Epigr. hactenus indiuisa'* || 1 assedit CF_2 || 2 et fit *Flor*$J_3L_1O_3RB_1K_6L_3L_4$: et sit CP, *Exc. Gyr.* : que fit F_2W_1 : haesit (*iam* g*pc*) *uel* et stat *uel* ut sit *Birt* : et si *Mommsen* | neget (*si praeferatur* ut sit) *Birt*, *et sic iam* g*?pc* || 4 uiuis *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : mitis F_2(*ut uid.*) P*ac* : mistis *Cuiacii uetus* : nitidis P*pc*

34

DE EODEM

Lymphae, quae tegitis cognato carcere lymphas,
  et quae nunc estis quaeque fuistis aquae,
quod uos ingenium iunxit? qua frigoris arte
  torpuit et maduit prodigiosa silex?
5 quis tepor inclusus securas uindicat undas?
  interior glacies quo liquefacta Noto?
gemma quibus claustris arcano mobilis aestu
  uel concreta fuit uel resoluta gelu?

35

DE EODEM

Solibus indomitum glacies Alpina rigorem
  sumebat nimio iam pretiosa gelu
nec potuit toto mentiri corpore gemmam,
  sed medio mansit proditor orbe latex.
5 auctus honos; liquidi crescunt miracula saxi,
  et conseruatae plus meruistis aquae.

36

DE EODEM

Aspice porrectam splendenti fragmine uenam,
  qua trahitur limes lucidiore gelu.

34 *Flor*, **Cg$J_3L_1O_3$, F_2PW_1, R**
de eodem **B_1S_3** : de aqua interclusa gemme **Z** : aliter **R***mg* | '*non sunt diuisa a superiore in antiquo*' *Exc. Gyr.* || 1 lymphae (lim-) *Flor***Cg***pc***O_3F_2P***ul***RS_3** : nymphae (nim-) **J_3L_1P** (n- *add. mg*) **$W_1F_3L_3L_4Z$**, *Cuiacii uetus* | carcere **R** : corpore *cett. mei* | nimphas **C_1K_6** || 3 iunxit g*ac*, *cett. mei* : uinxit **Cg***pc***O_3**, *Scaliger* || 5 secretas *Heinsius* || 7 causis *Birt* | mobilis **RK_6** : nobilis *cett. mei* || 8 fluit *Heinsius* | gelu est *Heinsius*
35 *Flor*, **Cg$J_3L_1O_3$, F_2PW_1, R**
aliter **R***mg* || 3 gemmas **R** || 4 ille **K_4** || 5 auctus *Flor***J_3W_1***pc***R** : actus **CgL_1 $O_3F_2PW_1$***ac* | honos *Buslid.* : honor *omnes mei*
36 *Flor*, **Cg$J_3L_1O_3$, F_2PW_1, R**
aliter **R***mg* || 1 porrectam **R** : correctam **CW_2***ac* : correptam *cett. mei* : concretam *uel* conseptam *Heinsius* | fragmine] flamine **S_3** : fornice *Barthius* : tegmine *Heinsius* || 2 qua] que **F_2** : quo **A_2**

hic nullum Borean nec brumam sentit opacus
umor, sed uarias itque reditque uias.
5 non illum constrinxit hiemps, non Sirius hausit,
aetatis spatium non tenuauit edax.

37

DE EODEM

Clauditur immunis conuexo tegmine riuus
duratisque uagus fons operitur aquis.
nonne uides propriis ut spumet gemma lacunis
et refluos ducant pocula uiua sinus
5 udaque pingatur radiis obstantibus Iris,
secretas hiemes sollicitante die?
mira silex mirusque latex! et flumina uincit
et lapides merito, quod fluit et lapis est.

38

DE EODEM

Dum crystalla puer contingere lubrica gaudet
et gelidum tenero pollice uersat onus,

36 3 brumam nec *Birt* | sensit S_3 || 5 constrinxit] construxit **C** : constringit **R**W_2 | hausit *Postgate* : axis *Flor*Cg$L_1F_2PW_1$: ardens $J_3O_3RC_1$: arsit *Heinsius* : acris *Graeuius* : auxit *Birt* : ussit *Hall* || 6 nec tenuabit* *Barthius*

37 *Flor*, Cg$J_3L_1O_3$, F_2PW_1, **R**
aliter **R***mg* || 1 inmanis W_1 || 3 properis *Heinsius* | cum R_{23} || 4 ut F_{14} | uiua *cett. mei, Exc. Gyr.* : uina CO_3F_2, *Camers* : bina *Iuntina* || 7 et **R** : qui *cett. mei* : quid F_2 || 8 et lapides merito K_6 : sed lapides merito **R** : et merito lapides F_3 : et lapis est merito *cett. mei* : estque latex merito *Delrius* : nec lapis est merito *Scaliger* | quod] que K_4 : qui P_{11} | estque silex *Cuiacii uetus* | *frigidus sane hic uersus, ut nunc legitur, et fortasse corruptus. admodum adridet Heinsiana hariolatio* quod flumina uinxit, / fert lapidis merito. quod fluit, est laticis

38 *Flor*, Cg$J_3L_1O_3$, F_2PW_1, **R**
aliter **R***mg* || 1 lubrica] rubrica *Flor* : lurida **R** : lucida *Heinsius* || 2 et gelidum] Heliadum **R***mr* (*tantum* elidum *mpr*)

uidit perspicuo deprensas marmore lymphas,
dura quibus solis parcere nouit hiemps,
5 et siccum relegens labris sitientibus orbem
inrita quaesitis oscula fixit aquis.

39

DE EODEM

Marmoreum ne sperne globum: spectacula transit
regia nec rubro uilior iste mari.
informis glacies, saxum rude, nulla figurae
gratia, sed raras inter habetur opes.

40

EPISTVLA AD OLYBRIVM

Quid rear, adfatus quod non mihi derigis ullos
nec redit alterno pollice ducta salus?
scribendine labor? sed cui tam prona facultas,
carmina seu fundis seu Cicerone tonas?
5 cedere diuitiis animi fortuna fatetur
et tantas oris copia uincit opes.

38 3 prospicuo $\mathbf{O_3}$: perpetuo $\mathbf{gL_4}$ | deprensas *Flor*$\mathbf{gJ_3O_3W_1B_1L_4}$: deprehensas **R** : deprensa **C** : depreпso $\mathbf{L_1F_2PK_6}$ | lymphas (*uel simm.*) *Flor* $\mathbf{gJ_3O_3W_1}$*pc*$\mathbf{R}$ $\mathbf{L_4}$: nymphas *Camers* : merces **P***sscr* $\mathbf{W_2}$*ul* : mercis **CP** : mencis $\mathbf{L_1}$: mentis $\mathbf{F_2W_1}$*ac* : inertis $\mathbf{K_6}$: mergi *Buecheler* || 6 fixit **R** : figit *cett. mei* | explicit de cristallo **R**
39 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, **R** (*inter carm. 35 et carm. 36 positum*)
aliter **R***mg* || 1 ne *Flor*$\mathbf{gJ_3R}$: nec $\mathbf{CL_1O_3F_2PW_1}$ || 4 caras *Heinsius*
40 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, Δ, **R**
incipit epistula ad olybrium (**C**)**R**($\mathbf{L_3}$) ($\mathbf{S_3}$) : epistula addolibrium *Flor* : epistula ad olibrium *Exc. Gyr.* : epistula ad olybrium consolem Δ : ad olybrium **P***mr, mg* || 1 adfastu *in* adfastum *corr.* Δ*ma* | derigis **P** : dirigis *cett. mei* | ultro **P***add. ma in spat. rel.* || 2 dicta *Liuineius* || 3 scribendi- **C***pc, cett. mei* : scribenti- **C***ac*$\mathbf{K_6}$ | -ne labor] labor est $\mathbf{RK_6}$: an labor est *Heinsius* | cui *Heinsius* : quae *codd.* || 4 seu cicerona *Flor* : ceu cicerone **P** : ceu Ciceroue *Ker* || 5 credere $\mathbf{F_2W_1}$ || 6 nec *Jeep* | opis $\mathbf{L_4}$*ac*

an rarus qui scripta ferat? quin tempore nullo
cessant Flaminiae puluerulenta uiae.
cum fluat ingenium, cum sit qui dicta reportet,
10 quae, nisi contemnor, causa relicta tibi?
despicis ergo tuum, si fas est credere, uatem,
perfidus et spatio debilitatur amor?
excidimusne tibi? lucem iam condet Hydaspes
et Tartesiaco, Sol, oriere uado,
15 candescet Geticis Meroe conuersa pruinis
claraque se uetito proluet Vrsa mari,
et, si iam nostros fastidit Olybrius ignes,
constat Oresteam nil ualuisse fidem.
quin age rumpe moras solaturusque sodalem
20 absens eloquio fertiliore doce,
crebraque facundo festinet littera cursu
auribus atque animis insinuanda meis.
dignatus tenui Caesar scripsisse Maroni.
nec tibi dedecori sit mea Musa. uale.

40 **10** tibi] ciui *Flor* : mihi $\mathbf{K_6}$*ac* || **11** dispicis *Flor* Δ | dicere $\mathbf{J_3}$ || **12** feruidus *Heinsius* | debilitatus **g** || **13** condet] det Δ : condat $\mathbf{CL_3W_2}$: condit $\mathbf{F_2W_1}$ || **14** oriere $\mathbf{gO_3RP_{11}}$: oriare *cett. mei* || **15** canescet *Heinsius* || **16** perluet $\mathbf{K_4}$ || **19** en $\mathbf{F_3}$ | solaturusque sodalem $\mathbf{gJ_3O_3RK_6P_{11}}$: moraturusque sodalem *Flor*$\mathbf{C}$*pc*$\mathbf{L_1F_2P}\Delta$: remoraturusque sodalem $\mathbf{W_1}$, *Cuiacii uetus* : miraturusque sodalem $\mathbf{K_4}$: memoraturusque sodalem $\mathbf{F_{19}}$: remoraturasque sodalem *'alias' Clauerius* : recreaturusque sodalem *Barthius* : resalutatumque sodalem *uel* exoratusque salutem *Heinsius* || **20** eloquii fertilitate **g** | foue *Heinsius* || **21** facundo fest. $\Delta\mathbf{R}$: fecundo fest. *cett. mei* : fest. fecundo $\mathbf{B_1}$: fecundos fest. $\mathbf{K_4}$: iucundo fest. *Schraderus* | cursus $\mathbf{K_4}$ || **22** auribus atque animis *Heinsius* : libris atque animis $\mathbf{J_3O_3RP_{11}}$: labris atque animis **g** (*fort. pc e* libris atque animis), *Heinsius* : digna tuis animis *Flor* $\mathbf{CL_1F_2P}$ $\mathbf{W_1}\Delta$ | insinuando **R** || **24** nec tibi dedecori sit mea musa *Helmaestadiensi* (= $\mathbf{W_2}$) *attribuit Heinsius, non omnino recte. reuera e lectionibus aut* **R** *et* $\mathbf{W_2}$ *aut* **R** *et* **P** *haec textus forma conponitur* : nec tibi dedecori musa futura $\mathbf{RK_6}$: et tibi dedecori sit mea musa **P** (sit·mea *in spat. rel. ma*) $\mathbf{W_2}$*pc*, *Birt* (*signo interrogationis adposito*) : et tibi dedecori musa futura *Flor*, *Exc. Gyr.* : et tibi dedecori non mea musa $\mathbf{gJ_3O_3}$ $\mathbf{F_3L_4P_4P_{11}W_2}$*ac*$\mathbf{Z}\zeta$: et tibi dedecori ni mea musa **C** : et tibi dedecori . . . musa $\mathbf{L_1}$ (*spat. rel.*) : et tibi dedecori iam mea musa $\mathbf{C_1}$: et tibi dedecori scribere musa $\mathbf{F_2W_1}$, *Cuiacii uetus*, *Vgoletus* : et tibi dedecoris musa fuerit Δ : et tibi dedecori cur ego musa $\mathbf{L_3}$: et tibi dedecori nil mea Musa *Heinsius*

41

EPISTVLA AD PROBINVM

Quem, precor, inter nos habitura silentia finem?
  quando dabit caras littera grata uices?
me timidum uel te potius dixisse superbum
  conuenit? alterius crimen utrumque tenet.
5 transfluxere dies et, dum scripsisse priorem
  paenitet, aeternas itur in usque moras.
sed quid agam? coepisse uetat reuerentia uestri:
  hinc amor hortatur scribere. uincat amor.
'fors iuuat audentes' prisci sententia uatis.
10 hac duce non dubitem te reticente loqui,
audax ut, si quid penitus peccasse uidebor,
  arguar, ingrati non subiturus onus.
Romanos bibimus primum te consule fontes
  et Latiae cessit Graia Thalia togae,
15 incipiensque tuis a fascibus omina cepi
  fataque debebo posteriora tibi.
ergo lacessitus tandem rescribe roganti,
  et patria florens sorte, Probine, uale.

41 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, *Δ*, **R**
epistula ad probinum $\mathbf{F_3}$: epistola ad probinum $\mathbf{K_6}$ *in catalogo* : incipit ad probinum **R** : ad probinum *Flor***P***mg, mr* : ad probinum consolem fatrem olybrii *Δ* : liber eiusdem ad probium **C** || **1** haec quem sunt habitura $\mathbf{K_4}$ || **2** dabit **C***pc, cett. mei* : dabat **C***ac* | caras *Flor*$\mathbf{gJ_3O_3}$*Δpc***R** : gratas $\mathbf{CL_1F_2PW_1}$ | grata *Δpc, cett. mei* : nostra $\mathbf{F_2W_1}$: cara (*cum* gratas) *Schraderus* || **4** utrumque *Δpc, cett. mei* : utramque *Δac* : uterque $\mathbf{A_2}$ || **5** tot fluxere *e cod. Barthius, ut ipse testatur* : transiuere $\mathbf{L_3}$: ter fluxere '*duo Vaticani*', *unde* tres fluxere *Heinsius* | hiemes *Schraderus* || **7** agam? hinc coepisse *Max. Bonnet* | uetet $\mathbf{K_4}$: negat $\mathbf{C_1}$ || **8** hortatur amor $\mathbf{F_3}$ || **9** audaces *ζ*, *Abrinc. 135* | prisci $\mathbf{O_3}$*Δ*$\mathbf{RK_6}$: chii $\mathbf{CgJ_3L_1F_2PW_1B_1}$: cei $\mathbf{K_4}$, *Scaliger* : socii *Flor* : Tusci *Unger ap. Jeep* : Calabri *Bergk* (*Poet. lyr.* III^4 *530*) || **11** ut si quid $\mathbf{W_1}$*Δ?* : et si quid **g***pc* : aut si quid *cett. mei* : aut siquidem *Buslid.* | penitus] uates **R** | uidebor *Δ*$\mathbf{K_4}$, *Scaliger* : uidetur $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : fatetur $\mathbf{W_1}$ *ul* $\mathbf{K_6}$ || **12** arguar **g***?, cett. mei* : arguat $\mathbf{K_4L_4}$ || **14** latiae $\mathbf{gJ_3O_3}$*Δ*$\mathbf{RC_1}$: late *Flor*$\mathbf{CL_1F_2PW_1}$ | accessit **R** | graia $\mathbf{gJ_3O_3}$*Δ***R** : grata *Flor*$\mathbf{CL_1F_2PW_1}$ | thalea *Flor* || **15** *om.* $\mathbf{gL_4}$ | a fascibus *FlorΔ* : a fastibus **R** : affatibus **P***pc, cett. mei* | omina *Flor*$\mathbf{J_3O_3}$*Δ***R** : omnia $\mathbf{CL_1F_2PW_1}$ | cepi *Δpc, cett. mei* : coepi *Δac* || **16** *om.* $\mathbf{gL_4}$ | debebo *Flor*$\mathbf{W_1}$*Δ***R** : delebo $\mathbf{CJ_3L_1O_3F_2P}$: debemus *uel* debentur *uel* se debent *Heinsius* || **18** arte *Heinsius*

42

DE APRO ET LEONE

Toruus aper fuluusque leo coiere superbis
  uiribus, hic saeta saeuior, ille iuba.
hunc Mars, hunc laudat Cybele. dominatur uterque
  montibus; Herculeus sudor uterque fuit.

43

IN CVRETIVM

Fallaces uitreo stellas conponere mundo
  et uaga Saturni sidera saepe queri
uenturumque Iouem paucis promittere nummis
  Cureti genitor nouerat Vranius.
5 in prolem dilata ruunt periuria patris
  et poenam merito filius ore luit;
nam spurcos auidae lambit meretricis hiatus,
  consumens luxu flagitiisque domum,
et quas fallacis collegit lingua parentis,
10   has eadem nati lingua refundit opes.

44

IN EVNDEM

Si tua, Cureti, penitus cognoscere quaeris
  sidera, patre tuo certius ipse loquar.

42 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, **R**
de apro et leone *Flor***CP***mr***R**$\mathbf{B_1}$ || **1** superbi ζ, *Barthius* || **2** setis **R** || **3** cybele laudat **R** | utrique *Cuiacii uetus* || *epigrammati finem deesse arbitratur Barthius*
43 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, **R**
in curetium *Flor?pc***P***mr*$\mathbf{B_1F_3}$: incipit in curetium **C** : incipit iocus de curetio **R** || **1** palantes* **P***pc* | uitreo **R***pc, cett. mei* : uitreos **R***ac* : toto **P** (*in spat. rel. add. ma*) || **5** delata *Heinsius* || **6** merito] marito **P***ac* : patrio **P***pc* || **7** namque auide lambit meretricis labra superbae *plana interpolatione Flor* || **9** ut *Cuiacii uetus* || **10** has tandem *Buecheler* | refundit *Flor***gP**$\mathbf{W_1}$*pc?***R** : refudit **C**$\mathbf{J_3L_1O_3F_2W_1}$*?ac* : refundat *Cuiacii uetus?*
44 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, **R**
in eundem curetium **R** : de curetio eiusdem *Flor* : de curetio $\mathbf{B_1}$: de curetio eius incipit **C**

quod furis, aduersi dedit inclementia Martis;
  quod procul a Musis, debilis Arcas erat;
quod turpem pateris iam cano podice morbum, 5
  femineis signis Luna Venusque fuit;
adtriuit Saturnus opes. hoc prorsus in uno
  haereo: quae cunnum lambere causa facit?

45

DE CONCHA SERENAE

Transferat huc liquidos fontes Heliconia Nais
  et patulo conchae diuitis orbe fluat;
namque latex doctae qui lauerit ora Serenae
  ultra Pegaseas numen habebit aquas.

46

DE CHLAMYDE ET FRENIS EQVI HONORIO AVGVSTO A SERENA MISSIS

Non semper clipei metuendum gentibus orbem
dilecto studiosa parens fabricabat Achilli,
Lemnia nec semper supplex ardentis adibat
antra dei, nato galeam factura comantem,

44 3 Martis] matris **R** : patris **R***ul***K**$_6$ || 4 quo *Flor* | actus *Heinsius* || 5 quo *Flor* || 6 fuit] tulit *Jeep* : facit *Buecheler* : iubent *Mommsen* || 7 attribuit **g** || 8 quae cun. lamb. causa facit **C***pc***W**$_1$ *ul, cett. mei* : quae cun. lamb. causa fuit **C***ac***W**$_1$**W**$_2$, *Buecheler* : mendacem quae mala causa facit *manifesta interpolatione Flor*

45 *Flor*, **CgJ**$_3$**L**$_1$**O**$_3$, **F**$_2$**PW**$_1$, *Δ*, **R**
de concha **RF**$_3$: de conca *Flor* : de choncha in qua aqua triumphabat *Δ* : de serena **Z** : Concha Serenae *Burmannus* || 2 patulo **R***pc, mr, cett. mei* : patule **R***ac* | ore **L**$_1$**F**$_2$**PW**$_1$ || 3 doctae qui lauerit **gJ**$_3$**O**$_3$*Δ***R** : docte liquauerit **CL**$_1$**W**$_1$*pc?***B**$_1$**W**$_2$: docte ligauerit **P***ac* : docte liquarunt **F**$_2$: docte rigauerit **P***pc* : ut docte liquauerit *Flor* || 4 numen **L**$_1$ *in ras., cett mei* : nomen **gJ**$_3$**W**$_2$*ζ*

46 *Flor*, **CgJ**$_3$**L**$_1$**O**$_3$, **F**$_2$**PW**$_1$, *Δ*, **R**
carmm. 46, 47, 48 titulos ut sibi constent refeci | de clamide et frenis **R** : de muneribus a soceris honorio imperatori missis *Δ* : de muneribus honorio missis **P***mr* : de muneribus honorio *Flor* (*cruce mg adpicta*) : incipit de muneribus honorii **C** : de serena **Z** || 2 properabat *Postgate* || 4 factura **W**$_1$*pc, cett. mei* : fractura **F**$_2$**W**$_1$*?ac* : pactura *Heinsius* : nactura *Jeep* : factura *cum* antra *coniungendum putat Koch*

5 sed placidos etiam cinctus et mitia pacis
ornamenta dabat, bello quibus ille peracto
conspicuus reges inter fulgeret Achiuos.
ipsa manu chlamydes ostro texebat et auro,
frenaque quae uolucrem Xanthum Baliumque decerent
10 aequore quaesitis onerabat sedula gemmis.
at tibi diuersis, princeps altissime, certant
obsequiis soceri. Stilicho Mauortia confert
munera, barbaricas strages Rhenique triumphos.
reginae contenta modum seruare Serena
15 in tua sollicitas urget uelamina telas.

47

DE FRENO PHALERIS ET CINGVLO EQVI HONORIO AVGVSTO A SERENA MISSIS

O felix sonipes, tanti cui frena mereri
numinis et sacris licuit seruire lupatis,
seu tua per campos uento iuba lusit Hiberos,
seu te Cappadocum gelida sub ualle natantem
5 Argaeae lauere niues, seu laeta solebas
Thessaliae rapido perstringere pascua cursu,
accipe regales cultus et crine superbus
erecto uirides spumis perfunde zmaragdos.

46 5 placidos etiam **$J_3O_3W_1$***Δ***R** : placido sed iam *Flor***CL_1F_2P** : **g** *incert.* | et] **g** *incert.* : sed *Heinsius* | inermia *Heinsius* || 7 fulgeret **C***pc, cett. mei* : fulgebat **g** || 10 onerabat *FlorΔ***R** : ornabat *cett. mei* || 12 soceri **P***pc?, cett. mei,* **K_6***pc* : socer en **J_3RK_6***ac* || 13 rheni- *FlorΔ***R** : regni- **$CgL_1O_3F_2PW_1L_4$** : regum- **J_3** || 14 domum *Jeep* | serena est **K_4** || 15 sollicitas urget *Flor* **gJ_3***Δ***R***pc* : sollicita surget **R***ac***K_6** : sollicita urget **O_3** : sollicitis urget **B_1** : sollicitis urgens **CF_2PW_1**, *Cuiacii uetus* : sollicitis surgens **K_4** : sollicitis **L_1** | telas *Flor***gJ_3***Δ***R** : tela **O_3K_6** : telis **$CL_1F_2PW_1B_1$**

47 *Flor,* **$CgJ_3L_1O_3$**, **F_2PW_1**, *Δ*, **R**

cum carm. 46 coniungit Δ, quod conprobauit Mommsen | de freno phaleris et cingulo equi honorii a serena missis **O_3** : incipit de equo dono dato **R** : de equo honorii **P***mr***B_1** : ex eodem *Flor* **C** : De phaleris *Jeep* || 1 cui tanti *Buslid.* : tanti cum **O_3** || 2 numinis **R** : nominis (**O_3**), *cett. mei* || 3–4 *sic contraxit Δ* : seu tua per cappadocum gelida sub ualle natantem || 4 *om.* **g** (*add. mg*) **J_3** (*add. in ima pag.*) **L_4** || 5 lauere *Flor***$gJ_3O_3F_2P$***sscr***W_1R** : lauare **CL_1P***Δ* || 6 prestringere **R** : perfringere **J_3** : transcurrere **K_6** | saltu *Camers* || 8 profunde *Flor***F_3**

luxurient tumido gemmata monilia collo,
10 nobilis auratos iam purpura uestiat armos,
et medium te zona liget uariata colorum
floribus et castae manibus sudata Serenae,
Persarum gentile decus. sic quippe laborat
maternis studiis nec dedignatur equestres
15 moliri phaleras, genero latura decorem.

48

DE ZONA EQVI ARCADIO AVGVSTO A SERENA MISSA

Accipe parua tuae, princeps uenerande, sororis
  munera, quae manibus texuit ipsa suis,
dumque auro phalerae, gemmis dum frena renident,
  hac uterum zona cinge frementis equi,
5 siue illum Armeniis aluerunt gramina campis
  turbidus Argaea seu niue lauit Halys,
sanguineo uirides morsu uexare zmaragdos
  et Tyrio dignum terga rubere toro.
o quantum formae sibi conscius erigit armos
10 spargit et excussis colla superba iubis!
augescit breuitas doni pietate Serenae,
  quae uolucres etiam fratribus ornat equos.

47 **10** aeratos *Heinsius*
48 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, Δ, **R**
de zona equi Archadii *Clauerius* (‘*Serena soror adoptiua Arcadii Imp. Orientis*’). *et notandum est* maternis *in Honorium* studiis *Serenam laborare, carm. 47, 14* : incipit de zona equi regii missa honorio augusto a serena **R** : de faleris equinis a serena missis $\mathbf{L_3}$: de phaleris aequi regii a serena missi Δ : de pheris equi a serena missis *Flor* : de phaleris equi regii **P***mr* : incipit de phaleris equi a serena missis **C** : de phalera equi $\mathbf{B_1}$ || **1–8** *om.* **R***mpr, suppl. ma – uel potius primarii librarii in locum pro tempore collega successit* || **1** uenerande *Flor*$\Delta\mathbf{RK_6}$: memorande $\mathbf{CgJ_3L_1F_2PW_1}$: moderande $\mathbf{O_3}$ || **2** munera **P***pc, cett. mei* : munia **P***ac* || **3** dum gemmis $\mathbf{J_3}$ | renitent Δ : refulgent **g***pc* : redundant $\mathbf{K_6}$ || **5** Armenii pauerunt . . . campi *Jeep* || **6** turgidus $\mathbf{K_6}$ | lauit] labit **R** : lambit $\mathbf{K_6}$ || **7** uexare **C***pc, cett. mei* : uersare Δ**R** || **8** c(h)roco $\mathbf{F_2B_1}$ || **10** spargit *Flor*Δ**R** : sparsit ($\mathbf{J_3}$), *cett. mei* | et *om.* Δ : ut *Heinsius* || **11** doni breuitas *Flor. Gall.*

49

TORPEDO

Quis non indomitam dirae torpedinis artem
audiit et merito signatas nomine uires?
illa quidem mollis segnique obnoxia tractu
reptat et adtritis uix languida serpit harenis.
5 sed latus armauit gelido natura ueneno
et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis
miscuit et proprias hiemes per uiscera duxit.
naturam iuuat ipsa dolis et conscia sortis
utitur ingenio longeque extenta per algas
10 †attactu confisa suo [immobilis haeret]
qui tetigere iacent. successu laeta resurgit
et uiuos inpune ferox depascitur artus.
si quando uestita cibis incautior aera
hauserit et curuis frenari senserit hamis,
15 non fugit aut uano conatur uellere morsu,
sed propius nigrae iungit se callida saetae
et meminit captiua sui longeque per undas

49 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, *Δ*, **R**

Torpedo *Heinsius* : de torpedine *Flor* **P***mr* $\mathbf{RF_3}$: de turpedine *Δ* : incipit de turpitudine **C** || **1** dirae *Flor Δ* **R** : mirae *cett. mei* || **2** audit *Flor* $\mathbf{RK_6}$, *Iuntina* | et meritos $\mathbf{F_2}$: et emerito $\mathbf{RK_6}$, *Iuntina* | dignatas *Jeep* || **3** mollis $\mathbf{J_3}$*pc*, *cett. mei* : molli $\mathbf{J_3}$*ac*, *Heinsius* | segni- $\mathbf{J_3}$*pc* (*Δ*), *cett. mei* : segnis- $\mathbf{J_3}$*ac* | obnoxia tractu $\mathbf{K_6}$: obnoxia tactu $\mathbf{gJ_3O_3}$*Δ*$\mathbf{RC_1}$: obnixa natatu *Flor* $\mathbf{CL_1F_2PW_1}$ || **5** geminum *Birt* || **6** membra *Heinsius* | animata *Scaliger* : armata *omnes mei* : armenta $\mathbf{K_6P_{11}}$: admota *Heinsius* : afflata *Birt* || **10** attactu *Flor* $\mathbf{gJ_3O_3F_2W_1}$: actactu ($\mathbf{CL_1}$) **P***ac Δ* : a tactu $\mathbf{RK_6}$: ad tactum **P***pc* : et tactu $\mathbf{P_{11}}$, *Baehrens* | confisa *Flor* $\mathbf{gJ_3F_2P}$: confixa $\mathbf{RK_6}$: fixa $\mathbf{K_4}$ | suo *Flor Δ* $\mathbf{RK_6}$, *Exc. Gyr.* : iacet $\mathbf{gJ_3}$: suo est *Jeep*: suo iam *Baehrens* : subit *Birt* | attactuque suo confisa *Goodyear* | immobilis haeret *ex Oppiano* (κεῖται δ' ἀστεμφής), *ut opinor, interpolant Flor, Exc. Gyr.* : *uerba non habent cett. mei* || **11** *om.* $\mathbf{J_3}$ | iacent *Flor Δ* **R**, *Exc. Gyr.* : nocent $\mathbf{K_6}$ | resurgit *Flor Δ*, *Exc. Gyr.* : resurgunt $\mathbf{RK_6}$ || **10** *et* **11** *in unum sic contrahunt* $\mathbf{CgL_1O_3F_2PW_1}$: attactu (ac tactu $\mathbf{CL_1}$ **P***ac* : et tactu $\mathbf{P_{11}}$: ad tactum **P***pc*) confisa iacet successu laeta resurgit *hypermetrice* $\mathbf{CL_1O_3P}$: ac confisa iacet successu laeta resurgit $\mathbf{F_2W_1B_1}$: tactu fixa iacet successu laeta resurgit $\mathbf{K_4}$: attactu confisa iacet mox (cum **g***ul* : tum $\mathbf{p_2}$: dum $\mathbf{L_3}$) leta resurgit **g** : attactu *uel* ac tractu *uel* ac natu confisa suo tum laeta resurgit *Heinsius* || **11** *ante* **10** *positus est in Exc. Gyr., in quibus ad u. 10 adnotatum est* '*is uersus addendus, etsi mutilus, ex antiquo codice*' || **12** feros $\mathbf{RC_1}$ || **14** hamis **gR** : amis *Δ* $\mathbf{C_1}$*ac* : armis *cett. mei*, $\mathbf{C_1}$*pc* || **15** fugit $\mathbf{J_3O_3}$*Δ***R** : fuit *Flor* : furit $\mathbf{CgL_1F_2PW_1}$ | uacuo $\mathbf{B_1}$ || **16** propius *Flor* $\mathbf{CL_1O_3F_2R}$: proprius $\mathbf{J_3PW_1}$*Δ*$\mathbf{C_1}$: potius (g)$\mathbf{L_4}$ || **17** longe- **R***sscr*, *mr*, *cett. mei* : longo- **R**

pigra uenenatis effundit flamina uenis.
per saetam uis alta meat fluctusque relinquit,
20 absentem uictura uirum: metuendus ab imis
emicat horror aquis et pendula fila secutus
transit harundineos arcano frigore nodos
uictricemque ligat concreto sanguine dextram.
damnosum piscator onus praedamque rebellem
25 iactat et amissa redit exarmatus auena.

50

IN IACOBVM MAGISTRVM EQVITVM

Per cineres Pauli, per cani limina Petri,
  ne laceres uersus, dux Iacobe, meos.
sic tua pro clipeo sustentet pectora Thomas
  et comes ad bellum Bartholomaeus eat;
5 sic ope sanctorum non barbarus inruat Alpes,
  sic tibi det uires sancta Susanna suas;
sic quicumque ferox gelidum tranauerit Histrum,
  mergatur uolucres ut Pharaonis equi;
sic Geticas ultrix feriat rhomphaea cateruas
10   Romanasque regat prospera Thecla manus;

49 18 effudit *Δ* || 19 alta] atra $\mathbf{K_4}$: acta *Wakefield* || 20 absentem **P**, *cett. mei* : ad **P***sscr* : adstantem *Burmannus* | uictura $\mathbf{gJ_3O_3RP_{11}}$: uinctura *Δ* : uectura $\mathbf{W_1}$: uentura $\mathbf{CL_1F_2P}$: tentura *Flor, Exc. Gyr.* : nectura (*pro* necatura) *Heinsius* || 23 concretam $\mathbf{K_4}$*ac* || 25 auena *Flor* $\mathbf{CL_1F_2PW_1}$: abena $\mathbf{O_3}$: arena *Δpc* : habena $\mathbf{gJ_3RC_1}$: harena *Δac*

50 *Flor*, $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$, $\mathbf{F_2PW_1}$, *Δ*, **R** (*mutilum tamen*)

in iacobum magistrum equitum *Flor* : incipit in iacobum magistrum equitum **R** : in iacobum magister eius *Δ* : ad iacobum magistrum equitum **P***mr* : incipit in magistrem iacobum **C** : incipit in iacobum magistrum militum $\mathbf{B_1}$ (*om.* incipit) $\mathbf{C_1}\zeta$ || 1 cani $\mathbf{RK_6}$: sancti *cett. mei* | lumina $\mathbf{J_3O_3P}$*Δ* (*ut opinor*) || 2 nec **C** || 3 sustentet *cett. mei, Exc. Gyr.* : defendat *Δ***R** || 4 eat $\mathbf{L_1}$*pc*, *cett. mei* : erat $\mathbf{CL_1}$*ac* || 5–6 *om.* $\mathbf{RK_6}$: *ante* 3–4 *posuit Koch* || 5 sanctorum] Iudithae *Barthius* : '*expectes nomen ut* Marcorum *uel sim.*' *Birt* : Tiburti *Hall* | ne *Heinsius* || 7–8 *om. Cuiacii uetus* || 7 ferus **R** | tranauerit **g***pc?* $\mathbf{F_2C_1F_3F_{17}L_3}\zeta$: transnauerit **P***pc*, *cett. mei* : transnauerat **CP***ac* || 9–10 *om.* $\mathbf{RK_6}$ || 9 romphea *Flor***g** : rhumphea *Δ* : rumphea *cett. mei* : rufea **C** || 10 romanas- *Δ?pc*, *cett. mei* : romanae- *Cuiacii uetus* | regant $\mathbf{gF_2}$ **P***pc?*$\mathbf{F_{17}}$*pc?* : tegat $\mathbf{P_{13}}$: gerant *Cuiacii uetus* | thecla *Δ* : tecla $\mathbf{CJ_3L_1O_3W_1}$*pc* : theda *Flor* : teda $\mathbf{C_1P_{11}}$: tela $\mathbf{gF_2PW_1}$*ac*$\mathbf{F_{17}}$

sic tibi det magnum moriens conuiua triumphum
  atque tuam uincant dolia fusa sitim;
sic numquam hostili maculetur sanguine dextra:
  ne laceres uersus, dux Iacobe, meos.

51

IN SPHAERAM ARCHIMEDIS

Iuppiter in paruo cum cerneret aethera uitro,
  risit et ad superos talia dicta dedit:
'hucine mortalis progressa potentia curae?
  iam meus in fragili luditur orbe labor?
5 iura poli rerumque fidem legesque deorum
  ecce Syracosius transtulit arte senex.
inclusus uariis famulatur spiritus astris
  et uiuum certis motibus urget opus.
percurrit proprium mentitus Signifer annum,
10   et simulata nouo Cynthia mense redit.
iamque suum uoluens audax industria mundum
  gaudet et humana sidera mente regit.
quid falso insontem tonitru Salmonea miror?
  aemula naturae parua reperta manus.'

50 11 moriens magnos . . . triumphos **R** || 12 et tua perpetuo dolia uina (uini $\mathbf{K}_6$) fluant $\mathbf{J}_3$ (*haec post genuinam uersionem uersio posita est*) $\mathbf{RK}_6$ || 13–14 *om.* $\mathbf{RK}_6$ || 13 hostilis $\mathbf{K}_4$ | madeat tua $\mathbf{e}_2$ || 14 ne *Flor* **CgP***pc* Δ $\mathbf{F}_{17}$: nec $\mathbf{J}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3\mathbf{F}_2$**P***ac* $\mathbf{W}_1$

51 *Flor*, **Cg**$\mathbf{J}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3$, $\mathbf{F}_2\mathbf{PW}_1$, Δ, **R**

in spheram archimedis Δ : in speram archimedis *Flor* : de sphaera archimedis **P***mr* : incipit de spera **R** : incipit infera archimedis $\mathbf{CB}_1$ || 1 aethera $\mathbf{W}_1$, *cett. mei* : equora $\mathbf{W}_1$ *ul* $\mathbf{C}_1$: omnia $\mathbf{gL}_4$ || 2 uerba $\mathbf{gL}_3\mathbf{p}_2$ | refert $\mathbf{W}_2$ || 4 *interrogationis signo notauit Buecheler* || 5 fides **R** | leges- *Flor* **g**Δ**R** : legem- *cett. mei* | deorum $\mathbf{J}_3\mathbf{W}_1$ *ul* Δ $\mathbf{RK}_6$: uirorum $\mathbf{W}_1$, *cett. mei* : dierum *Heinsius* || 6 Syracosius *Heinsius* : syracusius (sir-) *codd.* || 8 urguet *Flor* Δ || 9 properum *Heinsius* | mentitus Δ*pc*, *cett. mei* : mentitur $\mathbf{CL}_1\mathbf{F}_2$, *Iuntina* : metitus **Z***?* : metitur *Camers*, *Exc. Gyr.* || 12 regit *Flor* **P***pc* Δ : redit $\mathbf{CJ}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3\mathbf{F}_2$**P***ac* $\mathbf{W}_1$: rotat **g***pc* : notat **R***mr* : uidet $\mathbf{R}_{41}$: retractat **R** || 13 qui $\mathbf{CL}_1\mathbf{F}_2\mathbf{P}$ | insontem (Δ), *cett. mei* : en sontem *Heinsius* : instantem *Birt* | salmonea miror **g***?* $\mathbf{F}_2\mathbf{W}_1$Δ : salamonea miror **C** : salomonea miror $\mathbf{J}_3\mathbf{L}_1\mathbf{O}_3\mathbf{P}$: salmonea **R** : salomona uirorum $\mathbf{B}_1$: salmona mouemur '*in antiquo*' *Exc. Gyr.* : natura mouemur *Flor* || 14 repente Δ

52 A

DE LANARIO

Sordidus ex umeris nodo dependet amictus

52 B

Exercentur equis et colla comantia pectunt

53

GIGANTOMACHIA

Terra parens quondam caelestibus inuida regnis
Titanumque simul crebros miserata dolores
omnia monstrifero conplebat Tartara fetu,
inuisum genitura nefas, Phlegramque retexit
5 tanta prole tumens et in aethera protulit hostes.
fit sonus: erumpunt Erebo necdumque creati
iam dextras in bella parant superosque lacessunt
stridula uoluentes gemino uestigia lapsu.
pallescunt subito stellae flectitque rubentes
10 Phoebus equos docuitque timor reuocare meatus.
Oceanum petit Arctos inocciduique Triones
occasum didicere pati. tum feruida natos
talibus hortatur genetrix ad proelia dictis:

52 *Flor* **R** (*post carmina* In Curetium *ut distichon ponit* : '*ita in ueteri codice interpositum*' *Exc. Gyr.*) $\mathbf{K_6}$
hos duo uersus tamquam distichon, cui titulum De lanario *dant, prae se ferunt Flor* **R**, *Exc. Gyr., ut nihil inter se commune habentes separauit Jeep, quem sequor, litteris* A B *numero Birtiano adcommodatis*
53 *Flor,* $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$ (*deficit post* 91), $\mathbf{F_2PW_1}$, *Δ*, **R**, $\mathbf{S_1}$
gigantomachia *Flor* **P** *mr* : incipit gigantomachia $\mathbf{RS_1}$: incipit de gigantomachia **C** : diggigantomachia *Δ* || 1 terra reperta olim $\mathbf{K_4}$ || 2 dolores $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : labores $\mathbf{W_1}$ *ul* || 3 fetu **R** *pc* $\mathbf{S_1}$: feto **R** *ac* : c(o)etu *cett. mei* || 5 tument **R** || 6 Erebo *Behotius, Heinsius* : erebi *Buslid.* : crebro $\mathbf{RS_1}$: cerebri $\mathbf{W_1}$: crebri *Flor* $\mathbf{CgJ_3L_1O_3}$ ($\mathbf{F_2}$)**P***Δ* : gremio *Jeep olim* | nondum- *Iuntina* : uixdum- *Jeep* || 7 ad $\mathbf{gL_4}$ || 8 gressu $\mathbf{B_1L}$ || 10 cogitque *Heinsius* || 12 didicere $\mathbf{J_3RS_1}$: uoluere *cett. mei* : optauere *ex membranis Barthius* | perfida *Heinsius* || 13 ad $\mathbf{RS_1}$: in* *cett. mei*

'o pubes domitura deos, quodcumque uidetis,
15 pugnando dabitur; praestat uictoria mundum.
sentiet ille meas tandem Saturnius iras,
cognoscet quid Terra potest, si uiribus ullis
uincor, si Cybele nobis meliora creauit.
cur nullus Telluris honos? cur semper acerbis
20 me damnis urgere solet? quae forma nocendi
defuit? hinc uolucrem uiuo sub pectore pascit
infelix Scythica fixus conualle Prometheus;
hinc Atlantis apex flammantia pondera fulcit
et per canitiem glacies asperrima durat.
25 quid dicam Tityon, cuius sub uulture saeuo
uiscera nascuntur grauibus certantia poenis?
sed uos, o tandem ueniens exercitus ultor,
soluite Titanas uinclis, defendite matrem.
sunt freta, sunt montes: nostris ne parcite membris;
30 in Iouis exitium telum non esse recuso.
ite, precor, miscete polum, rescindite turres
sidereas. rapiat fulmen sceptrumque Typhoeus;
Enceladi iussis mare seruiat; Otus habenas
Aurorae pro Sole regat; te Delphica laurus
35 stringat, Porphyrion, Cirrhaeaque templa teneto.'
his ubi consiliis animos elusit inanes,
iam credunt uicisse deos mediisque reuinctum
Neptunum traxisse fretis; hic sternere Martem

14 quoscumque **Δ** || **16** sentiet **J**$_3$*pc?* **RS**$_1$: sentiat *cett. mei* | ipse *Heinsius* || **17** cognoscet *Flor* **ΔRS**$_1$: cognoscat *cett. mei* : agnoscet **K**$_6$: agnoscat *Iuntina* | quid **gJ**$_3$**O**$_3$**F**$_2$**RS**$_1$**L** : quod *Flor* **CL**$_1$**PW**$_1$ **Δ** | si] sic *Barthius* : cur *Heinsius* | uiribus ullis *Flor* **gJ**$_3$**O**$_3$**ΔRS**$_1$**L** : uiribus illis **P**$_{11}$**ζ** : curribus ullis **W**$_1$: curribus illis **CL**$_1$**F**$_2$**P** : uiribus illi *Heinsius* || **18** si *Flor* **ΔS**$_1$: cur **CgJ**$_3$**L**$_1$**O**$_3$**F**$_2$**PW**$_1$**L** : *uerb. om.* **R** : sic *Jeep* | uobis **F**$_2$ || **19** cur[1]] cui **RS**$_1$ | honor **F**$_2$**W**$_1$ | cur[2] *Flor* **g***pc* : quae **J**$_3$*ac?*, *cett. mei* : qui **J**$_3$*?pc?* **R** : ut *Heinsius* || **20** urguere *Flor* **ΔS**$_1$ || **21** defluit **K**$_4$ | hinc **J**$_3$**O**$_3$**RL**, *Iuntina* : hic *cett. mei* | sub uiuo **p**$_2$: recidiuo *Barthius* : fibroso *uel* nimio sub *Heinsius* || **23** hinc **Δ***pc*, *cett. mei* : hic **W**$_1$ (*ut uid.*) **Δ***ac* : huic **C** | pondera] pectora **P** : corpora **Δ** : sydera **W**$_1$*pc* | fulcet **S**$_1$: fulsit **C** || **24** *om.* **K**$_4$, *damnauit Heinsius* || **25** uulture **C***pc*, *cett. mei* : uultere **S**$_1$: uulnere **C***ac***g** : gutture **C**$_1$ | secto **K**$_4$ || **27** ultro **R** || **28** *post hunc u. hiatus unius u. in Flor* || **29** iuga *Goodyear* | nec **RS**$_1$ || **31** miscite **Δ** : miscere **C** | rescingite **Δ** : restinguite **RS**$_1$: restringite **K**$_6$ | turres **S**$_1$ *sscr*, *cett. mei* : turbas **RS**$_1$ || **32** celumque **W**$_2$ || **33** seuiat **K**$_6$ | Otus *Hall* : alter *codd.* || **35** stringet *Flor* **Δ** | creteaque **L** | teneto **gJ**$_3$**RS**$_1$**C**$_1$: tenete **K**$_6$: tenebo **O**$_3$: tenebis *Flor* **CL**$_1$**F**$_2$**PW**$_1$ **ΔL** : tenebunt *Barthius* || **36** animos elusit *Flor* **gW**$_1$*pc?* **ΔR** : animoselusit **S**$_1$*pc* : animose lusit **CJ**$_3$**L**$_1$**O**$_3$**F**$_2$**PP**$_{11}$: animo selusit **ζ** : animos illusit **L** || **37** reuictum **CJ**$_3$**L**$_1$**P** || **38** traxisse] transisse **F**$_3$: cessisse **ζ** | uadis **L** | stringere **C**

cogitat, hic Phoebi laceros diuellere crines;
40 hic sibi promittit Venerem speratque Dianae
coniugium castamque cupit uiolare Mineruam.
  interea superos praenuntia conuocat Iris,
qui fluuios, qui stagna colunt, cinguntur et ipsi
auxilio Manes; nec te, Proserpina, longe
45 umbrosae tenuere fores; rex ille silentum
Lethaeo uehitur curru lucemque timentes
insolitam mirantur equi trepidoque uolatu
spissas caeruleis tenebras e naribus efflant.
ac, uelut hostilis cum machina terruit urbem,
50 undique concurrunt arcem defendere ciues,
haud secus omnigenis coeuntia numina turmis
ad patrias uenere domos. tum Iuppiter infit:
  'o numquam peritura cohors, o debita semper
caelo progenies, nullis obnoxia fatis,
55 cernitis ut nostrum Tellus coniuret in orbem
prole noua dederitque alios interrita partus?
ergo quot dederit natos, tot funera matri
reddamus. longo maneat per saecula luctu,
tanto pro numero paribus damnata sepulchris.'
60   iam tuba nimborum sonuit, iam signa ruendi
his Aether, his Terra dedit, confusaque rursus
pro domino Natura timet. discrimina rerum
miscet turba potens: nunc insula deserit aequor,
nunc scopuli latuere mari. quot litora restant
65 nuda! quot antiquas mutarunt flumina ripas!

40 sperat- **R***pc*, *cett. mei* : spirat- **R***ac* || **45** ipse *Clauerius* || **46** Lethen euehitur *e membranis Barthius* : Lethaeo inuehitur *Heinsius* || **47** trepido- **P***pc*, *cett. mei* : trepidos- **CL$_1$P***ac* : rapido- **Z** || **49** proruit *uel* uerberat *Heinsius* | orbem *Δ* || **51** munera **PL** | formis *Flor*, *Exc. Gyr.* || **52** patrias] patris* **RS$_1$** : proprias *ζpc* | tum] tunc **C$_1$ Lp$_2$** : cum **gF$_2$** | inquit **K$_6$** || **53** semper *FlorΔ* **RS$_1$** : caelo *cett. mei* || **54** caelo *FlorΔ* **RS$_1$** : semper *cett. mei*, **W$_2$** (*post* progenies) | nullisque* **RS$_1$** || **55** en . . . coniurat *Barthii cod.* | tellus nostrum *FlorΔ* **RS$_1$** *ϱ* : nostram tellus *Burmannus* | axem *uel* arcem *Burmannus* || **56** tulerit- (*aut* **57** profert) *Goodyear* | atros *Ferd. Baehrens* || **57** profert (*aut* **56** tulerit-) *Goodyear* || **58** longo . . . luctu *cett. mei*, **L***ac?* : luctu . . . longo **W$_2$** : longo . . . luctus **L***pc?* : longo . . . ductu *Δ***R** : longo . . . uictu **F$_3$** : longo . . . cursu **R$_{31}$** : longoque . . . luctu *Barthius* : longi . . . luctus *Heinsius* | manet *Barthii cod.* : meat *Barthius* : maneant *Heinsius* : iaceat *Birt* || **60** terra **K$_4$** | ruendi *Flor* **gJ$_3$O$_3$W$_1$RL** : ruenti **CL$_1$F$_2$P***Δ?***S$_1$** || **61** his aether his terra dedit **gJ$_3$W$_1$***pc* **RC$_1$K$_6$LP$_4$** : bisaetheri isterra dedit *Δ*, *sic corr.* : bisaeter is terra dedit **S$_1$** : bis aether bis terra dedit *Flor ζ* : terra dedit bis etheo **CL$_1$P** : terra dedit bis ethereo **F$_2$** : signa dedit bis etheo **K$_4$** : hiis etheris terra **O$_3$** || **62** de mundo *Jeep* || **64** nunc] non **p$_2$** : nec *Heinsius* | caruere *Burmannus* | maris **S$_1$** || **65** mutantur **g** | terras **R**

hic rotat Haemoniam praeduris uiribus Oeten;
hic iuga conixus manibus Pangaea coruscat;
hunc armat glacialis Athos; hoc Ossa mouente
tollitur; hic Rhodopen Hebri cum fonte reuellit
70 et socias truncauit aquas summaque leuatus
rupe Giganteos umeros inrorat Enipeus:
subsidit patulis Tellus sine culmine campis,
in natos diuisa suos.
horrendus ubique
it fragor et pugnae spatium discriminat aer.
75 primus terrificum Mauors non segnis in agmen
Odrysios inpellit equos, quibus ille Gelonos
siue Getas turbare solet: splendentior igni
aureus ardescit clipeus, galeamque nitentes
arrexere iubae. tum concitus ense Pelorum
80 transigit aduerso, femorum qua fine uolutus
duplex semiferi conectitur ilibus anguis,
atque uno ternas animas interficit ictu.
dum superinsultans auidus languentia curru
membra terit multumque rotae sparsere cruoris,
85 occurrit pro fratre Mimans Lemnumque calentem,
cum lare Vulcani spumantibus eruit undis,
et prope torsisset, si non Mauortia cuspis
ante terebrato cerebrum fudisset ab ore.

66 haemoniam **gR** : -um *cett. mei* | uiribus] rupibus $\mathbf{LL_3}$: artubus *Sched. Gud.* : cautibus $\mathbf{K_6}$: arcibus *Heinsius* || **67** conixus $\mathbf{RS_1}$: conixis *Flor* Δ : con(n)exis *cett. mei* : conuexis **g** || **69** Hebri cum fonte *Iuntina* : hebri cum ponte **P***ac, cett. mei* : hebri cum parte **P***pc* : Haemi cum monte *Heinsius olim* || **70** leuatus] uolutus $\mathbf{p_2}$: ligatus *Jeep* || **71** inrorat $\Delta\mathbf{RS_1}$: irrorat *Flor* $\mathbf{gO_3W_1}$ *ul* $\mathbf{K_6L_4}$: irruat $\mathbf{J_3}$: erorat **C** ϱ : exornat $\mathbf{L_1F_2PW_1L}$ || **72** subsedit $\mathbf{RS_1L}$: subditur et *Flor* || **74** fit $\mathbf{F_{19}}$ | strepitum *Birt* | disterminat *Heinsius* || **75** terrificum **g***pc, cett. mei* : -us $\mathbf{CJ_3O_3}$ || **77** quisue Getas *Heinsius* | igne *Flor* || **79** arrexere] aspexere $\mathbf{K_6}$: aspersere *Heinsius* || **80** auerso $\mathbf{F_3}$ ζ | fine *Flor* $\Delta\mathbf{RS_1}$: parte *cett. mei* || **81** semiferi *Gesnerus* : semiferis *cett. mei* : semifero $\mathbf{S_1}$ | con(n)ectitur **P***pc, cett. mei* : conectit Δ : conectibus **P***ac* : complectitur $\mathbf{J_3L}$ || **82** ternas] eternas **g** : trinas $\mathbf{p_2}$ || **83** dum *Barthius, Heinsius* : tum *cett. mei* : tunc **R** | auidus *fort. corruptum* : auido **L**, *Barthius* : rapido *Heinsius* : grauido *Hall* | cursu *Flor* $\mathbf{RS_1}$ || **84** insparsere $\mathbf{O_3P_{11}}$: inspersere $\mathbf{gJ_3C_1p_2}$ | cruoris $\mathbf{RS_1}$: cruorem* *cett. mei* : cruorum $\mathbf{CJ_3O_3P_{11}}$ *ac* ϱ || **85** accurrit *Heinsius* | mimans $\mathbf{CL_1}\Delta\mathbf{L}$: mimas *Flor* $\mathbf{S_1}$: minans $\mathbf{J_3O_3L_4}$: minas **gR** : minax $\mathbf{F_2PW_1C_1L}$ | calentem] cadentem *Flor* Δ, *Exc. Gyr.* : canentem **L** || **87** sed non $\mathbf{P_{11}}$ || **88** terebrato *Heinsius* : celebrato '*unus Mediceus*' *Heinsii* : relaturo *duo Vaticani ap. Heinsium* : releuato *Flor* $\mathbf{L_1O_3P}\Delta\mathbf{S_1C_1P_4P_{11}}$: releuatum **C** : reuelato $\mathbf{gJ_3F_2R}$: reuelatum $\mathbf{W_1}$: reluctato **L** : rebellantis *primo, tum* repens lato *Birt* | fud. ab ore cer. *Buslid.*

ille, uiro toto moriens, serpentibus imis
90 uiuit adhuc stridore ferox et parte rebelli
uictorem post fata petit.
Tritonia uirgo
prosilit ostendens rutila cum Gorgone pectus;
aspectu contenta suo non utitur hasta
(nam satis est uidisse semel) primumque furentem
95 longius in faciem saxi Pallanta reformat.
ille procul subitis fixus sine uulnere nodis
ut se letifero sensit durescere uisu
(et steterat iam paene lapis), 'quo uertimur?' inquit,
'quae serpit per membra silex? quis torpor inertem
100 marmorea me peste ligat?' uix pauca locutus,
quod timuit, iam totus erat; saeuusque Damastor,
ad depellendos iaculum cum quaereret hostes,
germani rigidum misit pro rupe cadauer.
hic uero interitum fratris miratus Echion,
105 inscius auctorem dum uult temptare nocendo,
te, dea, respexit, solam quam cernere nulli
bis licuit. meruit sublata audacia poenas
et didicit cum morte deam. sed turbidus ira
Palleneus, oculis auersa tuentibus atrox,
110 ingreditur caecasque manus in Pallada tendit.
hunc mucrone ferit dea comminus; ac simul angues
Gorgoneo riguere gelu corpusque per unum
pars moritur ferro, partes periere uidendo.
ecce autem medium spiris delapsus in aequor
115 Porphyrion trepidam conatur rumpere Delon,
scilicet ad superos ut torqueat inprobus axes.

89 uiro toto] uelut tuto **R** : uelud tuto $\mathbf{S_1}$: uel actutum *K. Schenkl* : uel a summo *Jeep* | serpente superstcs $\mathbf{S_1}$ || **90** stridere $\mathbf{K_4}$ | rebellis **g** : reuelli $\mathbf{S_1}$ || **91** ferit $\mathbf{RS_1}$ | *post* **91** *deficit* $\mathbf{O_3}$ || **92** obtendens *Heinsius* || **94** *om.* $\mathbf{S_1}$ | pinuque furentem *Heinsius* || **94–95** ruentem / longius *uel* frementem (*iam* $\mathbf{R_{31}}$) / anguibus *Heinsius* || **95** faciem saxi *Flor* (Δ) **R** : facie saxa $\mathbf{S_1}$: formam saxi $\mathbf{CgJ_3L_1F_2PW_1LW_2}$: saxi formam $\mathbf{L_3}$ || **97** ut se] et se $\mathbf{P_{11}}$: etsi Δ | sentit **C** || **98** paene *Flor* Δ $\mathbf{RS_1}$: parte *cett. mei* || **99** quis $\mathbf{gJ_3}\Delta\mathbf{C_1W_2}$: qui *Flor* $\mathbf{F_2W_1RS_1L}$: quid $\mathbf{CL_1P}\varrho$ || **100** uix plura $\mathbf{p_2}$ || **101** saeuitque $\mathbf{RS_1}$ || **102** cum Δ**R** : dum *cett. mei* | hostes (**C**), *cett. mei* : hostis Δ : ictus $\mathbf{gL_4}$ || **104** hinc $\mathbf{W_1}$ | miratus **g**Δ : -ur *cett. mei* || **106** *om.* Δ | aegida resp. *Heinsius* || **107** sublati *Heinsius* | penam $\mathbf{F_3}$ || **108** ira $\Delta\mathbf{S_1}$: iram **R**, *Exc. Gyr.* : ida **P***pc* : idam, idan, ydam, ydan *cett. mei* : idas $\mathbf{K_4}$ || **109** palleneus **R***pc* : pallaneus *Flor* Δ **R***ac* $\mathbf{S_1}$*pc* : pallanes $\mathbf{S_1}$*ac* : palladiis $\mathbf{CgJ_3L_1F_2PW_1L}$ | auersa $\mathbf{K_4L}$: aduersa *cett. mei* : diuersa *Schraderus* || **110** aggreditur *Heinsius* || **114** dilapsus $\mathbf{C_1K_6L_3W_2}$ || **115** rumpere] uellere $\mathbf{A_2}$*pc, mr* : uincere $\mathbf{C_1}$ || **116** inprobus (im-) $\mathbf{W_1}$, *cett. mei* : igneus $\mathbf{W_1}$*ul*

horruit Aegaeus; stagnantibus exilit antris
longaeuo cum patre Thetis desertaque mansit
regia Neptuni famulis ueneranda profundis.
120 exclamant placidae Cynthi de uertice Nymphae,
Nymphae quae rudibus Phoebum docuere sagittis
errantes agitare feras primumque gementi
Latonae struxere torum, cum lumina caeli
parturiens geminis ornaret fetibus orbem.
125 inplorat Paeana suum conterrita Delos
auxiliumque rogat: 'si te gratissima fudit
in nostros Latona sinus, succurre precanti.
en iterum conuulsa feror.'

117 obruit *FlorΔ***R**, *Exc. Gyr.* | undis **g**$\mathbf{J_3}$ || **120** et clamant **R** | placido $\mathbf{J_3}$**R**$\mathbf{C_1}$: pauidae *Schraderus* | cynthi $\mathbf{K_4}$: cinthi **L** : cincto $\mathbf{F_2}$*pc* : contu *Δ* : cuncte **g**$\mathbf{J_3}$**R**$\mathbf{C_1}$: cuncto *Flor***C**$\mathbf{L_1}$$\mathbf{F_2}$*ac***P**$\mathbf{W_1}$: sacro $\mathbf{S_1}$ || **123** extruxere $\mathbf{A_2}$: strauere $\mathbf{L_3}$ | limina **L** : culmina **C** || **125** *adest in* **g**$\mathbf{J_3}$$\mathbf{W_1}$ *(add. mg)* **R**$\mathbf{A_2}$$\mathbf{C_1}$**L**$\mathbf{P_{11}}$ ζ *(add. mg)* : *abest a Flor* **C**$\mathbf{L_1}$$\mathbf{F_2}$**P***Δ*$\mathbf{S_1}$, *Exc. Gyr.* (*'hoc carmen deest in antiquo'*) | perterrita $\mathbf{A_2}$$\mathbf{C_1}$ || **126** rogat *Flor***g**$\mathbf{J_3}$**P***pcΔ***R**$\mathbf{S_1}$**L** : rogant **C**$\mathbf{L_1}$$\mathbf{F_2}$**P***ac*$\mathbf{W_1}$: rogans *Heinsius* || **127** nostro . . . sinu **R** || **128** en . . . feror *om.* $\mathbf{K_6}$ | gigantomachia explicit **R** : finit giganthomachia $\mathbf{S_1}$: explicit $\mathbf{W_1}$: *quod mr in* $\mathbf{A_2}$ reliqua perierunt *adnotauit, tenendum est non esse cur carmen unquam ultra uerbum* feror *processisse existimemus. quod Hieronymi uerba* (*Comment. in Iesaiam 8, 27*) pulchre quidam poeta in Gigantomachia de Encelado lusit : 'quo fugis, Encelade? quascumque accesseris oras, / sub deo (*pro* sub Ioue *uulgo putant*) semper eris' *ad hoc carmen nonnulli rettulerunt, inani indulgentium est hariolationi. nescimus enim quis fuerit ille* quidam poeta

CARMINVM VEL SPVRIORVM VEL SVSPECTORVM APPENDIX

1

IN SIRENAS

Dulce malum pelago Sirenae uolucresque puellae
Scyllaeos inter fremitus auidamque Charybdin
musica saxa fretis habitabant, dulcia monstra,
blanda pericla maris, terror quoque gratus in undis.
5 delatis licet huc incumberet aura carinis
implessentque sinus uenti de puppe ferentes,
figebat uox una ratem. nec tendere certum
delectabat iter reditus, otiumque iuuabat,
nec dolor ullus erat: mortem dabat ipsa uoluptas.

2

LAVS HERCVLIS

Pieridum columen, cuius Parnasia magno
numine templa sonant, Phoebe, precor, huc age laeto

1 *Δ, Camers*
eiusdem in sirenas *Δ* (*in quo post carm. min. 49 comparet*) : Claudianus In Syrenas *Camers* : In Sirenas *Isengriniana* || 1 sirenae *Δ* : Syrenae *Camers* : siren *Cuiacii uetus* | *h. uers. spurium censuit Jeep* || 5 hinc *Jeep* || 6 rupe *Birt* | ferentes *Δ, Camers* : furentes *Cuiacii uetus* : fauentes *Jeep* || 7 coeptum *Heinsius* || 8 otiumque *Δ* : ocimque *Camers* : odiumque *Clauerius* || 9 dolor *Camers, ul, mg* : color *Δ*
2 *Δ, Camers*
eiusdem laus herculis *Δ* (*in quo post carm. min. 53 comparet*) : Claudiani Laudes Herculis *Camers* : Cl. Claudiani Laudes Herculis *Isengriniana* || 1 Pierium *Clauerius* || 2 nomine *Δ* | phoebe . . . laeto *Δ* : laeto . . . Phaebe *Camers* : Latio . . . laeto *Heinsius* ; laetos . . . Phoebe *Jeep* : Phoebe huc *uel* en . . . laeto *Buecheler*

te comitante choro, penetralia sancta sororum
et noua Castalios latices per rura petentem
5 Hippocrenaeo uictorem insistere fonte
me fac. namque tuam non nunc nouus aduena turbam
ingredior, laurusque gerens et florea sertis
tempora uincta tuis, doctorum munera uatum,
testor adhuc ueteres quamuis desuetus honores.
10 Alcides mihi carmen erit, germana Tonantis
progenies, dignus credi post uiscera numen,
cui super inmensos inuicti roboris aestus
nec nasci potuisse uacat: nam lucis in ipsis,
inclyte, primitiis tardo uix editus ortu
15 fecisti de patre fidem. sed cur mihi lentis
ludis adhuc, Cirrhaee, modis tenerumque resultans
luxuriante leues impellis pollice chordas?
pone habitum quo molle canis, et frondis amatae
linque nemus mollique exutus tempora lauro
20 populea mecum carmen luctare sub umbra.
iam graue plus etiam quam uentris tempora uellent
Alcmenam tendebat onus. sed regia Iuno
impedit et partus prohibet nascique uetabat,
ut metus ipse deum monstret; nec uiuida caeli
25 semina mortales norunt sentire latebras
nec possunt sufferre moras. datur inde nouercae
materies; grauibusque odiis augmenta ministrat
quod uinci coepisse pudet.
mox improba binos

3 te comitante choro *Shackleton Bailey* : tecum cuncta choro *Δ*, *Camers* : te coniunge choro *Aldina* : tecum iunge choro *Clauerius* : (laetos) tecum iunge choros *Jeep* || 5 Hippocrenaeo . . . insistere fonte *Heinsius* (*qui et* fonti *coni.*) : hippocreneon . . . sistere fontem *Δ*, *Camers* (-enaeum) : Hippocrenaeum . . . uisere fontem *Jeep* : Hippocrenaeon . . . sistere fontum *Buecheler* : Hippocrenaeon . . . siste refotum *Birt* || 6 me fac. namque *Clauerius* : me fameque *Δ* : me famaque *Camers* : me dignare *Delrius* : me fas namque *Heinsius* : mente faueque *Birt* | rupem *Heinsius* || 7 laurusque *Δ* : -osque *Camers* : -oque *Heinsius* || 8 munere *Heinsius* || 10 germana *Clauerius* : romana *Δ*, *Camers* : non uana *Scaliger* : memoranda *Birt* || 11 dignusque coli *Baehrens* | funera *Burmannus* | nomen *Δ* || 12 cui super *Liuineius* : cui semper *Δ* : semper in *Camers* : semper ob *Clauerius* : cuique per *Birt* | actus *Liuineius* || 13 uix nasci *Burmannus* || 14 inclite *Clauerius* | principiis *Camers* || 16 chirrhaee *Δ* : *corr. Birt* : Cyrraea *Camers* : Cyrrhaea *Clauerius* || 18 mollis amas *Camers* || 19 molli-] miti- *Gronouius* : solita- *Heinsius* || 21 uellent] ferrent *Heinsius* || 22 alcmenam *Δ* : Alcmena *Camers* : Alcmenae *Cuiacius* || 23 partu *Heinsius* || 24 fetus ut ipse *Birt* || 27 alimenta *Heinsius* || 28 se posse *uel* potuisse *Heinsius*

in tua membra iubet, dum nasceris, ire dracones.
30 incumbunt celeres illi, squamosaque iussus
armat colla furor, nec, quamuis maxima tractu,
tardantur spiris; sequitur pars cetera pectus;
tristis Tartarea uibratur sibilus aura;
morte rubent oculi trifidisque horrentia linguis
35 ora sonant nigrumque fremens leuat ira uenenum.
quid nunc inuictis fraudes innectere fatis,
caelicolum regina, iuuat? cur obicis angues,
cur paruo geminos? anne unum posse necari
iam strato Pythone times? licet omnia mundi
40 monstra uoces ipsamque armes serpentibus Hydram,
defendet natura deum patremque probabit,
quod non uis constare, Iouem.
iamque inrita taetri
iussa parant implere angues miseroque furore
in sua fata tument. cernit tua membra petentes
45 horrescitque parens numenque ignara creasse
mortali pietate timet. nil, sancta, superbae
paelicis insidias caelo modo feta tremescas,
neue haec monstra tibi faciant, Alcmena, pauorem.
sic mater potes esse dei. iam tolle serenum
50 laeta animum tantoque libens haec aspice uultu
ut deceat genuisse Iouem. depone pauorem
indignum partu, natumque exemplar habeto.
cui metuis, nihil ipse timet. nam lumine recto
ridebas tu, diue, truces, animosque superbos
55 de genitore tenes, uotisque aptissimus orbis
gaudebas tantam iam tum meruisse nouercam.

32 tardantur spiris *Camers* : tardatam spiris *Δ* : tardantur spirae *Heinsius* : tardata spiris *Riese* : tarda tamen spiris *Birt* : tardatum spiris *Ziehen* || **35** leuat] pluit *Heinsius* : fluit *uel* liquat *Birt* || **36** inuitis *Heinsius* || **37** obiicis *Camers* || **41** defendit *Δ* || **42** non uis *Δ* : nouit *Camers* : nolis *Heinsius* | irrita *Camers* || **43** misero- *Camers* : miserum- *Δ* : uerso- *Heinsius* || **44** in tua *Scaliger* || **45** numenque *Camers* : nomenque *Δ* : numen quae *Koch* | creasse *Clauerius* : creasset *Δ*, *Camers* || **46** materna *u. d. ignotus in exemplari Cuiacii* | nihil *Δ* || **47** feta *Hall* : freta *Δ*, *Camers* | tremiscas *Clauerius* || **49** si *Heinsius* || **50** tanto-] tuto- *Riese* : blando- *uel* lento- *Baehrens* : tali- *Birt* | aspice *Δ ut uid.* (*non* adspice), *Camers* || **51** tenuisse *Cuiacius* | Ioui *Heinsius* | pauorem *Δ* : timorem *Camers* : fauorem *Aldina* || **52** natum quae *Camers* | habeto *Clauerius* : habebat *Δ* : habebas *Camers* : habebis *Jeep* || **53** nil *Camers* | lumine *Liuineius* : numine *Camers* : nomine *Δ* || **54** trucesque *Camers* || **55** tenens *Heinsius* || **56** tantum *Δ*

corripis exiguis mox grandia guttura palmis
et quamuis teneri cogens in brachia pondus
corporis †impressos liuens† tellure dracones.
60 efferat aetherium quantum uolet orbis in axem
Latoidas uerosque probet sua fabula diuos,
quod Delo iam stare licet. non aequa laborum
gloria, nec parili serpentes sorte necarunt,
illi unum ferro, geminos hic inermis et unus!
65 his coeptis non ulla parat cunabula fatum,
diue, tibi; sed cum totis iam bruma rigeret
imbribus et solidis haererent flumina lymphis,
nudum praegelidis durando firmat in undis.
utque rudes primo temptasti robore gressus,
70 frondosae deserta uagus penetralia siluae
secura iam matre petis telisque tremendis
ludis et aerias adducto deicis arcu
aut funda uiolentus aues noctemque sub astris
exigis et puram fractis bibis amnibus undam.
75 immanem interea Nemeae per lustra leonem
ipsa Chimaeraea cretum de gente nouerca
in tua depastis armabat uota iuuencis,
augebatque fero uires rabiemque iuuabat
naturam minus esse putans. heu quanta uirorum

58 *ante* **57** *locauit Jeep* || **58** et quamuis teneri *Aldina* : ex quamuis teneri *Δ* : et quamuis teneris *Camers* : et quamuis crebris *Heinsius* : et manibus teneris *Riese* : et quamuis tener es *Jeep* : corporis et teneri *Shackleton Bailey* | cogunt se in brachia nodis *Heinsius* || **59** *del. Jeep* | corporis *Buecheler* : corripis *Δ*, *Camers* : porrigis *uel* proicis *Heinsius* | impressos liuens *Δ* : illidens prensos *Camers* (*quod ad uerum fort. propius accedit*) : impressos licuens *Aldina* : impressos linquens *Liuineius* : impressos uincis *uel* torques *Buecheler* : impressos releuans *Birt* : impressos liquas *Ziehen* : inlidis pressos *Hall* | constringis pressos releuans *Riese* || **60** aethereum *Camers* | uolet *Camers* : uolit *Δ* : uelit *Hall* || **61** laetoidas *Δ* | fauola *Δ* || **62** quo *Δ* || **63** parilis serp. sortete *Δ* || **64** hic inermis *Camers* : inhermis *Δ* : et inermis *Aldina* || **65** illa *Birt* | fatum *Hall* : partus *Δ*, *Camers* : uirtus *Shackleton Bailey* || **66** diua *Camers* | totis] motis *Heinsius* : effusis *uel* ruptis *Shackleton Bailey* || **69** rudis *Camers* | tentasti *Camers* || **70** uagus deserta *Δ* || **71** tremendis *Camers* : -as *Δ* : -um *Heinsius* : -us *Baehrens* || **72** ludis *Camers* : laus *Δ* | et aerias *Δ* : in aethereas *Camers* : aetherias (*om.* et) *Aldina* | deiicis *Camers* || **73** uiolenter *Camers* || **74** et crudam *Heinsius* || **75–76** *uerba* Nemeae per lustra leonem / ipsa Chimaeraea (Chymeraea *Camers*) *in Δ non adsunt* (*nempe cum per homoeoteleuton omissa sint*), *sed primum in Camertis editione comparent* || **77** tua *ex* sua *corr.* *Δ* : tua *Camers* | fata *Hall* || **79** naturam *Δ* (*non* natura), *Camers* | heu quanta *Camers* : quantaque *Δ* : quanta ille *Birt* : qui quanta *Hall*

80 funera, quam multos †strauit cum dentibus apros!
non illum magnae uiduatis moenibus urbes
armorum fregere minis, Martique domando
adsuetas morsu fudit grauiore cateruas.
hunc grauis Eurystheus (nam te, quo cuncta leuares,
85 imperium duri uoluit sufferre tyranni
sic mundo Fortuna fauens), hunc sternere leto
imperat. o nullum uirtus reticenda per aeuum
dignaque sidereos post membra intrare recessus,
posse mori quam uile putas! namque impiger ultro
90 uadis et inmensae scrutatus deuia siluae
in noua sanguineos armantem uulnera rictus
(admonita feritate iubas uisuque cruentus
excussis mouet arma toris dubiumque residens
infremit) inuadis trepidum solisque lacertis
95 grandia corripiens eluso guttura morsu
inbellem fractis prosternis faucibus hostem.
quin et flauicomis radiantia tergora uillis
ceu spolium fuso uictor rapis. emicat omnis
in laudes mox turba tuas longoque relicta
100 currit in arua metu. iuuat ire et libera rura
defensosque uidere locos siluamque iuuencis
iam facilem et nullis resonantes fletibus agros.
Maenalium petis inde nemus fletamque colonis
Arcadiam et raro steriles iam robore siluas.
105 namque hic inmensa membrorum mole cruentus
indomitus regnabat aper soloque tremendus
corpore lunatis fundebat dentibus ornos

80 strauit sementibus agros *uel* construit messibus agros *uel* cumulauit gentis aceruos *Heinsius* : strauit cum gentibus agros *Riese* : strauit tum dentibus agros *Baehrens* : strauit cum dentibus atrox *Birt* | funera constrarunt candentibus ossibus agros *Haupt* || **81** montibus *Camers* | urbis *Δ* || **83** assuetas *Camers* || **84** Euristheus *Camers* | quocumque *Camers* || **87** o *Hall* : tum *Δ* : at *Camers* || **89** iam *Jeep* | putat *Clauerius* || **90** et *om. Δ* | immensae *Camers* | inuia *Δ* | scruteris ut inuia *Birt* || **91** armantem *Camers* : armante *Δ* : animasti *Clauerius* | *post h. u. aliquid excidisse putat Riese* : *uerba* admonita . . . infremit *parenthesi includit Buecheler* || **92** admonitae *Heinsius* : -us *Birt* | iubas *Δ* : iuba *Camers* : iubae *Heinsius* || **94** infremuit *Δ* | tumida *u. d. ignotus in exemplari Cuiacii* | solidis- *Heinsius* : totis- *Riese* || **95** *del. Jeep* | eliso *Barthius, Heinsii ed. prior* || **96** imbellem *Camers* | prosterni *Δ* || **97** tunc et *Camers* || **101** desertos- *Baehrens* | focos *Heinsius* || **102** nulli *Δ* || **104** raro steriles *Aldina* : raro sterelis *Δ* : steriles raro* *Camers* || **105** immensa *Camers* | rigentum *Heinsius* || **106** solidoque *Heinsius* || **107** fundebat *Δ* : fundebant *Camers* : findebat *Cuiacius* | dentibur *Δ*

sternebatque suis lugentia rura colonis.
horrebant rigidis nigrantia corpora saetis,
110 duratusque armos scopulis, totosque per artus
difficilis potuisse mori. non spicula in illum
nodosumue rapis clauato pondere robur;
armati uiduatur honos, nec uulnera uirtus
exemplo sibi facta timet. iamque arripis ultro
115 spumantem cogisque diem sufferre tuendo
atque supinando mirantem †limina uinci
Argolici uictor portas sub tecta tyranni.
fama celer toto uictorem sparserat orbe,
auxiliumque dei poscebat Creta cruento
120 uicta malo. taurus medio nam sidere lunae
progenitus Dictaea Iouis possederat arua.
fulmen ab ore uenit, flammisque furentibus ardet
spiritus, et terram non caeli flamma perurit,
sed flatus monstri †dextro† iam Siria cessent
125 sidera solque, uelut glaciali frigore uictus,
abstrusum mundo claudat iubar, aurea condens
lumina, et ignifluo stupefactus in orbe tepescat!
aestus habet Cretam. pereunt siluaeque lacusque
graminaque et fontes sacri, montesque perurit
130 flamma ferox. Idam superis spectantibus ignis
dissipat, et magno cunabula grata Tonanti
igne suo monstrum, si fas est dicere, uincit.
tandem fama celer Dictaea ad litora magnum
duxerat Alciden, cum taurum dira minantem

108 suos ... colonos *Camers* | ingentia *Riese* || **109** horrebat *Heinsius* | trifidis *Camers* | tergora *Heinsius* || **110** duratus- *Wernsdorf* : -os- *Δ*, *Camers* | scapulis *Heinsius* | tutos- *Heinsius* || **112** clauato *Liuineius, Pulmannus* : grauato *Δ*, *Camers* : grauidato *Clauerius* || **113** uitatur *Baehrens* || **114** extemplo *Camers* | sibi *Wernsdorf* : tibi *Δ*, *Camers* || **115** deum *Riese* || **116** supinato *Clauerius* : inopinato *Baehrens* | limina uinci *Δ* : lumina uinci *Camers* : lumina uinctum *Birt* : lumina uincis (*a uinciendo*) *Koch* : uimine uincis *Shackleton Bailey, qui* et *post* Argolici *inserit* : fulmina uinci *Hall* || **117** portans *Koch* || **118** uolans *Clauerius* | orbe *Camers* : urbe *Δ* || **119** Creta cruento *Camers* : creata crudeli *Δ* : Creta crudeli *Aldina* || **124** dextro] tetri *Scaliger* : taeter *Heinsius* : retro *Riese* : tecto *Jeep* : dempto *Birt* | siria *Δ* : Syria *Camers* : Sirius *Jeep* | cesset *Clauerius* : erret *Jeep* || **125** sidera *Scaliger* : sidere *Δ*, *Camers* | uelut *Hall* : licet *Δ*, *Camers* | uictus *Camers* : uictor *Δ* || **126** iuba *Δ* || **127** limina *Δ* | ignifluus *Δ* | tepescat *Camers* : tepescet *Δ* : tremescat *Baehrens* || **128** siluaque *Δ* || **129** sacri *Camers* : sagri *Δ* : sicci *Buecheler* || **133** uixdum fama *Jeep* || **134** qui *Baehrens*

135 accipit et saeuum cornu flammasque uomentem
corripit atque artus constringens fortibus ulnis
ignifluos flatus animamque in pectore clausit.

3 A

DE DVLCIO

Nectareo muro dulces cinguntur harenae.

3 B

DE DVLCIO

Suaue tibi nomen; sed si te talia tangunt,
moribus atque animo postea dulcis eris.

4

DE ZONA A SERENA ARCADIO AVGVSTO MISSA

Stamine resplendens et mira textilis arte
balteus alipedis regia terga liget,
quem decus Eoo fratri pignusque propinqui
sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.
5 hoc latus adstringi uelox optaret Arion,
hoc proprium uellet cingere Castor equum.

135 excipit *Scaliger* || *truncum carmen esse censuit Heinsius; sed non minus ueri simile est auctorem, quisquis fuerit, taedio superatum uel potius ingenio destitutum post u. 137 scribere desiisse*

3 A R$K_6$$P_{12}$

de dulcio **R** (*subiuncto titulo* de lucusta *qui ad proximum in hoc cod. carmen, uidel. carm. min. 24, spectat*) **K_6** (*in catalogo*)

3 B R_{37} ψ

2 post ea *Riese*

4 R$K_6$$P_{12}$

item de zona missa ab eadem archadio augusto **R**, *qui hoc carmen post carm. min. 48 locat. carmen fortasse genuinum* || 2 liget **R***pc, mr* : ligat **R***ac***$K_6$$P_{12}$** || 3 quod **$K_6$**

5

EPITHALAMIVM DICTVM LAVRENTIO

In primis te, sponse, precor, patiare canentem,
teque, puella, magis, tacito mihi crimine parcas.
scimus enim, scimus uobis nunc carmina nostra
doctiloquique etiam linguam sordere Maronis.
5 sed breuiter strictimque duos dicemus amantes,
materiesque licet plus quaerat, pauca loquemur.
principio generis simili uos stirpe creatos
Florenti Florique patrum sat nomina produnt.
matribus et pariter respondet fetus uterque:
10 nam decuit Mariam sapientem fundere ********
Calliopenque simul iuuenem proferre to********
o similes multumque pares! te prima iuuentus
insignem uegetumque tenet; nam nuper *********
florigenas plenaque decens lanugine malas
15 mollia uotifero dempsisti uellera ferro.
egregio fulges cultu totusque decorus,
ex facie mores patriamque ex nomine pandens:
nam quae primates quondam genuere Latinos
antiquaeque urbi proprium tribuere uocamen,
20 dant tibi, Laurenti, Laurentes nomina Nymphae.
quid memorem mores iuuenili in corde seniles
atque Italum ingenium Romana feruere lingua?
tu fora, tu leges celebras sanctumque tribunal
promptaque impauidus tu suetus dicere dextra.

5 RK$_6$ (*hic illic tantum citatus*)
incipit epythalam̄ laurentii **R** : e thalamium laurentii **K$_6$** *in catalogo* || *uersus 11–12 carminis in hac appendice duodecimi huic epithalamio praefigere uoluit Baehrens* || 2 crimine *Wernsdorf* : carmine **R** || 4 sordere *Wernsdorf* : solidare **R** : superare *L. Müller* || 6 materiesque licet *Buecheler* : maria qu.^{li}.cet (li *add. mr*) **R** : Maia quid et sponsus *uel* Laurens *L. Müller* : materia atque licet *uel* magnaque causa licet *Birt* || 8 Florentis *Clauerius in Indice* | patrum *Haupt* : patris **R** | produnt *Burmannus* : prodet **R** : prodent *Heinsius* || 10 Maiam *L. Müller* | *in spat. rel.* natam *uel* prolem *suppl. L. Müller* || 11 *in spat. rel.* togatum *suppl. L. Müller, Riese*, tonantem *Birt* || 13 *in spat. rel.* adultus *uel* ephebus *suppl. L. Müller*, opacus *Jeep*, ad aras *Buecheler*, opertus *Birt* || 14 florigenas **R** : florigeras *Riese* : flore genas *Jeep* | -que decens **R** : incedens *Riese* : -que tegens *Baehrens* | malis *Riese* || 16 fulgens *L. Müller* | lucesque *Jeep* || 17 ex[1] *Birt* : et **R** | facie **R**?*ac* (faciem *uel* facies *cernere sibi uidebatur Birt*) **K$_6$** : faciem et **R***mr* | pandis *Riese* || 21 in *del. L. Müller* || 22 italum **R** : ithalum **K$_6$** : altum *Jeep* : Ithacum *Birt* || 24 promptaque et impauidus *L. Müller*

25 te palmam insontes semper tenuere patrono,
te contra adstantem semper timuere nocentes.
prorsus habes iuuenis totum quod Tullius auctor
causidicos retinere iubet: nam, fultus utroque,
uir bonus es nimium fandi pariterque peritus.
30 ad te nunc breuiter (nam sic te uelle putamus)
uerba, puella, feram, pulchro formosa colore.
lilia ceu niteant rutilis commixta rosetis,
sic rubor et candor pingunt tibi florida uultus.
denique miramur quod colla monilia gestant;
35 ex umeris frustra phaleras inponis eburnis.
non tibi nam gemmae, sed tu das lumina gemmis,
quodque alias comit, per te iam comitur aurum.
*****a loqui scriptique tenax ueloxque legendi,
*** tamquam talis fueris praesaga mariti
40 **** Musaea tuis insedit cura medullis.
nec minus in propriis studium: nam uellera lanae
textilibus calathis semper tractare perita
inque globos teretes coeuntia uoluere pensa
compositas tenui suspendis stamine telas,
45 quas cum multiplici frenarint licia gressu
traxeris et digitis cum mollia fila gemellis,
Serica Arachnaeo densentur pectine texta
subtilisque seges radio stridente resultat.
sed iam sufficiat de magnis pauca loquutum:
50 nec sinit hoc tempus totas nunc pandere laudes.
quin magis, o pueri, uosque exaudite, puellae,
quas optare pares thalamos taedasque iugales
sensibus ex imis suspiria ducta fatentur!

25 te palmam insontes *L. Müller* : te insontes palmam **R** || **26** stantem *L. Müller* || **29** pariterque *Heinsius* : patq; **R** || **30** ad *Heinsius* : at **R** || **32** rident *L. Müller* || **33** Florida *sponsae nomen putant Fleckeisen (Jahrb. 1868, 707), Riese* || **34** gestent $\mathbf{K}_6$ || **35** ex **R** : atque *Wernsdorf* : ecce *Jeep* | suspendis *Burmannus* | eburnas $\mathbf{K}_6$ || **36** non tibi nam **R** : nam tibi non $\mathbf{K}_6$: non tibi dant *Baehrens* || **37** quodque *Jeep* : atque **R** : utque *L. Müller* | iam comitur *L. Müller* : componitur **R** : quod comitur *Eldick* || **38** *in spat. rel.* docta *suppl. Buecheler*, scita *Baehrens*, ipsa *Birt*, prompta *Hall* : *aliter Heinsius, qui incipit* eloquii : eloquii es *Riese* : addo quod es *L. Müller* || **39** *in spat. rel.* et *suppl. Heinsius*, scis *Birt* | *post* **39** *un. u. excidisse censet Jeep, uelut e. g.* astas ipsa uiro pertentans omnia facta || **40** *in spat. rel.* haec *suppl. L. Müller*, sic *Jeep*, iam *Buecheler*, et *Baehrens* || **42** calathis $\mathbf{K}_6$: galathis **R** | traxere $\mathbf{K}_6$ || **43** ueteres $\mathbf{K}_6$ | uoluere *Buecheler* : uellera **R** : uellere *Wernsdorf* : pectere *L. Müller* || **45** frenarint *L. Müller* : frenarunt **R** || **46** tum *ut uid.* $\mathbf{K}_6$ || **50** non $\mathbf{K}_6$ | effundere uires $\mathbf{K}_6$ || **52** quos $\mathbf{K}_6$ || **53** eximis **R***mr* : *separauit Heinsius* : eximiis **R***ac*

consertas prensate manus magnumque per orbem
55 dextra liget laeuam. festos celebrate hymenaeos
ac modulante melos pariter caesoque pauito
cum pede uox resonet: persultent atria larga,
quae uirides cingunt hederae laurique coronant
uotigerique ignes, stellantia lumina, complent.
60 tympana, chorda simul, symphonia, tibia, buxus,
cymbala, bambilium, cornus, aes, fistula, sistrum,
quaeque per aeratas inspirant carmina fauces,
umida folligenis exclament organa uentis.
surge age iam, iuuenis: dextram complectere sponsae!
65 tuque, puella, caput niueo uelamine tecta
non cunctante gradu gressum comitare mariti.
teque etiam paucis moneamus, pronuba, uerbis.
cum fuerit uentum ad thalamos primumque cubile,
sit tibi cura uigens innoxia reddere membra
70 uirginis, ut totum quod possit laedere demas.
nullum sit capiti quo crinis comitur aurum
nec collo maneant nisi quae sunt leuia fila,
anulus et digitis tollatur mollibus asper
ac niueos auro propera spoliare lacertos,
75 ne, dum †faro† ludunt atque oscula dulcia iactant
exercentque toris Veneris luctamen anhelum,
cuncta per amplexus foedentur membra mariti
atque inuita uiri maculet quae diligit ora.
ite pares tandemque toro recubate potito.

54 consertas **R** : consertae *Baehrens* : conserite ac *Birt* | pressate *Buecheler* || **55** fastos $\mathbf{K_6}$ || **56** modulate* *L. Müller* | melo *Hall* | caesoque pauito *L. Müller* : cesoque pauinto **R** : caeso pauimento *Heinsius* : caeso paumento *Haupt* : quasso pauimento *Riese* | *post* **56** *u. excidisse putat L. Müller, uelut* in numerum castas alacres agitate choreas || **57** longa *Heinsius* || **59** uotiferique ignis *L. Müller* | stellantia lumina **R** : stellantia limina *Heinsius* : stellanti lumine *Jeep* || **60** corda **R** : *corr. Heinsius* || **61** bambilium **R** : bombalium *Burmannus* : bambylium *Buecheler* : bombylium *Birt* | aes *Birt* : et **R** | sistrum $\mathbf{K_6}$: si *tantum* **R**, strum *add. mr* | *post* **61** *u. deesse censet Jeep* || **62** fauces *Haupt* : uoces **R** || **63** folligenis *Burmannus* (*adstipulari uidetur Aldhelmus, p. 212 Giles*) : folligeris **R** | exclament *Wernsdorf* : -ant **R** | uentis *L. Müller* : uotis **R***pc* : uocis **R***ac*$\mathbf{K_6}$ || **67** tuque . . . monearis $\mathbf{K_6}$ || **69** ingens *Heinsius, fort. incuria, ut e Burmanni silentio concluditur* || **70** et *Birt* || **72** iaceant $\mathbf{K_6}$ | mollia filo *Heinsius* || **73** e *Aldhelmus* (*p. 288 Giles*) || **75** ne *Jeep, tamquam e* **R** : nec **R** | faro ludunt **R** : *spat. rel. om.* $\mathbf{K_6}$: proludunt* *Riese* : ambo ludunt *L. Müller* : hilare ludunt *Buecheler* : par ludunt *Birt* | iungunt *Birt* || **77** cuncta **R** : puncta *Eldick* : iuncta *L. Müller* || **79** potito **R** : petito *L. Müller* : potiti *Birt*

80 mellea tunc roseis haerescant basia labris
et compressa suis insudent pectora membris
*** niueosque umeros collumque per os*****
dextera ceruicem roseam subiecta retentet
turgentesque simul constringat laeua papillas.
85 uiuite felices quam longaque carpite saecla;
uiuite concordes, donec premat una senectus
******** uestra habeant natorum uota nepotes.

6

DE LIBERALIBVS

Lęneę uitisator Bromie Semeleie Bache
thyrsitenens bimater trieterice Nysie Liber
flos Ariadnee †coriatice† laete Tyoneu,
da reditum nobis: sic totis dulcia riuis
5 musta fluant spumetque cauis uindemia labris.

5 **80** tunc **R**, *Aldhelmus* (*p. 306 Giles*) : nunc *Eldick* | labia *Aldhelmus* || **81** uir sudet per *Birt* | corpora *Riese* | uinclis *Baehrens* || **82** *in spat. ad init. uac.* per *suppl.* **R***mr* | *in spat. ad. fin. uac.* -que caputque *suppl.* **R***mr*, reflexa *mr altera*, -que genasque *Heinsius*, (os)cula manent *L. Müller*, -que ligatis *Buecheler*, -que marita *Birt* || **82** *ante* **81** *posuit L. Müller* || **83** niueam $\mathbf{K}_6$ || **84** stringentesque $\mathbf{K}_6$ || **86** ima *Jeep* || **87** *in spat. rel.* donec *suppl.* **R***mr*, et iam *L. Müller*, ambo et *Birt* | uestra *om.* $\mathbf{K}_6$, multorumque *suppl.* $\mathbf{K}_6$*ma* | iura $\mathbf{K}_6$

6 **R**$\mathbf{K}_6$ $\mathbf{R}_{37}$ ψ : *e Cuiacii uetere et Sched. Gnos. transcripsit Clauerius*

de liberalibus **R***mg*, *mpr* : laus liberi $\mathbf{K}_6$, *Clauerius* : de baccho (uel ad bacchum) $\mathbf{R}_{37}$: de baccho uel ad bacchum ψ || *ut in carmine infimae notae a balbutiente uersificatore composito orthographiam nominum propriorum quam exhibet* **R** *deprauatam non minus quam deprauatam prosodiam plerumque retinui* || **1** lęneę **R** : lenis $\mathbf{R}_{37}$ ψ, *Clauerius* | uitisator $\mathbf{R}_{37}$ ψ, *Clauerius* : uittis sator **R** : uitis sator $\mathbf{K}_6$ | bromie **R** : proles $\mathbf{R}_{37}$ ψ, *Clauerius* | semeleie **R** : semeleia $\mathbf{R}_{37}$ ψ, *Clauerius* | Bacche Lyaee sator uitis Semeleie Bromie *Jeep* || **2** *uerba post* tirsitenens *om.* $\mathbf{K}_6$: *uers. om.* $\mathbf{R}_{37}$ ψ, *Clauerius* | biparens *Jeep* || **3** *spat. rel. om.* $\mathbf{K}_6$: *om. praeterea* $\mathbf{R}_{37}$ ψ, *Clauerius* | flosaria dene **R** : *corr. in* flos Ariadnaee *Jeep* | coriatice **R** : curetice *Heinsius* : et chorearum *Jeep* : Corybantice *Buecheler* || **4** riuis **R** : uerbis $\mathbf{K}_6\mathbf{R}_{37}$ ψ, *Clauerius* || **5** musta fluant *Riese* : musa fluant **R***ac* : musa fluat **R***pc* : mella fluant $\mathbf{K}_6\mathbf{R}_{37}$ ψ, *Clauerius* | spumetque cauis uindemia labris **R** : spumet uindemia labris (*spat. sex litt. ante* spumet *uac. rel.*) $\mathbf{K}_6$: totis spumet uindemia labris $\mathbf{R}_{37}$ ψ : totis spumet vndemia et labris *Clauerius*

7

LAVS MARTIS

Mars, pater armorum, fortissime belligerator,
esto uolens mitis facilis deus, esto benignus:
sic tibi post pugnas et pastos sanguine campos
amplexus tribuat uinclis secura Cithere.
5 tu crista galeaque rubes, tu pulcher in aere;
incutis e uultu radiantia lumina ferro.
te thorax galeaque tegunt, non quo tibi terror
hostilis subeat, sed quod decor exit ab armis.
tu cum pulsatum clipei concusseris orbem,
10 inmugit mundus, tellus tremit, aequora cedunt.
da nobis reditum; patriam repetamus ouantes:
sic tibi lasciuae celebrentur in urbe Kalendae.

8

DE IVNONALIBVS

******* poli domina, cui uincla iugalia curae
⟨supr⟩emi caeli regis coniunxque sororque,
⟨da re⟩ditum nobis: sic regnum transeat orbis . . . .

7 R$\mathbf{K}_6\mathbf{R}_{37}$ ψ
laus martis **R***mg, mr,* $\mathbf{K}_6$ *in catalogo* : de marte (uel ad) $\mathbf{R}_{37}$: ad martem uersus rhopalicus ψ || 1 belli gerantum $\mathbf{R}_{37}$ ψ || 2–12 *om.* $\mathbf{R}_{37}$ ψ || 2 mittis **R** || 4 tribuit $\mathbf{K}_6$ | uincli* *Heinsius* || 6 et uultu *Birt* || 7 torax **R** | galea-] cassis- *Meyer* : ocreae- *Riese* : gladius- *Jeep* || 8 exit **R***mr* : erit **R***mpr* || 9 pulsati $\mathbf{K}_6$ || 11–12 *om.* $\mathbf{K}_6$ || 11 da reditum nobis* *Riese, cf. carmm. 6 et 8 huius appendicis*
8 R
iunonalibus (*om.* de) **R***mg, mpr* : de iunonalibus $\mathbf{K}_6^*$ *in catalogo* : Ad Iunonem *Jeep* : Laus Iunonis *Baehrens* || 1 *in spat. rel.* atque *suppl.* **R***mr,* alma *uel* diua *L. Müller,* sancta *Riese,* Iuno *Jeep,* summa *Birt* | domina **R***mpr* : dominae **R***mr* : dominans *Jeep* || 2 *in spat. rel.* supr *suppl.* **R***mr* : aeterni *Jeep* || 3 *in spat. rel.* da re *suppl. L. Müller, Riese* : det re *suppl.* **R***mr*

9

DE HIPPOPOTAMO ET CROCODILO

Vtraque fecundo nutritur belua Nilo,
quaeque uorat morsu quaeque sub ore fremit.

10

DE AQVILA QVAE IN MENSA DE SARDONYCHE LAPIDE ERAT

Mensa coloratis aquilae sinuatur in alis,
quam floris distinguit honos, similisque figura
texitur: inplumem mentitur gemma uolatum.

11

DE ISIDIS NAVIGIO

Isi, o fruge noua quae nunc dignata uideri
plena nec ad Cereris munera poscis opem
(nam tu nostra dea es nec te deus ipse tacendi
abnegat expertus quis tua uela ferat:
5 namque tibi Zephyrus fauet ac Cyllenius ales):
ne nostra referas de regione pedem.

9 R (*post* Epithalamium dictum Palladio, *carm. min. 25*) $\mathbf{K_6 R_{37}}$ *ψ, Clauerius*
incipit de hipopotamo **R** : de ippotamo et cocodrillo $\mathbf{K_6}$ *in catalogo* : de hyppopotamo $\mathbf{R_{37}}$: de hippopotamo *ψ* : De Hippopotamo et Crocodilo *Clauerius* || 1 ut quae $\mathbf{R_{37}}$ *ψ, Clauerius* | bellua $\mathbf{R_{37}}$ *ψ, Clauerius* || 2 quaeque necat $\mathbf{R_{37}}$ *ψ, Clauerius*
10 $\mathbf{RK_6 R_{37}}$, *Clauerius*
quae in mensa de sardonyche lapide erat (de aquila *om. in inscr.*, *habet in subscr.*, *cett. om.*) **R** : de aquila $\mathbf{K_6}$ *in catalogo*, $\mathbf{R_{37}}$, *Clauerius* || 1 sinuatur] iuuatur *Clauerius* : uariatur *Barthius* || 2 florum $\mathbf{R_{37}}$, *Clauerius*
11 $\mathbf{R_{37}}$
de isidiae nauigio (uel Isidis *mg*) $\mathbf{R_{37}}$: de ysidis nauigio $\mathbf{K_6}$ *in catalogo*

12

DE LAVACRO

Qui splendere cupis claro tenuique lauacro,
Pontica succedas in balnea nobilis undae,
quam nec Alexandri mater sub sole cadenti
emeruit, non si uaria se aspergine Gai
5 effundat per aperta latex e sedibus imis
cum Syrio unguento, semper cui roscidus umor.
hic femora et suras et brachia molliter ambit
et rigat in pluuiam sensimque ad colla resultans
tangit odore leui et grato spiramine nares
10 lenis et externas admittere nescius artes.
  huc ades, o Florens, et festa luce relaxa
mentis onus nebulasque fuga, quae frontis honorem . . .

13

DE VINALIBVS

Non tibi uina placent, o insanabilis hospes?
nec mens est Thebana tibi, licet aggere celso
Dircaeae rupis dicas fluxisse parentes?
uertice de Nysae per rura et nostra Lyaeus
5 transiit impleuitque uias nigrantibus uuis.
musta sibi posuit pater, et non tempore ab illo
desierant haec sacra coli uatumque sonoro
carmine Mincius et strepuit circumsita ripa
fluminis Etrusci quod non aequabit Orontes.

12 $\mathbf{R}_{37}$ ψ
4 non sic *Buecheler* | caii $\mathbf{R}_{37}$ ψ : *corr. Birt* : Bais *uel* gratus *uel* talis *Buecheler* || 6 cui semper* ψ || 7 bracchia ψ || 8 ingluuiem *Birt* || 11 *et* 12 *ad init. carm. huius appendicis num. 5 rettulit Baehrens* | *in fine aliquid deesse indicant* $\mathbf{R}_{37}$ ψ
13 $\mathbf{R}_{37}$ ψ
De uinalibus *Index Clauerianus* || 4 nisae $\mathbf{R}_{37}$ ψ : *corr. Birt* | per rura et nostra ψ : per nostra rura $\mathbf{R}_{37}$: perlustrans rura *Buecheler* : per rura et lustra *Hall* | liaeus $\mathbf{R}_{37}$ || 6 siti *Birt* || 7 desierūnt *Schraderus* || 8 et tremuit ψ || 9 quod *Baehrens* (*qui et* quam *proposuit*) : quem $\mathbf{R}_{37}$ (*postea expunct.*) ψ

14

DE CYTHERA

Forte erat Aurorae tempus Solisque quadriga
fecerat aduentu sonitum per mobile marmor
†adstantis pueri† cum te, mea bella Cythere,
aspicio uenientem et tu mea limina grato
5 introitu dignata rosas et lenis amomi
delicias miras tecum allicis, unde sequutae
Palladis et frondes nulliusque inscia laurus.
atria nostra uirent, et agunt in limine primo
radicem platani; ad portam uenit arbutus ipsam.
10 felix multum arbos, imitans miracula Pindi
quae non delebit liuor nec sera uetustas.
o iucunda nimis, tenui quae uisa poetae,
dum credis uitium non auscultare Camenis.

15

DE CEREO

Flora uenit. quae Flora? dea. an de gente Latina?
non reor. haec Chloris dicta per arua fuit.
huius in aduentum radiant de nocte lucernae;
nam nitet atque hilarat lumine cuncta suo.
5 cerea materies apibus debetur amicis.
floribus atque hortis sit, precor, aequa meis,
non ut mel rapiam, cuius non tangor amore,
sed cera in talem fiat ut alba diem.

14 $\mathbf{R}_{37}$ ψ
de cythera $\mathbf{R}_{37}$ ψ : de cethera $\mathbf{K}_6$ *in catalogo* || **2** aduentu *Schraderus* : et uentum et $\mathbf{R}_{37}$ ψ | mobile *Hall* : nobile $\mathbf{R}_{37}$ ψ || **3** ast- ψ || **8** agunt $\mathbf{R}_{37}$*mg, mpr,* ψ : agens $\mathbf{R}_{37}$ ψ*mg* | limite $\mathbf{R}_{37}$ || **9** ipsa *Buecheler* || **10** multum *Baehrens* : multa $\mathbf{R}_{37}$ ψ : culta *Buecheler* || **11** quae $\mathbf{R}_{37}$ ψ*mg* : quam $\mathbf{R}_{37}$*mg, mpr,* ψ || **12** nimis] comes *Buecheler*
15 $\mathbf{R}_{37}$ ψ
de cereo $\mathbf{R}_{37}$ ψ (flore *add. ma*) $\mathbf{K}_6$ *in catalogo* || **2** haec *Shackleton Bailey* : at $\mathbf{R}_{37}$ ψ : et *Baehrens* || **5** apisque *Birt, qui tum post* debetur *interpungit* | *post h. u. nonnihil excidisse putat Buecheler*

16

DE HIRVNDINE

periit

17

DE MERGO

periit

18

DE VITVLIS MARINIS

periit

19 A

DE PAVPERE SINGVLARI

periit

19 B

DE APE

periit

20

LAVS CHRISTI

Proles uera dei cunctisque antiquior annis,
nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor
ante tuam matrisque parens; quem misit ab astris
aequaeuus genitor uerbique in semina fusum
5 uirgineos habitare sinus et corporis arti
iussit inire uias paruaque in sede morari,
quem sedes non ulla capit; qui lumine primo
uidisti quicquid mundo nascente crearas;

carminum **16–19B** *tituli tantum in* **K**$_6$ *catalogo leguntur, carmina ipsa perierunt*
carm. **20** *primum a Camerte prolatum est, qui titulum* Claudiani Laus Christi *praefixit. 'libri antiquissimi' auctoritate fretus G. Fabricius non Claudianum sed Merobaudem auctorem esse dixit, cf. Birt clxxi.* Merobaudis Laus Christi *pro titulo scripsit Koch. adest hoc carmen et in Cantiliacensi 102 (1398), saec. xvi*
3 ante tuam *Heinsius* : ante tuae *Camers, Cantil.* : nate tuae *Barthius* || 4 uerbi qui *Barthius* : mundique *Jeep* : uerbumque *Birt* : uerboque *Hall*

ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
10 aetatis sentire uices et corporis huius
dissimiles perferre modos hominemque subire
ut posses monstrare deum, ne lubricus error
et decepta diu uani sollertia mundi
pectora tam multis sineret mortalia saeclis
15 auctorem nescire suum: te conscia partus
mater et attoniti pecudum sensere timores;
te noua sollicito lustrantes sidera uisu
in caelo uidere prius, lumenque secuti
inuenere magi; tu noxia pectora soluis
20 elapsasque animas in corpora functa reducis
et uitam remeare iubes; tu lege recepti
muneris ad Manes penetras mortisque latebras
immortalis adis; nasci tibi non fuit uni
principium finisque mori, sed nocte reclusa
25 in caelum patremque redis rursusque perenni
ordine purgatis adimis contagia terris;
tu solus patrisque comes, tu spiritus insons
et toties unus triplicique in nomine simplex:
quid nisi pro cunctis aliud quis credere possit
30 te potuisse mori, poteras qui reddere uitam?

21

MIRACVLA CHRISTI

Angelus alloquitur Mariam, quo praescia uerbo
concipiat salua uirginitate deum.

20 **9** tui *Clauerius* : sui *Camers, Cantil.* : tuum *Hall* || **12** posses *Clauerius* : possis *Camers, Cantil.* || **13** uani *Heinsius* : uarii *Camers, Cantil.* | sententia *Cantil.* || **15** patris *Barthius* || **17** uisu *Camers* : lapsu *Cantil.* : cursu *Riese* || **23** non *Gesnerus* : nam *Camers, Cantil.* : nam haud *Heinsius* || **24** reclusa *Heinsius* (*qui et* retusa *coniecit*) : refusa *Camers, Cantil.* : repulsa *Buecheler* || **25** partemque *Clauerius* || **27** spiritus insons] spirituum fons *Barthius* : spiritus idem *uel* idem es *Birt* || **28** totiens *Jeep* || **29** quid nisi pro cunctis aliud] qui nisi praestares aliud *Clauerius* : nil nisi pro cunctis aliud *Jeep* : quis nisi pro cunctis, aliter *Birt* | *multa deesse adnotauerat Scaliger*

carm. **21** *item a Camerte primo prolatum est, titulo* Claudiani Miracula Christi *praefixo, itemque adest in Cantiliacensi 102*

dant tibi Chaldaei praenuntia munera reges:
myrrham homo, rex aurum, suscipe tura deus.
5 permutat lymphas in uina liquentia Christus,
quo primum facto se probat esse deum.
quinque explent panes, pisces duo milia quinque
et deus ex paruo plus superesse iubet.
editus ex utero caecus noua lumina sentit
10 et stupet ignotum se meruisse diem.
Lazarus e tumulo Christo inclamante resurgit
et durae mortis lex resoluta perit.
nutantem quatit unda Petrum, cui Christus in alto
et dextra gressus firmat et ore fidem.
15 exanguis Christi contingit femina uestem:
stat cruor in uenis, fit medicina fides.
iussus post multos graditur paralyticus annos
(mirandum) lecti portitor ipse sui.

22

Marcus amans puerum natum mentitur amare
uultque pater dici nescius esse pater,
et pietate nefas et amorem uelat amore:
se pietas umbram criminis esse dolet.
5 'nate' dies audit, nox et torus audit 'amice',
et pro temporibus nomina mutat ei.
stulte, quid ignaro non dicit Cynthia fratri?
ne credas nocti digna latere diem!

21 9 sentit *Birt* : sensit *Camers, Cantil.* || 16 fides *Cantil., Clauerius* : fidis *Camers* : fide *Buecheler* || 18 lecti *Cantil., Isengriniana* : lectus *Camers*

carmina 22 *et* 23 *pro uno carmine habuit qui primus iuris publici fecit Binetus, primus separauit Barthius, numerum 23 intulit Hall. e uet. cod. Cuiaciano desumpta tamquam Claudiani protulit Binetus* (*ed. Petron. p. 125 Dousa*), *nec dedit titulum*

22 4 seque umbram pietas *Dousa* || 5 torus *Binetus* : totus *cod.* || 8 furta *Dousa*

23

Qui puer est, huic filius est. a limine primo
  filius, a thalamis incipit esse puer.

24

rus istud pretio constat uili

23 1 puer *Meyer* : pater *cod.* | hic *Pattison* | a] tibi *Ziehen* | lumine *Pattison*
carm. **24** (*sic numerat Hall*) *seu potius fragmentum incertae sedis e libro de dubiis sermonibus* (*GLK* 5, 589) *prolatum est, ubi legitur* : rus generis neutri, ut Claudianus : rus *etc. aut epigrammatis Claudianei nunc deperditi frustulum potest esse deprauatum* (*in legem enim metricam, ut nunc legitur, peccat*), *aut non noster Claudianus est auctor*

CARMINA GRAECA

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ ΓΙΓΑΝΤΟΜΑΧΙΑ

I

Εἴ ποτέ μοι κυανῶπιν ἐπιπλώοντι θάλασσαν
καὶ φρεσὶ θαμβήσαντι κυκώμενα βένθεα πόντου
εὔξασθαι μακάρεσσιν ἐσήλυθεν εἰναλίοισι,
φωνῆς δὲ πταμένης ἀνεμοτρεφὲς ἔσβετο κῦμα,
5 *λώφησεν δ' ἀνέμοιο βοή, γήθησε δὲ ναύτης*
ὀσσόμενος μεγάλοιο θεοῦ παρεοῦσαν ἀρωγήν·
ὣς καὶ νῦν, Διδυμαῖε (σὺ γὰρ θεὸς ἔπλευ ἀοιδῆς),
εὔξομαι εὐδιόωντα κατάπλοον εὐεπιάων.
ἵλαθι καί μευ ἄκουσον, ἐπεὶ σέθεν εὐμενέοντος
10 *παυρότερον δέος ἐστὶν ἐπ' ἐλπίσι λωιτέρῃσιν.*
ὡς γὰρ δὴ πέλαγος μὲν Ἀλεξάνδροιο πόληος
πάντοθεν ἐκτέταται, τὰ δὲ μυρία κύματα λαῶν
ὄρνυτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν, ἐγὼ δέ τε δειλὸς ἀοιδὸς
μουσοπόλος ναύτης Ἑλικωνίδι νηὶ πιθήσας

Gigantomachiae Graecae duas uersuum series, inter quas fere 68 uersus desiderantur, offerunt ζ_1**F_{23}**

Κλαυδιανοῦ γιγαντομαχία inscr. codd. || **1** *Ὡς ὅτε Birt* || **2** *ταρβήσαντι Ludwich* || **4** *φωνῇ δὲ πταμένῃ Ludwich* || **5** *λώφησεν Iriarte : λώφησε codd.* || **7** *ὣς* **F_{23}**, *Koechly : ὡς* ζ_1 | *Διδυμαῖε Ludwich : δή με codd. : δὴ Φοῖβε Birt* | *σὺ γὰρ θεὸς* **F_{23}**, *Birt : σὺ γὰρ δὴ θεὸς* ζ_1 | *ὣς καὶ νῦν σέ, σὺ γὰρ δή μοι θεὸς Koechly : ὣς καὶ νῦν δὴ ἐγώ, σύ τε γὰρ θεὸς Schenkl : ὣς καὶ νῦν Διδυμεῦ σε, σὺ γὰρ θεὸς Ludwich olim : καὶ νῦν, Δήλιε, σοὶ (δὴ γὰρ θεὸς . . .) Buecheler* || **8** *εὐδιόωντα Hall : αὐδήεντα codd.* || **9** *ἵλαθι Koechly : ἴλλαθι codd.* || **11** *ὡς codd. : ὣς Koechly* | *μέγ' Buecheler* || **12** *πάντοθεν* ζ_1 *: πάντοτε* **F_{23}** | *ἐκπέταται Schenkl* | *τάδε Iriarte* || *uersus* **11** *et* **12** *quid sibi uelint non plane scire me fateor; dubitanter interpretor : 'ut enim pelagus ab Alexandria in omnem partem patet, ita (δέ?) populorum undae altera alteram premunt, atque ego, humilis poeta, . . .'* || **13** *δέ τε Koechly : δέ τοι codd. : δ' ἔτι Ludwich* | *δειλὸς Ludwich : δεινὸς codd.* | *etiam de δέ τοι ἐσθλὸς aut adeo δ' ἐρατεινὸς cogitabat Koechly* || **14** *πιθήσας* ζ_1 *: πειθήσας* **F_{23}**

15 ἰθύνω πρὸς ἄεθλα, φέρω δ' ἔπι φόρτον ἀοιδήν.
εἰ δὲ θεῶν βουλῇσιν ὑφ' ὑμείων ἐθελόντων
ἡμετέροις ὕμνοισιν ἐπιπνεύσειαν ἔπαινοι ...

II

† εὐρὺν δ' ἄρ' ἐς . . . † πεμπε θεημάχον, ἣ δὲ ῥιφεῖσα
τέφρη γίνετο πᾶσα συναντήσασα κεραυνῷ.
20 ἄλλος δ' Ἠελίοιο κατάντίον ἵστατ', ἀπειλῶν
μαρψέμεναι, λοξῇσι φάος γλήνῃσι δεδορκώς,
τῷ δ' ἐφέηκ' ἀκτῖνα † γλαυκὰς † δ' ἐκάλυψεν ὀπωπάς.
νήφρονες, οὐδὲ μόθου τέλος ᾔδεσαν, ἀλλὰ πεσόντες
αὐταῖς αἷς φορέεσκον ἐτυμβεύοντο βολῇσι.
25 διψήσας δὲ γίγας (πιέειν θέλε νήχυτον ὕδωρ)
τῆλε μάλ' ἐς ποταμὸν τάνυσεν πολυχανδέα δειρήν,
ἕλκε δὲ χεύματα πάντα κυλινδομένοιο ῥόοιο,
ἄχρι δὲ πηγάων ὑπεδέξατο μυρίον ὕδωρ
ἑσπόμενος προχοῇσιν ἀπολλυμένου ποταμοῖο.
30 ἄλλος δ' αὖτε πεσὼν πρηνὴς ἐπὶ κύματα πόντου
πῖνεν ὑπὸ στομάτεσσι ποτόν· κελάρυζε δὲ λαιμῷ

15 *ἰθύνω Koechly* : *ἰθύνων codd.* | *πρὸς* ζ_1 : *εἰς* $\mathbf{F}_{23}$ | *ἔπι Koechly* : *ἐπὶ codd.* || **16** *εἴθε Buecheler* | *βουλῆς, ἵν' Ludwich* | *ἀφ' Postgate* || **17** *ἐπιπνεύσειας Birt* | *ἔπαινοι Koechly* : *ἔπαινον codd.* || **16—17** *εἴθε θεῶν βουλῇσι συνυμνείων ἐ. / ἡ. ὕ. ἐπιπνεύσειας ἔπαινον Birt* || **18** *εὐρὺν δ' ἄρ' ἐς . . . πεμπε* ζ_1 *spat. fere trium litt. post ἐς rel.* : *εὐρὺν δ' ἄν' ἐς ἀέρα πέμπε* $\mathbf{F}_{23}$ *(ut opinor, interpolando) nullo spat. rel.* : *εὐρεῖάν οἱ ἔπεμπε (ἔπεμψε) Koechly* : *εὐρὺν ἐς αἰθέρα πέμπε Schenkl* : *εὐρύνας δ' ἐσέπεμπε Ludwich* | *uersum huiuscemodi antecessisse coni. Birt* : *ἄλλος μὲν πίτυν ἄντα Διὸς μεγάλοιο τινάσσων* | *θεημάχον Birt* : *θεημαχον codd.* : *θεήμαχον Iriarte* : *θεήμαχος Schenkl* : *θεημάχος Schneider* | *ἣ Koechly* | *ῥιφεῖσα* $\mathbf{F}_{23}$, *Koechly* : *ῥιφθεῖσα* ζ_1 || **19** *γίνετο πᾶσα* $\mathbf{F}_{23}$, *Koechly* : *γίνεται . . . spat. fere trium litt. rel.* ζ_1 : *γίνεται αἶψα Schenkl* : *γίνετ' ἄκαινα Ludwich* || **21** *λοξῇσι Koechly* : *δόξης codd.* | *δεδορκώς M. Schmidt (Philol. 18 [1862] 231), Schenkl* : *δεδοικώς codd.* || **22** *τῷ δ' ἐφέηκ' Ludwich* : *τῷ δ' ἐφῆκ' codd.* : *τοῖσι δ' ἐφῆκ' Schenkl* | *ἄκριν Birt* | *post ἀκτῖνα duo hemistichia amissa esse coni. Koechly, fort. recte* | *γλαυκὰς codd.* : *ἀλαὰς Koechly* : *φίλας Schenkl (ZÖG 15, 312)* | *ἐκάλυψαν Koechly* || **23** *ὀφρύες Koechly, qui et de ἄφρονος cogitabat* | *μόθου* ζ_1 : *μόθον* $\mathbf{F}_{23}$, *fort. ex -ου corr.* || **24** *φοβέεσκον Ludwich* || **25** *πιέειν* ζ_1 : *πίειν* $\mathbf{F}_{23}$ | *πιέειν . . . ὕδωρ in parenthesi posuit Birt, cum praeced. et sequ. uerbis coniungit Ludwich, qui* **26** *τανύσας scribit* || **26** *τῆλε δ' ἄρ' Koechly* | *τάνυσεν* $\mathbf{F}_{23}$, *Koechly* : *τάνυσε* ζ_1 || **27** *εἷλκε Koechly* | *κλυδῶνος Koechly* || **28** *ὑπεδέξατο Koechly* : *ὑπεδέχετο codd.* : *ὑπεδέχνυτο Koechly, qui et ὑπανέρχετο et ὑπεδύσετο temptauit* || **29** *ἑσπόμενος M. Schneider* : *ἑσπόμενον* ζ_1 : *ἑπόμενον* $\mathbf{F}_{23}$ || **30** *αὖτε πεσὼν πρηνὴς Koechly* : *αὖ πρηνής τε πεσὼν* ζ_1 : *αὖτε πρηνής τε πεσὼν contra metrum* $\mathbf{F}_{23}$: *αὖ πρηνής γε πεσὼν Schenkl* || **31** *κελάρυζε* ζ_1 : *κελάριζε* $\mathbf{F}_{23}$ | *λαιμῷ Koechly* : *λαιμὸς codd.*

Νηρέος ἁλμυρὸν οἶδμα δι' ἀνθερεῶνος ὁδεῦον.
πινομένου δὲ βυθοῖο καὶ ὕδατος ὀλλυμένοιο
γυμνώθη μέγα βένθος, ἐχερσώθη δὲ θάλασσα.
35 *κούρης δ' ἄντα δύω γλαυκώπιδος Ἀτρυτώνης*
γηγενέες μάρναντο· φέρεν δ' ὁ μὲν οὔρεος ἄκρην,
αὐτὰρ ὅ γ' ἠλίβατον πέτρην ἀνάειρε μεμαρπώς.
τοὺς δὲ θεὰ κατέπεφνε δορυσσόος οὐχ ἑνὶ πότμῳ·
τοῦ μὲν γὰρ στέρνοιο διήλασε μείλινον ἔγχος,
40 *τῷ δ' ἄρα λαϊνοεργὸν ἐπ' ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης*
Γοργοῦς δεῖξε κάρηνον· ὁ δ' ὡς ἴδε, γυῖα πεδηθείς,
ᾗ φέρεν ἐν παλάμῃσιν, ὁμοίιος ἵστατο πέτρῃ.
Κύπρις δ' οὔτε βέλος φέρεν οὔθ' ὅπλον, ἀλλ' ἐκόμιζεν
ἀγλαΐην· θεμένη γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἄγγελον αὐγήν,
45 *πρῶτα μὲν ἀπλεκέας περόνῃ διεκρίνατο χαίτας*
καὶ πλεκτὰς ἔσφιγξε πυκνῷ περιπλέγματι σειράς,
στίμμεϊ δ' ὀφθαλμῶν ἐρατοὺς ὑπεγράψατο κανθούς,
λεπτὰς δ' εὐανέμοιο ῥαφὰς χαλάσασα χιτῶνος
πορφυρέων οὐ κρύπτεν ὑφ' εἵμασιν ἄνθεα μαζῶν
50 *ὄμματος εἰς ἄγρην ὡπλισμένη· εἶχε γὰρ αὐτὴ*
πλέγμα κόρυν, δόρυ μαζόν, ὀφρῦν βέλος, ἀσπίδα κάλλος,
ὅπλα μέλη, θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν· εἰ δέ τις αὐτῇ

32 *νηρέος* $\mathbf{F}_{23}$*mg Iriarte* : *νειερος* ζ_1 : *νιέρος* $\mathbf{F}_{23}$ *in textu* | *ὕδωρ ante οἶδμα habet* ζ_1 *sed del.* : *om.* $\mathbf{F}_{23}$ | *ὁδεῦον Koechly* : *ὁδεύων codd.* || **33** *ὕδατος non ὕ̈δατος in* ζ_1 *dispicere mihi uideor* : *ὕδατος certe* $\mathbf{F}_{23}$ || **35** *ἄντα δύω* ζ_1 : *αὐτα δέος* $\mathbf{F}_{23}$: *ἄντα δύο Ludwich* || **36** *ὁ Koechly* | *ἄκρην* ζ_1 : *ἄκρυν* $\mathbf{F}_{23}$ *ut uid.* || **37** *ὅ γ'* ζ_1 : *ὅ γε* $\mathbf{F}_{23}$ || **38** *θεὰ* ζ_1 : *θεὴ* $\mathbf{F}_{23}$ || **40** *λαϊνοεργὸν M. Schneider* : *λάϊνον ἔργον codd.* : *λαϊνόεργον Koechly* | *ἐπ' Koechly* : *ὑπ' codd.* || **41** *ὁ Iriarte* | *ἴδε Koechly* : *ἲ̈δε codd.* | *γυῖα* ζ_1 : *γῆα* $\mathbf{F}_{23}$ || **42** *ᾗ φέρεν Koechly* : *ἤφερεν codd.* | *παλάμῃσιν* ζ_1 *(non παλαμησιν)* $\mathbf{F}_{23}$ || **43** *οὔτε* ζ_1 : *αὖτε* $\mathbf{F}_{23}$*, Arsenius* | *οὔθ' Heinsius* : *οὐχ codd.* || **44** *αὐγὴν* ζ_1 : *αὐδὴν* $\mathbf{F}_{23}$*, Arsenius* : *αἴγλην Torodaeus* || **45** *πρῶτα Arsenius* : *πρῶτον codd.* | *ἀπλεκτὰς Pyrrho* | *περόνῃ Arsenius* : *πόρον codd.* | *διεκρίνατο Gesnerus* : *διεκρίνετο* ζ_1 : *διέκρινε* $\mathbf{F}_{23}$*, Arsenius* || **46** *ἔσφιγξε* $\mathbf{F}_{23}$*, Arsenius* : *ἔσφιξε* ζ_1 | *περιπλέγματι Heinsius, et fort. iam* $\mathbf{F}_{23}$: *περὶ πλέγματι* ζ_1 : *περὶ πλέγμασι Arsenius* | *σειράς codd.* : *σειρεύς Arsenius* : *σειρῆς M. Schneider* || **47** *στίμμεϊ Koechly* : *στίλβεϊ codd.* : *στίλβει Arsenius* : *στίλβῃ Pyrrho* : *στίβῃ Iriarte* : *στίμμιδι Koechly* : *στιλβάδι Hall* | *ὑπογράψατο Heinsius* | *κάνθους Koechly* || **48** *λεπτὰς codd.* : *λεκτὰς Arsenius* : *πλεκτὰς Barthius* | *δ' om. codd., Arsenius, suppl. Koechly* | *χαλάσασα Koechly* : *χαλάσσασα* ζ_1 : *χαλάσαστα* $\mathbf{F}_{23}$*(?)* | *χιτῶνος* $\mathbf{F}_{23}$: *χιτῶνας* ζ_1*, Arsenius* || **49** *πορφυρέων οὐ Gesnerus* : *πορφυρέων δ' οὐ codd., Arsenius* | *ὑφ' εἵμασιν* ζ_1 *(non εἴμασιν)* $\mathbf{F}_{23}$*, Arsenius* || **50** *ὡπλισμένη Heinsius* : *ὡπλισμένην* ζ_1 : *ὡπλισμένου* $\mathbf{F}_{23}$: *ὁπλισμένου Arsenius* | *αὐτὴ Heinsius* : *αὔτη codd., Arsenius* : *αὐτὸ Dilthey (Arch. Ztg. 1873, 78)* || **52** *θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν codd.* : *θέλκτρον τ' ἐνὶ χείλεσιν Wakefield* : *θέλγητρον ἐπάρκεσιν Koechly* | *αὐτῇ codd.* : *αὐτῇ Arsenius* : *ἄντην Buecheler*

ὄμμα βάλοι, δέδμητο, βέλος δ' ἀπὸ χειρὸς ἐάσας
ὡς Ἄρεως αἰχμῇ τῇ Κύπριδος ὄλλυτο μορφῇ.
55 *καὶ τὸν μὲν θανάτου νέφος ἔννυεν· ἀλλὰ Τυφωεὺς*
ὦρτο Ποσειδάωνος ἐναντία· τοῦ δὲ τριαίνῃ
στέρνα Ποσειδάων, Ζεὺς ἤλασε κρᾶτα κεραυνῷ.
Ἐγκέλαδος δ' οὐ λῆγε μάχης, ἀνὰ δ' ἥρπασε νῆσον
πρόρριζον πολέεσσιν ἐρειδομένην ὀρέεσσι,
60 *δεινὰ δ' ἀπειλήσας Ζηνὸς κατέναντι βεβήκει.*
στεῦτο δὲ γαῖαν ὅλην μὲν ἀναρρῆξαι κενεώνων,
ἄστρα δὲ συγχεῦαι, Ζηνὸς δὲ μέλαθρον ἐρύσσαι·
τοῖα δ' ἐπηπείλει. τῷ δὲ σθένος ὦρορε μήτηρ
† ἡ μὲν ἀνασχομένη φοίνιον † βέλος, ἠελίου τε
65 *νῆσος ἀνερχομένη σκίασεν φάος, ἐν δέ τε νήσῳ*
δένδρεα καὶ ποταμοὶ θῆρές τ' ἔσαν ὄρνιθές τε.
καὶ τότ' ἄνακτα θεῶν χόλος ἄσπετος ἐστυφέλιξε·
ῥῆξεν γὰρ † τε πυρὸς † νεφέλας † σὺν τοῖς † κεραυνοῖς
ἀσβέστους πυρόεντας ἐπ' Ἐγκελάδῳ χέεν ὄμβρους
70 *(ἤθελ' ἀμαλδύνειν)· ὁ δὲ μεσσόθεν ἔκθορε πόντου*
αἰθόμενος· τῷ δ' ἀμφὶ περιζείουσα θάλασσα
δεινὸν παφλάζεσκε κυκωμένη † περὶ θῆρας.

53 *βάλῃ Arsenius* | *ἀπὸ* ζ_1 : *ἄτερ* $\mathbf{F}_{23}$, *Arsenius* || **54** *ὡς Ἄρεως Iriarte* : *ὡς Ἀρέως* $\mathbf{F}_{23}$: *ὡς ἄρεοις* ζ_1 : *Ἄρεος ὡς Dilthey* | *τῇ* ζ_1 : *τῆς* $\mathbf{F}_{23}$: *τάχα uel τότε Koechly* | *ὄλλυτο* ζ_1 : *ἔλλυτο* $\mathbf{F}_{23}$: *ὤλλυτο Koechly* || **55** *ἔννυεν Ludwich* : *ἔντυεν* codd. : *ἔνδυεν Koechly, qui et ἄμφεχεν, ἔνθ' ἔχεν, ἔσκεπεν proposuit* : *εἴνυεν M. Schmidt* || **57** *Ζεὺς δ' Koechly* | *κρᾶτα Koechly* : *κάρτα* codd. | *post h. u. aliquid excidisse censuit Birt* || **59** *πρόρριζον* $\mathbf{F}_{23}$, *Iriarte* : *πρόῤῥειζον* ζ_1 || **60** *κατέναντα Koechly* || **61** *ὅλην μὲν* ζ_1 : *ὅλην* $\mathbf{F}_{23}$ || **62** *ἄστρα Koechly* : *ἄστυ* codd. | *συγχεῦαι* ζ_1 : *συγχεῦσαι* $\mathbf{F}_{23}$ | *Ζηνός τε Schenkl* | *μέλαθρον* $\mathbf{F}_{23}$: *μέλανθρον* ζ_1 | *ἐρύσσαι* ζ_1 : *ἐρύσαι* $\mathbf{F}_{23}$ || **63** *τοῖα δ' Koechly* : *τοιὰ δ'* ζ_1 : *τοιάδ'* $\mathbf{F}_{23}$ | *ἐπηπείλει* codd. : *ἀπ- Birt (errore typothetae?), Koch* | *ὦρορε Iriarte* || **64** *ἡ μὲν* codd. : *ὃς μὲν Koechly* : *ἠμὲν Schenkl* : *ᾗ μέλ' Ludwich* | *ἀνασχομένη* codd. : *ἀνασχόμενος Koechly* : *ἀνασχομένῃ Ludwich* : *ἀνασχέμεναι Postgate* | *φοίνιον* ζ_1 : *φόνιον* $\mathbf{F}_{23}$, *Schenkl* : *φόρεεν Koechly, qui et ἐφάνη protulit* : *χθόνιον Birt* : *φύεν οἱ uel φαῖνεν Buecheler* | *δὲ Koechly* || **65** *σκίασεν Koechly* : *σκίασε* codd. || **66** *θῆρές Iriarte* : *θῆρες* codd. | *ἔσαν Iriarte* || **67** *ἄσπετος* ζ_1 : *ἄσβεστος* $\mathbf{F}_{23}$ | *ἐστυφέλιξε* ζ_1 : *-εν* $\mathbf{F}_{23}$ || **68** *ῥήξας Schenkl* | *τε πυρὸς* ζ_1 : *τε πυροῖς* $\mathbf{F}_{23}$, *Ludwich* : *πυκινὰς Schenkl* : *τετυφὼς Birt* | *σὺν τοῖς* ζ_1 : *σὺν τοῖσι* $\mathbf{F}_{23}$, *Schenkl* : *σὺν τοῖσδε Iriarte* : *συχνοῖς τε Koechly* : *σὺν τοῖς τε Koch* || **69** *πυρόεντας* $\mathbf{F}_{23}$, *Koechly* : *-ος* ζ_1 || **70** *ἤθελ'* codd. : *μέλλε δ' Koechly olim; postea lacunam ante h. u. statuit* : *ὃν θέλ' Ludwich* | *ἔκθορε* ζ_1 : *ἔνθορε* $\mathbf{F}_{23}$, *Koechly* || **71** *αἰθόμενος* ζ_1 : *αἰσθόμενος* $\mathbf{F}_{23}$ | *περιζείουσα* $\mathbf{F}_{23}$, *Iriarte* : *περὶ ζείουσα* ζ_1 : *πυρὶ ζείουσα Koechly, qui et ἀμφιπεριζείουσα proposuit* || **72** *κυκωμένη* ζ_1 : *κυκλομένη* $\mathbf{F}_{23}$ *ut uid.* : *κυκωμέννη Iriarte* | *περὶ θῆρας* codd. : *ἐς πέραθ' ὑγρῆς Koechly* : *ὥσπερ ἀθήρῃ Schenkl* : *ὡς περὶ Θήρας Buecheler* : *ὡς πυριθαλπής Birt* : *οὓς περὶ θῆρας Ludwich*

οὐδὲ Κρονίων λῆγε, Λυκαονίης δ' ἀπὸ γαίης
πέτρον ἀπορρήξας ὀλοῷ ἐπέθηκε γίγαντι,
75 *ἄσχετα μηνιόων· ἐπὶ δ' αὐτῷ νῆσος ὄρουσεν,*
ἣν αὐτὸς προέηκεν ἐς οὐρανόν. † ἀμφότερον δὲ
† καὶ πυρὶ καὶ νούσῳ στυγεροὺς τείρουσι γίγαντας.

ΕΡΙΓΡΑΜΜΑΤΑ

I

Κλαυδιανοῦ

Ἵλαθί μοι, φίλε Φοῖβε· σὺ γὰρ θοὰ τόξα τιταίνων
ἐβλήθης † ὑπ' † Ἔρωτος ὑπ' ὠκυπόροισιν ὀιστοῖς.

II (III)

Κλαυδιανοῦ εἰς μιμάδα γηράσασαν καὶ καλλωπιζομένην
ἤγουν ἀλειφομένην τὰ τῶν γυναικῶν μαγγανεύματα

Μαχλὰς ἐυκροτάλοισιν ἀνευάζουσα χορείαις
δίζυγα παλλομένοισι τινάγμασι χαλκὸν ἀράσσει.
λῇ μὲν ὑποκλέπτειν πολιὴν τρίχα, γείτονα Μοίρης,

73 *δ' ἀπὸ Koechly* : *ἀπὸ codd.* || **74** *πέτρον Koechly* : *πέτραν codd.* || **75** *ἄλλῳ Ludwich* | *νῆσος* **F**$_{23}$, *Koechly* : *νοῦσος* ζ_1 || **76** *ἐς* **F**$_{23}$, *Iriarte* : *εἰς τὸν* ζ_1 | *ἀμφοτέρῳ Koechly* || **77** *πυρὶ καὶ νούσῳ* ζ_1 : *πυρὶ καὶ νήσω* **F**$_{23}$: *πυρὶ καὶ νήσῳ Koechly, qui et πῦρ καὶ νῆσος coni.* : *πῦρ καὶ νῆσοι Ludwich* | *στυγερὸν . . . γίγαντα Koechly* | *uerba ἀμφότερον δὲ . . . γίγαντας spuria putant Schenkl, Birt, corrupta Hall* | *post u.* **77** *στιχ ρμε notant codd.*

Epigrammata leguntur in cod. Anth. Pal. Heidelberg. Palat. 23, saec. xi

I (= *Anth. Pal. 5, 86*) *Κλαυδιανοῦ cod. mg* || **1** *σὺ γὰρ θοὰ cod.* : *σύγ' ἀθρόα 'apogr. codicis Buheriani, Brunck'* (*Ludwich*) : *σύ τ' ἀθρόα 'apogr. Lips.'* (*Ludwich*) || **2** *ὑπ' cod.* : *ἐπ' Heinsius* : *ἀπ' Wakefield, Boissonade* : *περ Schenkl* : *ποτ' Herwerden* : *κρύφ' Ludwich* : *πύκ' Stadtmüller* : *etiam πρὸς proposueris* | *ὑπ' ὠκυπόροισιν cod. pc* : *ὑπωκυπόδοισιν cod. ac* : *ἐν ὠκυπόροισιν Brunck* : *ὕπ' ὠκυπόροισιν Schenkl* : *ὑπωκυτέροισιν Ludwich*

II (III *ap. Birt* = *Anth. Pal. 9, 139*) *Κλαυδιανοῦ — γηράσασαν in contextu cod., mg εἰς μιμάδα — μαγγανεύματα* (*ἤτουν cod.* : *corr. edd.* : *εἴτουν Boissonade*) || *post u.* **2** *lacunam statuit Reiske, post u.* **3** *Birt* || **3** *λῇ Ludwich* : *τῆς cod.* : *κτεὶς Gesnerus* : *τῇ Bothe* | *ὑποκλέπτειν Bothe* : *ὑποκλέπτων cod.* : *ὑποκλέπτει Boissonade* : *ὕφος κλέπτον uel κλέπτει Birt*

ἠλεμάτοις δ' ἀκτῖσι χαράσσεται ὄμματος αὐγή,
5 *ψευδόμενον δ' ἐρύθημα κατέγραφεν ἄχροος αἰδοῦς,*
ἀγλαΐῃ στέψασα νόθῃ κεκαλυμμένα μῆλα.

III (II)

Κλαυδιανοῦ εἰς δοῦλόν τινα τυπτηθέντα παρ' αὐτοῦ διὰ τὸ μὴ ἐπιδοῦναι σέλλιον ἐν ἀκροάσει

Ἕδρην χαλκεόπεζον ἐπὶ προθύροις Ἑλικῶνος
εἱστήκει θεράπων τις ὑπὲρ νώτοιο μεμαρπὼς
οὐδ' ἔθελεν μογέοντι πορεῖν ἐπίβαθρον ἀοιδῆς·
τοὔνεκά μευ † θώρηξεν ἰὸν πολύμητις ἀνάγκη †.

IV

Εἰς κρύσταλλον ἔνδον ὕδωρ ἔχουσαν Κλαυδιανοῦ

Χιονέη κρύσταλλος ὑπ' ἀνέρος ἀσκηθεῖσα
δεῖξεν ἀκηρασίοιο παναίολον εἰκόνα κόσμου,
οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα βαρύκτυπον ἔνδοθι πόντον.

V

Εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ

Εἴπ' ἄγε μοι, κρύσταλλε, λίθῳ πεπυκασμένον ὕδωρ
τίς πῆξεν Βορέης ἢ τίς ἔλυσε Νότος.

4 *δ' add. Schenkl* | *αὐγή Wakefield, Jens* : *αὔρη cod.* : *αὐγήν Reiske* || 5 *κατέγραφεν ἄχροος αἰδοῦς Schenkl* : *κ. ἄχ. αἰδώς cod.* : *κατέγραψεν χροὸς αἰδῶ Herwerden*

III (II *ap. Birt = Anth. Pal. 9, 140*) *τοῦ αὐτοῦ εἰς δοῦλον τυπτηθέντα παρ' αὐτοῦ in contextu cod., mg Κλαυδιανοῦ — ἐν ἀκροάσει* (*δοῦλον pro δοῦλόν τινα Brunck, τυφθέντα Birt*) || 1 *χαλκεόπεζον Reiske* : *-αν cod.* | *Στελιχῶνος Ruhnken* || 2 *ἑστήκει Gesnerus* | *τίς cod.* | *ὑπὲρ νωθροῖο Ludwich* || 3 *ἐπιβάθρον cod.* | *ἀοιδῷ Reiske* || 4 *θώρηξε νόον* Reiske, Wakefield* | *πολύμηνις Ludwich* | *mutilum epigramma censuit Brunck*

IV (*= Anth. Pal. 9, 753*) *εἰς κρύσταλλον — Κλαυδιανοῦ in contextu cod.* (*ἔχοντα Brunck*) || 2 *ἀπειρεσίοιο Wakefield, Dilthey* || 3 *ἔχουσα Aldina*

V (*= Anth. Pal. 9, 754*) *εἰς τὸ αὐτὸ in contextu cod., mg add. τοῦ αὐτοῦ* || 2 *interpunxit Hall* : *τίς πῆξεν Βορέης; ἢ τίς ἔλυσε Νότος; Birt* : *τίς πῆξεν; Βορέης. ἢ τίς ἔλυσε; Νότος. edd. priores*

VI

Κλαυδιανοῦ εἰς τὸν σωτῆρα

Ὦ πυρὸς ἀενάοιο σοφὴν ὠδῖνα φυλάσσων,
ἐμβεβαὼς κόσμοιο παλινδίνητον ἀνάγκην,
Χριστὲ θεορρήτοιο βίου φυσίζοε πηγή,
πατρὸς ἀσημάντοιο θεοῦ πρωτόσπορε φωνή,
5 *ὃς μετὰ μητρῴων τοκετῶν ἐγκύμονα φόρτον*
καὶ γόνον αὐτοτέλεστον ἀνυμφεύτων ὑμεναίων
στήσας Ἀσσυρίης γενεῆς ἑτερόφρονα λύσσαν,
ὄργια δ᾽ εἰδώλων κενεῶν ψευδώνυμα λύσας,
αἰθέρος ἀμφιβέβηκας ἐφ᾽ ἑπτάζωνον ὀχῆα
10 *ἀγγελικαῖς πτερύγεσσιν, ἐν ἀρρήτοισι θαάσσων·*
ἵλαθι, παγγενέταο θεοῦ πρεσβήιον ὄμμα,
φρουρὲ βίου, σῶτερ μερόπων, αἰῶνος ἀνάσσων.

VII

Τοῦ αὐτοῦ Κλαυδιανοῦ εἰς τὸν δεσπότην Χριστόν

Ἀρτιφανὲς πολοοῦχε παλαιγενὲς υἱὲ νεογνέ
αἰὲν ἐὼν προεών τε ὑπέρτατε ὕστατε Χριστέ
ἀθανάτοιο πατρός τε ὁμόχρονε πάμπαν ὁμοῖε.

VI (= *Anth. Pal. 1, 19*) *εἰς τὸν σωτῆρα in contextu cod., mg add. Κλαυδιανοῦ* (*add. insuper lemmatista ὀντος ο κλαυδιανος ἐστιν ο γράψας τα πάτρια ταρσοῦ, αναζάρβου, βηρύτου, νικαίας*) || **4** *θεοῦ contra metrum om. Gesnerus, Jeep* || **5** *μετὰ Jacobs* : *μέγα cod.* || **7** *σβέσσας Stadtmüller* | *ἀσυρίης cod.* : *corr. edd.*
VII (= *Anth. Pal. 1, 20*) *εἰς τὸν αὐτόν* (*atramento magis fusco*) *τοῦ αὐτοῦ Κλαυδιανοῦ εἰς τὸν δεσπότην Χριστόν* (*pallidiore atramento*). '*forsan est continuatio praecedentis poematii*' *Boissonade* || **1** *πολοοῦχε Jacobs* : *πολιοῦχε cod.* | *νεοττέ Jeep* || **3** *καὶ Gesnerus* | *ὅμοιε Jeep*

INDEX NOMINVM

In hoc indice carmina quae dicunt maiora numeris Arabicis, Romanis libri de raptu Proserpinae denotantur. litteris '*c. m.*' carmina minora, compendio '*app.*' carminum uel spuriorum uel suspectorum appendix indicatur. nominibus quae e coniectura leguntur asteriscus adfixus est, quae autem ipse non recepi, receperunt alii editores, quadratis inclusa sunt uncis. ubi necessarium uisum est, ancipitia interpretatus sum, et '*adi*(*ectiua*)' a '*subst*(*antiuis*)' separaui. in nonnullis uocibus utrum pro communibus an propriis accipiendae essent nominibus (uelut 'sol', 'aether', 'terra') multum diuque haesitaui, sed tandem id quod unicuique loco melius adcommodatum uidebatur praeferre constitui.

INDEX NOMINVM

BIBLIOTHECA TEVBNERIANA

Cato. De agri cultura
Herausgegeben von A. Mazzarino, Messina/Rom
2., verbesserte und erweiterte Aufl. CXXXV, 138 Seiten und 12 Abbildungen als Anhang. Leinen 44,–M; Ausland 44,–DM
Bestell-Nr. 665 904 6 – Mazzarino, Cato lat.

Catullus. Carmina
Herausgegeben von W. Eisenhut, Berlin (West)
XVIII, 119 Seiten. Leinen 32,–M; Ausland 32,–DM
Bestell-Nr. 666 131 4 – Eisenhut, Catullus lat.

Q. Horatius Flaccus. Opera
Herausgegeben von S. Borzsák, Budapest
XII, 362 Seiten. Leinen 50,–M; Ausland 50,–DM
Bestell-Nr. 666 173 6 – Borzsák, Horatius lat.

Livius. Ab urbe condita libri XXI–XXII
Herausgegeben von T. A. Dorey, Jersey, C. I.
XIX, 140 Seiten. Leinen 12,50 M; Ausland 12,50 DM
Bestell-Nr. 665 537 9 – Dorey, Liv. XXI–XXII lat.

Martialis. Epigrammaton libri
Herausgegeben von W. Heraeus † und J. Borovskij, Leningrad
3. Aufl. (unveränderte Ausgabe der 2. Auflage von 1976)
LXXVII, 417 Seiten. Leinen 34,–M; Ausland 34,–DM
Bestell-Nr. 665 684 9 – Borovskij, Martialis lat.

Servatus Lupus. Epistulae
Herausgegeben von P. K. Marshall, Amherst
XVII, 142 Seiten. Leinen 45,– M; Ausland 45,– DM
Bestell-Nr. 666 178 7 – Marshall, Lupus lat.

Macrobius. Opera
Herausgegeben von J. Willis, Nedlands
Vol. I. Saturnalia
2. Aufl. (verbesserte Ausgabe der 1. Auflage von 1963)
X, 466 Seiten. Leinen 42,– M; Ausland 42,– DM
Bestell-Nr. 665 543 2 – Willis, Macrobius I lat.

Vol. II. Commentarii in somnium Scipionis. Indices
2. Aufl. (verbesserte Ausgabe der 1. Auflage von 1963)
III, 253 Seiten mit 4 Abbildungen. Leinen 23,60 M; Ausland 23,60 DM
Bestell-Nr. 665 544 0 – Willis, Macrobius II lat.

Statius. Silvae
Herausgegeben von A. Marastoni, Milano
2. Aufl. (erweiterte und verbesserte Ausgabe der 1. Auflage von 1961). XCVII, 224 Seiten. Leinen 19,– M; Ausland 19,– DM
Bestell-Nr. 665 541 6 – Marastoni, Stat. Silv. lat.

Turpilius. Fragmenta
Herausgegeben von L. Rychlewska, Wrocław
XLVI, 70 Seiten. Leinen 18,– M; Ausland 18,– DM
Bestell-Nr. 665 576 6 – Rychlewska, Turpilius lat.



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT, LEIPZIG